

SC. SUP. 21. PL. 4.



sa go.

Del Monaldi libraro, e Stampat.

Handwritten text at the top of the page, possibly a title or header, written in a cursive script. The text is partially obscured by a large, irregular stain or fold in the paper.



N O V I  
C A L E N D A R I I  
R O M A N I  
A P O L O G I A,

*Aduersus Michaelem Maflinum Gappingensem,  
in Tubingensi Academia Mathematicum,*

TRIBVS LIBRIS EXPLICATA.

A V C T O R E

C H R I S T O P H O R O C L A V I O  
B A M B E R G E N S I E S O C I E T A T E I E S V.



R O M A E,

*Apud Sanctium, & Soc. M. D. LXX XVIII.*

PERMISSV. SVPERIORVM.

NOVI  
GALLIANDRII  
ROMANI  
A P O L O G I A

Ad Romanos et Gallos  
in Theophrasti Historiis

TRIVS LIBRIS EXPLICATA  
L A V O R E  
C M E R I T O R I O C L A V I O  
P A M P H I L E T I E S O C I E T A T E L E G I



R O M A N I  
C A P I T U L U M  
P A M P H I L E T I E S O C I E T A T E L E G I

INVICTISSIMO ROM.  
IMPERATORI  
RVDOLPHO II.  
CAESARI AVG.

CHRISTOPHORVS CLAVIVS  
*Bambergensis è Societate IESV.*



ANTA est nonnullorum hominum siue natu-  
re vitio, seu prauo ipsorum studio peruersitas  
CAESAR INVICTISSIME, vt quem-  
admodum nihil vnquam tam falsum, absur-  
dumq; fuit, quod non suos patronos habuerit;  
ita nihil adeo verum, ac laudabile, quod vitu-  
peratorum calumnias omnes effugerit. Argumento esse po-  
test (ne longius abeam) Calendarium Romanum nuper ex au-  
toritate GREGORII XIII. Pont. Max. ingentiq; cum  
cæterorum Principum, Gymnasiorumq; orbis Catholici, tum  
verò sacræ Maiestatis tuæ approbatione, ab erroribus, quos  
dies paulatim attulerat, vindicatum: & aliquando maximis  
omnium propè nationum studijs vel editum, vel receptum.  
Quod quidem tamen & rectè atq; ordine factum est, & con-  
cinnatum appositè ad morem, vsuq; eum, què semper DEI  
Ecclesiæ tenuit in celebrando sacrosancto Paschæ die, cæte-  
risq; festis, quæ mobilia appellantur; inuentus est tamen Mi-  
chael Mæstlinus, Mathematicus Tubingensis, qui vt est homo  
Vbiquetariæ hæresis labe infectus, ita egregium hoc specta-  
tumque Calendarium oppugnando, Ecclesiæ Catholicæ con-  
cordiam dissoluere nefaria fraude tentaret. Atq; vt omittam  
ea, quibus Pontificis Romani, Ecclesiæq; auctoritatem contu-  
meliose labefactare cõtendit: (vt facile conijcere liceat, cum  
neque veritatis, neque publici commodi studio, sed odio Ro-  
mani Pontificis nouam anni restitutionem oppugnare) illud

præcipuum telum est, quo Calendarium nouum expugnare conatur; quodd scilicet ipsum ueris cæli cursibus non respondeat omni ex parte: uerum id quis non uidet ualere in unum quodque Calendarium? quippe quod temporibus maxime notandis inuentum, ( ut uidelicet sit, quod in diebus festis agendis, in emendo, uendendo, locando, cæterisque rebus contrahendis uulgo sequantur omnes) ad popularem utique intelligentiam, vltimumque accommodatum sit oportet, regulasque faciles, & ex Cyclis depromptas habeat necesse est, quales non modo Catholicam Ecclesiam iam inde usque à Concilio Nicæno in Calendario, sed etiam Iulium Cæsarem, Arabesque, & ueteres omnes in suis fastis seruasse accepimus. Quis igitur est adeo rudis atque hospes in Mathematicis disciplinis, qui Calendarium vllum esse arbitretur, quod cum uerorum motuum, qui prorsus in æquales sunt, tabulis congruat omnino; cum nec medijs motibus, qui æquales sunt, vnde quaque Cyclus vllus, qui in Calendario adhibendus est, respondere queat? Et quidem in anni restituendi compendio, quod GREGORIVS XIII. ad M. T. cæterosque Orbis Catholici Principes misit, haud obscurè ostensum est, id fieri nullo modo posse. Testes sunt Solaris Lunarisque anni æquationes duæ, altera ex Alphonsina, altera ex Copernicana anni ratione; quæ nimirum idcirco propositæ sunt, ut liberum esset Mathematicis, utram mallent, in Calendario restituendo sequi: Et simul significatum est, qui utraque æquatio ( si forte eas à ueris motibus longius quam par est, aberrare usus coarguat ) facili negotio in pristinum statum reuocari queat. Quid tandem erat causæ, quamobrem id fieret, si æquationem nostram, aut cuiusquæ omnino, ueris cæli cursibus perpetuò, & usque quaque respondere posse arbitraremur? Iraque frustra, atque adeò stultè in eo elaborat, defudatque Mæstlinus, ut ostendat, æquinoctium, quod in æquabili cursu fertur, propter æquationem, quam semper æquabile, & ut ita loquar, uniformem esse conuenit, haudquaquam in xxj. die Martij sedem fixam, ac stabilem habere. Quid enim? nos id ipsum nõ fatemur? non ultrò etiam testamur? non id necessario fieri docemus, quod æquinoctium

noctium, ob sui inæqualitatem motus, cum diem tum antecedit, tum sequatur? Verum enim uerò hoc neq; absurdum est, neq; nouo aduersatur Calendario: quippe cum nec ueros, nec medios, ut dixi, motus ullum Calendarium sequi possit, sed solum Cyclorum rationem. Adde quod uel multis annorū millibus, certa per interualla æquinoctium sua sponte ad præstitutum reuertitur diem. Quod ego non ingenio, sed ueritate nixus, ita planum hoc uolumine faciam, ut si absit pertinacia, certamenq; uincendi, nullus deinceps futurus sit dubitationi locus. Quocirca Mæstlinus oleum, ut dicitur, & operam perdidit, nisi ostendat, Calendarium ueros ad motus potius, quàm ad Cyclorum rationem & normam referri debere. Quæ sanè res & ualde absurda esset, ac noua, & incredibiles in Christianâ Remp. perturbaciones inueheret. Quis enim in tāta Astromicarum uarietate tabularū uidere, ac statuere posset, quas potissimum, uelut certas, Duces sequi oporteret? Iam quod Mæstlinus nostras Epactas, indicta causa, capite damnat, quia in Interlunijs indicandis paulò sunt tardiores; planè temerarium & iniquum est. Nam Epactas rectissimè in Calendario collocatas esse, earumq; æquationem, ad indicandā in annos quartādecimam primi mēsis Lunam, ex qua recta Paschæ celebratio omnino pendet, accuratissime ex usu Ecclesiæ institutam, secundus huius uoluminis liber docebit. Qua ex re necessario sequitur, Interlunia in Calendario paulò esse tardiora ijs, quæ in cælo contingunt. Quid igitur nostro Calendario crimini dar aduersarius, quod in quodlibet Calendarium, quacunq; ratione compositum (saluis modò Cyclis, & æquabilitate anni) nō æquè conueniat? Neq; enim ullum omnino huiusmodi Calendarium condi potest, quod prorsus aut cum cæli cursibus congruat, aut omnia uitet incommoda. Vnum est, quod prætermitti in Calendario nullo modo debet, ut scilicet tota eius ratio certis instructa regulis quam minimū à medijs absit motibus: qua utiq; laude cumulatū esse Calendarium nouum, nostra hæc Apologia fidem profectò faciet; quæ non dubito, quin iustis existimatoribus expectata magis, quam fera uideatur. Etenim mihi item, ut cæteris Mathematicis,


Mæstlini

Mæstlini examen usq; eò leue, ac nugatoriū semper est uisum; ut risu potius, quam responso dignum iudicaretur. Cæterum cum Mæstlinus nouum Calendarium petulantissimè exagitate, Mathematicos omnes vnus audacissimè lacessere, & tanquam parta victoria de nobis triumphare non desistat, securus scilicet, quod nemo omnino vsquam gentium reperiat, qui mendax eius examen examinare & execrere vel possit, vel audeat; meas partes esse duxi, tumidos istius spiritus aliquando frangere, frigidatq; ac ieiunas eius calumnias pro virili propulsare: ne fortè (vt nunc est) qui in hoc genere nihil vident, cæcum, vt dicitur, sequantur Ducem. Quocirca æquis, iniquisq; demonstrabo, illum quamuis lynceus sibi videatur, in Computo Ecclesiastico, quem vocant, tanquam cæcum & sape, & grauius offendisse: quippe qui (ut alia omittam) temere affirmauerit, Pascha Luna xv. nefas esse celebrari; quod omnibus Patrum decretis, Concilijsq; aduersatur: Itemque Lunam xiiii. à plenilunio non differre; quod non modò absurdum, sed etiam ridiculum est. En cur Calendarium nouum tantò doctissimorum hominum studio, ac labore restitutum Mæstlinus, tam maledicè cauilletur. En cur GREGORIO Pontifici Max. tam audacter insultet. En cur, uelut arbiter honorarius orbis terræ Rom. Imperatorem, cæterosq; Principes Christianos ad suum tribunal, ad causam dicendam uocet. Me uerò, ut meam hanc qualemcunq; Apologiam tibi potissimum, CAESAR INVICTISSIME dedicarè. multæ causæ impulerūt nec leues, nec obscuræ. Primùm, cum Rom. Imperator suo iure primarius Ecclesiæ Romanæ, Sedisq; Apostolicæ defensor sit, ac propugnator: hic meus liber pro Catholicæ Ecclesiæ, Apostolicæq; sedis dignitate dimicans, cuius ductu, ac præsidio magis exire debuit, quam Imperatoris Rom. sacrosanctæ Ecclesiæ præstantissimi, & summi Ducis? Deinde cuius magis, quam tua, interest, perspectu & exploratu habere, Calendarium nouum, quod toto Imperio Romano, Maiestatis tuæ auctoritate uulgatum est, non flagitiosum, temerariumq; negotium esse, quod Mæstlinus temerè, & impudenter iactat; sed egregium, & Astronomiæ præceptis,

anti-



antiquissimisq; tum orientalis, tum occidentalis Ecclesiæ institutis subnixum? atq; ita subnixum, ut non solum Mæstlini leuissimi uelitis tela, uerum etiam cuiusuis aut Ecclesiæ Rom. odio, aut alia de causa oppugnatoris, facile impetus omnes, & machinas eludat? Huc accedit, quod superioribus annis clarissimus uir Iacobus Curtius à Senftenau, homo summa prudentia, omniq; doctrinâ genere insignis, idemq; S. T. C. M. tum apud SIXTVM V. Pont. Max. Legatus, mihi pro familiaritate significauit, oprare te, ut aliquis intolerabilem istius calumniatoris audaciam frangat, eiulq; cauillationes, ac signenta diluat; ne si nullus ei responderet, homo suimet laudator egregius se nouum Calendariû funditus euertisse iactaret: Indignum quippe, ut est, tua quoq; Maiestati uideri, homunculum unû ex multis tantos sumplisse spiritus, ut aduersus opus tam præclarum, adeoq; ab omnibus optatum, per ludibrium oblatrare, & orbẽ terræ uniuersum ad pugnam prouocare non dubitarit. Itaq; tua me tacita quidem, sed Imperatoria auctoritas simul, & ad spem non inutilis uictoriæ, & ad tanti Patroni adoptandi cupiditatem erexit. Quid quod Augustissima AVSTRICA familia studio religionis incensa, plurimis, maximisque domicilijs nostro ordini extructis, ac dotatis, vetera beneficia nouis quotidie cumulat; tuaq; erga nostros homines egregia beneuolentiâ, ipsi æqualis ætati, adeo nostram sibi deuinxit Societatem, ut ea nõ gratius, quam uerius, omnia se uobis debere, præ se ferat? Quocirca, ut ego quodq; pro uirili parte tuæ Maiestati, Regiæq; stirpi uestræ aliquid gratiæ, ut cunq; licet, persoluam; uolui hunc ingenij mei foetum, quasi testem, atq; obsidem esse nostræ erga uos perpetuæ uoluntatis. VALE. ROMA. Anno M. D. LXXXVIII. Quinto decimo CAL. NOVEMB.



LIBRI TRES.

I. DE ANNISOLARIS AEQVA-  
tione.

II. DE ANNI LVNARIS, ET  
Cycli literarum Dominicalium Aequa-  
tione.

III. DE COMPVTO ECCLESIA-  
stico per digitorum articulos.

*His causarationesq̄ Restituti Calendarij vberri-  
me explicantur.*





# INDEX ALPHABETICVM

LIBRVS II.

I. QUID in sacris literis de Pascha celebratione precipiatur, & quid de eadem à SS. Patribus, & Concilijs sancitum sit. pag. 5

II. CVR Calendarium corrigi debuerit, & in quo eius correctio consistat. 17

III. CVR Aequinoctium vernum ad diem 21. Martij potissimum, & qua ratione reuocatum sit. 19

IIII. ECCLESIA cur posthabitis motibus veris apparentibusve, medios tantum, siue aequales, aut potius Cyclos in mobilium festorum celebratione usurpet. 28

V. QVAE intercalandi ratio adhibita sit, ut Aequinoctium prope diem 21. Martij, ad quæ est reuocatum, retineatur. 34

VI. DE periodo Anomalie Aequinoctiorum, & inæqualitatis annorum ex Nicolai Copernici doctrina. 47

VII. ARGVMENTA Mastlini aduersus rationem Solaris anni æquandi, in quadringentis quibusq; annis adhibendam, eorumq; solutiones. 60

# INDEX CAPITVM LIBRI II.

- I. QVO pacto Cyclus decennouennalis annos. 19. Solares exaequet. 83
- II. QVO pacto aurei numeri in Calendario disponantur, & cur, ijs amotis, in eorum locum Epacta substituta sint. 87
- III. QVO artificio Epacta in Calendario describantur. 107
- IIII. DE constructione tabulae expansae Epactarum, eiusq; aequatione, & de inuentione Epacta quolibet anno proposito. 129
- V. DE Embolismis, ac saltu Luna. 236
- VI. QVAE appelletur Luna quartadecima Paschalis, & quare Epacta Calendario ita inscripta sint, ut earum Nouilunia medias ac veras coniunctiones Luminariu ut plurimum sequantur. 254
- VII. ARGUMENTA Mastlini aduersus Nouilunia, quartadecimas Paschales, & aequationem Epactarum, ac Cycli Solaris noui Calendarij, eorumq; confutationes. 274
- ACCESSIT APPENDIX, QVA ANTONIVS POSSEVINVS è Societate IESV defenditur, & summa totius Apologia explicatur. 311
- IN-

# INDEX CAPITVM

## LIBRI III.

I.	DE aureo numero.	326
II.	DE Epactis, & Nouilunijs.	333
III.	DE Cyclo Solaris, siue literarum Dominicalium 28. annorum.	344
IIII.	DE litera Dominicali.	348
V.	DE annis Bissextilibus, communibusq. tum centesimis, tum non centesimis: & numero dierum ob aequationem anni Solaris vsque ad datum quodcunq. tempus exemptorum.	367
VI.	DE festis mobilibus.	370
VII.	DE Aduentu Domini.	381
VIII.	DE numero Dominicarum inter Pentecosten, & Aduentum Domini.	383
IX.	A QVO die hebdomada quilibet dies mensis anno quouis proposito denominetur, siue primus is sit, siue non.	387
X.	DE Nomis, Idibus, & Calendis.	389
XI.	DE Indictione.	391
XII.	DE loco Solis in Zodiaco.	394
XIII.	DE loco Luna in Zodiaco, & quot horis noctu luceat.	396

# INDEX RERVM

QVAE. IVNOQVOQVE CAPITE

Libri I. explicantur.

C A P. I.



**R**eciptum de Pascha celebratione, ex scr. ptura sacra. pag. 5  
Iudai quando Pascha celebrarēt, ex praecepto diuino. Ibid.  
Mensis primus qui. Ibid.  
Cur Ecclesia maluerit Pascha mobile esse, quam fixum. 7  
Non esse audiendos eos, qui putant Pascha statō semper die celebrandum esse. Ibid.  
Pascha celebrandum esse Dominica prima post Lunam xiiij. primi mensis. Ibid.  
Pascha cur, cadente Luna xiiij. in Dominicam, transferatur in Dominicam sequentem. Ibid.  
Auctoritates varia tum Patrum, tū Conciliorum, Pascha esse celebrandum Dominica prima post Lunam xiiij. primi mensis. 8  
Concilium Nicanum confirmasse potius, quam instituisse, Pascha celebrandum esse die Dominico post Lunam xiiij. 10  
Eusebio Casariensi, & Alexandrini curam à Nicano Concilio datam esse Cycli auri numeri. 11  
Morem celebrandi Pascha die Dominico post Lunam xiiij. primi mensis temporibus Apostolorum incepisse, esseq; traditionem Apostolicam. 12  
Error quorundam in primo mense definiendo. 14  
Mensem primum recte dici cum, ca-

ius Luna xiiij. in diem aequinoctij incidit, vel eum proximē sequitur. 15

Triā in celebratione Pascha obseruanda. 16

Aequinoctio Verno diē 21. Martij à Nicano Concilio tributum esse. Ibid.

Qua & quot Nouilunia sint Paschalia ex decreto Concilij Nicani. Ibid.

Quot, & quibus diebus anni celebrari possit Pascha ex Nicani Concilij decreto. Ibid.

Nouilunia ex institutione Concilij Nicani vsque ad correctionem anni inuestigata fuisse per aures numeros. 17

Cyclum literarum Dominicalium institutum esse, ut Dominica dies inueniretur. Ibid.

C A P. I I.

**A**Equinoctium, Nouiluniaeque ante correctionem non eisdem diebus contigisse, quibus tempore Concilij Nicani fiebant. 17

Qua Lunationes ex Concilio Nicano Paschales reiectae fuerint, tanquam non Paschales, ante correctionem, propter errorem aequinoctij. Ibid.

Pascha quando in secundo mense celebratum sit, ante correctionem, propter aequinoctij errorem. Ibid.

Nisi Calendarium suisset correctū, accidisset post aliquot annos, Pascha semper in secundo mense, tertio, quarto, &c. celebrari, propter aequinoctij versus initium mensis ascensum. 18

Pascha quando ante Calendarij re-

stentio-

# INDEX R E R V M.

*Institutionem celebratum sit Luna xxv. ob Nouiluniorum per aureos numeros inuentorum errorem.* ibid.

*Nisi correctum fuisset Calendarium, Pascha celebrari contigisset in Nouilunio, Luna ij.ij. & c. ob errorem Nouiluniorum, qua per aureos numeros inquirebantur.* ibid.

*Ob errore equinoctij, & Luna xiiij. ex aureis numeris inuenta, saepe in Pascha celebritate contigisse errorem 7. aut 28. aut 35. dierum, ante emendationem Calendarij.* ibid.

*Nisi correctum fuisset Calendarium, committi contigisset in Pascha celebratione post multos annos, error 42. dierum, & amplius.* ibid.

*Causa, cur restitutio Calendarij fuerit necessaria.* ibid.

*Calendarij correctio in quibus consistat.* 19

## C A P. III.

**S**ententia varia de equinoctij restitutione. 19

*Gregorius xiiij. quam sententiam in restituendo equinoctio secutus sit.* ibid.

*Incommoda aliarum opinionum de equinoctij restitutione.* ibid.

*Aequinoctium vernum qua ratione ad diem 21. Martij restitutum sit.* 20

*Cur 10. dies simul exempti sine ex anno 1582. non autem singuli ex singulis annis, aut mensibus.* ibid.

*Aequinoctium cur sedem suam ad 10. dies anticipauerit in Calendario a tempore Concilij Nicani usque ad correctionem Calendarij.* 21

*Anni magnitudo secundum Iulium Casarem, & Ecclesiam.* ibid.

*Anni magnitudo secundum Alphonsinos.* ibid.

*Quanto maior sit annus Romanus,*

*sive Ecclesiasticus anno Alphonsino.* ibid.

*Aequinoctium in quot annis anticipet unum diem, secundum annum Alphonsinum.* ibid.

*Calendarij correctio cur in anno 1582. & in Octobri potius instituta sit, quam in alio anno ac mense.* ibid.

*Calendarij correctio cur anno 1583. in regionibus remotioribus fieri iussit in Februario.* 22

*Mediani falsa ratio, cur in Octobri, & non ante diem Pascha anni 1582. correctio facta sit, puta in Februario.* ibid.

*Mediani ignorantia in ijs, qua Catholica Ecclesia in Pascha celebratione semper obseruauit.* 23

*Pascha anni 1582. secundum Calendarium nouum, si in Februario facta fuisset exemptio 10. dierum, non illegitimum fuisse, ut perperam vult Medianus.* ibid.

*Pascha anni 1582. secundum Calendarium nouum, si in Februario fuissent 10. dies exempti, legitimum futurum fuisse, etiam secundum motum verum, contra quam vult Medianus.* 24

*Pascha celebrari posse Luna xv. si tunc sit Dominica, probatur varijs testimonijs, & usu Ecclesie.* ibid.

*Pascha anni 1582. ex Calendario uetere contra Patrum decreta celebratum esse in quarta hebdomada, siue Luna xxiiij.* 26

*Quod Ecclesia interdum Luna xiiij. Pascha celebret, id vitio cycli, qui perfectus omnino esse non potest, tribuendum esse: Eam autem non propterea in barensim Quartadecimanorum incidere.* 27

## C A P. IIII.

**E**cclēsiam motus duntaxat medios, veris reliētis, considerare, ob multas causas. 28

1 Quia mediū motus aequales sunt, & uniformes, ac proinde ad caput vulgi accommodati: veri autem motus inaequales, & irregulares. ibid.

2 Ne seminarium perpetuum rixarum, & discordiarum excitetur in Ecclesia, si veri motus obseruarentur, ob tabularum Astronomicarum varietatem. ibid.

3 Quia nulle tabulae ad hanc usque diem extructae sunt, qua veros motus sine errore exhibeant ad multos annos. 29

4 Quia etiamsi Astronomica tabulae extarent absolutissimae, frustra tamen veri motus adsciscerentur ab Ecclesia, ob Meridianorum varietatem. 31

5 Quia antiquissima Ecclesia consuetudo est in obseruatione mediōrum motuum, non autem verorum: qua sine causa vrgenti mutari non debet. 32

6 Quia ita faciendum esse, testantur varij scriptores, & Computiſta. 33

Prutenica tabula, qua hodie ab omnibus vsurpantur, cur incerte iudicari possim. 29

Ex Astronomis nonnullos in motu Solis ac Lunae magis fidere tabulis Alphonſinis, quam Prutenicis. 30

Aequinoctij verni obseruatio à nobili quodam Dano facta anno 1586. ibi.

Recte ad restituendum aequinoctium in diem 21. Martij, exēptos fuisse 10. dies, confirmatur ex obseruatione nobilis cuiusdā Dani facta anno 1586. ibi.

Astronomicas tabulas magni facienda esse, etiamsi longo tempore durare nequeant. ibid.

Astronomicarum tabularum incon-

stantia vnde proueniat. ibid.  
Cur videri possit Deus caelorum motus tantis difficultatibus voluisse inuoluerē. 31

Ecclesiam affixisse semper aequinoctium ad diem 21. Martij, etiamsi per verum motum ab eo aliquantum recedat in annis bissextilibus. 32

Non multum referre, quod ad Paschae festum spectat, si aequinoctium non semper in ipsum diem 21. Martij incidat, sed eum interdum aliquantum antecedat, vel subsequatur. ibid.

Deum per Moysen precepisse obseruationem primi Mensis, & 10. diei, & 14. rustico modo, & ad caput vulgi accommodato. ibid.

Ecclesiam non valde laborare de veris aut medijs Nouilunijs plenilunijsq., cum in ijs inuestigandis vsa semper sit Cyclis. 33

Ecclesiam in Cyclo Lunari vsurpando imitari omnem antiquitatem. ibid.

Medios motus viles esse ad iudicandum, quinam Cyclos è pluribus relictis Lunas xiiij. exhibeat in Calendario. 34

## C A P. V.

**Q**ua intercalandi ratio adhibita sit, ut aequinoctium prope 21. diem Martij conseruetur. 34

Annus Astronomicus quid. 35  
Annum Astronomicum constare ex diebus, & horis, horarumq. fragmentis. ibid.

Annus Civilis quid. ibid.  
Annum Civilem necessario constare ex diebus integris. ibid.

Annum Astronomicum non semper ab eodem momento eiusdem diei incipere. ibid.

Anni Astronomici cognitionem esse necess-



# INDEX RERVM.

necessariam. 36  
 Cur quartus quisque annus sit bis-  
 sextilis. *ibid.*

Aequinoctium, si omnes anni essent  
 communes, in 1460. annis peragraret  
 omnes dies totius anni. *ibid.*

Intercalatio vnus dici quarto quoq;  
 anno cur maior sit, quā oporteat. *ibid.*

Quod remedium adhibendum sit,  
 ne aequinoctium, propter nimiam quar-  
 to quoque anno intercalationem adhi-  
 bitam, versus principium mensis pro-  
 grediatur. *ibid.*

Anni magnitudo ex Ptolemao. *ibid.*

Anni magnitudo ex Albategnio. 37

Anni magnitudo ex Aphōsinis. *ibi.*

Cur veteres suspicati sint, annum  
 esse inaequalem. *ibid.*

Copernici de anni inequalitate ob-  
 seruationes. *ibid.*

Difficultas intercalandi ad aequino-  
 ctium in die 21. Martij retinendum,  
 ob anni inaequalitatem. *ibid.*

In quot annis dies intercalaris semel  
 omittendus esset, si annus Ptolemaei af-  
 sumeretur. *ibid.*

In quot annis secundum Albategnij  
 annum cessandum semel esset ab inter-  
 calatione. *ibid.*

In quot annis Alphonsinus annus  
 requirat exemptionem vnus dies inter-  
 calaris. 38

Dua viae intercalādi ad aequinoctiū  
 in die 21. Martij retinendum: vna  
 ad inaequalitatem anni Solaris, altera  
 ad mediam anni magnitudinem, in-  
 stituta. *ibid.*

Omnes principes arbitrio Summi  
 Pontificis permiserunt, vt vtram mal-  
 let viam intercalandi eligeret. *ibid.*

Cur posterior via intercalandi ad  
 annū mediū instituta deleta sit. *ibid.*

Annum inaequalem apertum non esse  
 ad intercalandi rationem instituen-  
 dam. *ibid.*

Contentiones in Pasche celebra-  
 tione à Concilio Nicano vsque ad Iusti-  
 nianum Imperatorem, vnde exorta  
 sint. *ibid.*

Necessario aequabilem & vniformem  
 intercalandi viam prescribendā  
 fuisse. 39

Annus maximus cur ad aequationem  
 anni Solaris non sit idoneus. *ibid.*

Annus minimus cur ad aequatio-  
 nem anni Solaris aptus non sit. *ibid.*

Annus medius, id est, Alphonsi-  
 nus, cur solus ad annum Solarem  
 equandum aptus sit. *ibid.*

Ratio intercalationis ad medium  
 annum instituta quo pacto se ipsam  
 emendet. *ibid.*

Nihil incommodi, quod alicuius  
 momenti sit, sequi ex intercalatione pro  
 medio anno instituta. 40

Similitudo inter medias Lumina-  
 rium coniunctiones, & aequationem  
 ad annum medium institutam. *ibid.*

Novum non esse, aut absurdum, vt  
 interdum Pascha celebretur vel in se-  
 cundo mense, vel in vltimo, propter  
 annos communes, & bissexuales. 41

Pascha necessario celebratum esse  
 interdum & in secundo mense, & in  
 vltimo, etiam ipsis Concily Nicani  
 temporibus. *ibid.*

Ecclesiam decretis Patrum, & Cō-  
 cily Nicani non repugnare, etsi inter-  
 dum Pascha celebretur vel in vltimo mē-  
 se, vel in secundo, cum hoc nullo  
 modo vitari possit. 42

Aequinoctium duplex esse, Astro-  
 nomicum seu verum, & Ecclesiasti-  
 cum, sine Politicum. *ibid.*

Quare, quod aequinoctium Ecclesia-  
 sticum discrepet interdum à vero, at-  
 surdum non sit. *ibid.*

Ecclesiam esse liberam in obseruan-  
 do aequinoctio, & Lunae cursu ad Pas-  
 cha celebrandum: obseruare tamen  
 illa

*illa propter mysterium.* ibid.  
*Ecclesia magis cordi esse pacem fide-  
 lium in Pascha celebratione, quam ac-  
 curatam aequinoctij, & cursus Luna  
 observationem.* ibid.  
*Aequinoctium quo pacto ad diem  
 21. Marty possit reuocari, si post ali-  
 quot annos eum diem desereret.* 43  
*Calendarij Gregoriani perpetuitas,  
 ac perfectio, in quo consistat.* ibid.  
*Metellinum ignorasse, in quo perse-  
 ctio, ac perpetuas Calendarij consis-  
 sissat.* ibid.  
*Pieri non posse, ut aequinoctium in  
 eodem die persissat, ob sex horas quo-  
 rum omittas.* ibid.  
*Calendarium nouum intactum per-  
 mansurum, etiamsi alia intercalandi  
 via institueretur, si forte a posteriori alia  
 anni magnitudo exploretur.* 44  
*Si curus numerus in Calendario  
 esset relictus, fuissent condenda trigin-  
 ta Calendaria.* ibid.  
*Intercalaris diei omisso in centesi-  
 mis annis, quadragesimo quoque  
 excepto, qua ratione ad annum Al-  
 phonsum quadret.* ibid.  
*Centesimi anni cur ad equationem  
 anni Salutaris sint detelli.* ibid.  
*Qui anni centesimi sint post corre-  
 ctionem bissextiles, & qui commu-  
 nes.* 45  
*Similitudo inter intercalationem  
 quadragesimo quoque anno, & in-  
 tercalationem quarto quoque anno ad-  
 hibendam.* ibid.  
*Aequationem in centesimis annis  
 adhibeam non officere intercalationi,  
 qua 134. quoque anno fieri deberet, sed  
 eam potius perficere.* 46  
*Aequationem in centesimo annis  
 adhibeam eodem modo conseruare  
 aequinoctium in eodem die, quo per in-  
 tercalationem quarto quoque anno con-  
 seruatur.* 47

*Aequationem in centesimis annis  
 adhibeam similem esse rationi inter-  
 calandi Arabum in aequatione anni  
 Lunaris.* ibid.

C A P. VI.

**P**eriodus anomalia aequinoctiorum ex  
 Copernici sententia, quanta sit. 48  
 Periodus anomalia aequinoctiorum qua  
 do inceperit ante Christi ortum. ibid.  
 Periodus anomalia aequinoctiorum quo  
 anno Christi iterum inceptura sit. ibid.  
 Tabella monstrans, quando ano-  
 malia aequinoctiorum in 8. precipuis par-  
 tibus existat. 49  
 Aequinoctium verum ac medianum  
 quando simul fiant & quando maxi-  
 me inter se differant, & quando me-  
 dioeris sit eorum differentia. ibid.  
 Annus tropicus quando sit maxi-  
 mus, & quando minimus, & quando  
 medio se habeat modo. 50  
 Tabula complectens omnem varia-  
 tatem aequinoctiorum, & inaequalitatis  
 annorum, in vna integra periodo ano-  
 malia aequinoctiorum. ibid.  
 Confusio inter Christianos, si equa-  
 tio aequinoctij ad motum verum insti-  
 tueretur. 53  
 Nullam aequationem equabilem at-  
 que uniformem institui posse, qua omni  
 ex parte vero motus Solis quadrata  
 possit. 54  
 Aequinoctium secundum equationem  
 noui Calendarij non longe a die 21.  
 Marty recedere in tota vna periodo,  
 adeoque merito eam esse institutam ad  
 annum Alphonsum, qui medianus  
 est. ibid.  
 Differentiam inter verum, ac me-  
 dianum aequinoctium non attingere diem  
 vnum cum semisse. ibid.  
 Aequatio praecessionis aequinoctiorum  
maxima



# INDEX RERVM.

maxima quanta sit, cum scilicet verum ac medium aequinoctium maxime inter se distant. *ibid.*

Aequinoctium medium quando antecedit, aut sequatur verum. *ibid.*

Quantum sit maximum discrimen inter verum ac medium aequinoctium. 55

Mastlinum quid deceperit, ut putauerit, aequinoctium medium a vero abesse posse toto quadriduo. *ibid.*

Aequinoctium medium quando fiat. *ibid.*

Mastlinus quare putauerit, aequinoctium verum prolapsurum ad diem 27. Martij. 56

Aequinoctium non prolapsurum ad 27. Martij, ut Mastlinus cauillatur, etiam in spatio 2000. annorum. 57

Calendarium nouum esse perfectum, etiamsi tabule Prutenica veris motibus adhuc consentiret post annos 2000. 57

Aequinoctium cur per aequationem noui Calendarij frequentius post diem 21. Martij contingat in calo, quam ante. 58

Aequationem quamcumque, praeter eam, quae ad medium annum instituitur, deturbare aequinoctium e propria sede longius, quam oportet. *ibid.*

Aequationem ad medium annum institutam iure non posse reprehendi. 59

## C A P. VII.

**M**astlini malitia & fraus in aequinoctio noui Calendarij oppugnando. 60

Argumentum primum Mastlini aduersus aequationem noui Calendarij, ex inconstantia tabularum Astronomicarum. *ibid.*

Argumentum secundum, ex aequinoctijs annorum praesentium. 61

Argumentum tertium, ex aequinoctijs annorum futurorum. *ibid.*

Argumentum quartum, ex aequinoctijs annorum praeteritorum. 62

Argumentum quintum aduersus exceptionem 10. dierum factam. *ibid.*

Mastlini argumeta omnia peccare, quod verum aequinoctium assumant. 63

Mastlini testimonium, in anno Ecclesiastico non esse obseruandas Astronomorum subtilitates. *ibid.*

Mastlinum verè asserere, in anno Politico, & Ecclesiastico Astronomicas subtilitates non esse consecutandas. 64

Mastlini temeritas in Calendario oppugnando. 65

Mastlinum verè asserere, neque Iulium Caesarem, neque Patres Concilij Niceni de subtilitatibus Astronomicis quicquam monuisse. *ibid.*

Mastlinum verè asserere, post inscriptionem aurei numeri in Calennario à Dionysio exiguo factam, propter subtilitatem verorum motuum subtilitates, concordiam maximam in Pascha celebratione seruata esse. *ibid.*

Pascha quoties non ex Concilij Niceni sententia celebratum sit, paucis annis ante Calendarij restitutionem. *ibid.*

Pascha post annum 2624. semper contra decretum Concilij Niceni celebrandum esset, nisi Calendarum fuisset correctum. 66

Necessitas correctionis Calendarij, aduersus Mastlinum. *ibid.*

Mastlinum propter odium in Pontifice Romano asserere, vetus Calendarium esse retinendum. *ibid.*

Mastlinum falsò asserere, sibi gratum non esse, de subtilitatibus Astronomorum quaestione nullam mouere. *ibid.*

Mastlinum falsò asserere, in Calendario nouo obseruatas esse subtilitates Astronomicas. *ibid.*

Mastlinum falsò asserere, Gregorium xiii. sub praena eccommunicatōnis orbem Christianum subiicere subtili-

# INDEX RERVM.

- litibus Astronomorum.* ibi.  
 Gregorius xiiij. quid pratendat in ex-  
 communicatione contra eos, qui Calen-  
 dar. um nouum non recipiunt. ibi.  
 Mastlinū frustra subtilitates Astro-  
 nomicas confectariū in Calendario oppu-  
 gnando, cum ea neglecta sint in eo. 67  
 Mastlinum nolentem Calendario  
 nouo fauere. ibi.  
 Argumenti primi solutio ibi.  
 Tabulas Prutenicas ad Calendariū  
 restituendum esse adhibitas. ibi.  
 Tabularum Astronomicarum incō-  
 stantiam non obesse perfectioni, ac per-  
 petuitati Calendarij noui. ibi.  
 Calendar. um nouum quomodo perpe-  
 tuum dicatur. ibi.  
 Aequinoctium secundum aequationē  
 anni medij redire ad diem 21. Martij,  
 etiam post annos 20000. licet interim  
 hic, illicq; ab eo euagetur. 68  
 Non opus esse tanta animi contentio-  
 ne ad Calendarium nouum defenden-  
 dum, quantum uult Mastlinus. ibi.  
 Argumenti secundi solutio. ibi.  
 Aequinoctium duos minimum dies  
 poscere, ob annos bissexiles. ibi.  
 Aequinoctium, quod ad annos pre-  
 sentes attinet, recte ad diem 21. Mar-  
 tij reuocatum esse. ibi.  
 Aequinoctij restitutionem ad diem  
 21. Martij, per omissionem diei interca-  
 laris anno 1700. non esse uersus a solu-  
 tionem, ut Mastlinus calumniatur. 69  
 Aequinoctium ob anni inaequalitatē  
 in utrūq; partem à die 21. recedere. ibi.  
 Aequinoctium quando ex die 21. ad  
 22. & 23. deuoluatur, & quando ad 21.  
 reuertatur. Item quando ex die 21. ad  
 20. & 19. recedat, & quando inde ad  
 21. regrediat. ibi.  
 Diem 21. Martij aequinoctio assigna-  
 tum, medium locum habere inter 23.  
 diem, & 19. ad quos usque excurrere  
 potest aequinoctium, cum inde sponte sua  
 ad diem 21. reuertatur. ibi.  
 Pascha raro in ultimum, uel secun-  
 dum mensem in nouo Calendario in-  
 currere. 70  
 Nouum noui esse, ut interdum Pas-  
 cha in ultimum, uel in secundum men-  
 sem incidat. ibi.  
 Pascha necessario celebrari nouum  
 quam in secundo mense, propter duos  
 dies, quos aequinoctium postulat: siue Ca-  
 lendarium uetus retineatur, siue nouū  
 recipiatur. ibi.  
 Calendarium correctionem desidera-  
 turum non fuisse, si aequinoctium ad die  
 11. Martij progressum, sponte suo ad  
 21. regredi capisset, nullo adhibito re-  
 medio. ibi.  
 Recessum aequinoctij à die 21. Mar-  
 tij locum solum habere in tabulis Pru-  
 tenicis. 71  
 Recessum aequinoctij à die 21. Mar-  
 tij praesum esse ab auctoribus Calen-  
 darij noui, ut restantur due uia equatio-  
 nis in Cōpendio nouae rationis restituen-  
 di Calendarij ad Principes missō. ibi.  
 Argumenti tertij solutio. ibi.  
 Aequinoctium quare in proximē su-  
 turis centesimis, annis necessario à die  
 21. uersus finem mensis delabatur. ibi.  
 Mastlinum semper loqui de aequino-  
 ctio uero tabularum Prutenicarum:  
 quod ad rem non facit, cum in Calenda-  
 rio assumptum sit aequinoctium anni me-  
 dij, quod ad usum Ecclesiae satis est. 72  
 Aequinoctium secundum annum me-  
 dium uniformiter anticipare unum diē  
 in 134. annis, teste ipso Mastlino. ibi.  
 Mastlinum temere uelle, ut in Ca-  
 lendario uerus motus consideretur, cū  
 supra tamen dixerit, neminem Político-  
 rum, & Plebeiorū subtilitatibus Astro-  
 nomicis grauari debere. ibi.  
 Mastlinum iterum docere, Calen-  
 darij noui aequationem uniformem cō-  
 pensare tarditatem, uelocitatemq; an-  
 ticipa-

icipationis veri æquinoctij. 73

Gregorium xij. in Bulla Calendarij non dixisse, ut vult Mastlinus, verum æquinoctium perpetuo permansurum ad diem 21. ibi.

Ecclesiam in Deum non peccare, & eius æquinoctium a vero distat intera: uno aut altero die, cum vltro ad diem 21. regrediat: quæ admodum eadẽ non peccauit ante correctionem. statuen- do illud die 21. quod die 11. fiebat. ibi.

Pascha debito tempore non celebra- re, quando peccatum sit, & quando non. ibi.

Mastlinum iterum concedere, æqui- noctium secundum annum medium posse multis seculis habere sedem fixam. 74

Ridiculum nõ esse, sed necessarium, ut æquinoctium medium in Calendario consideretur, non autem verum. 75

Mastlinum temerè velle Ecclesiam veris motibus astringere. 76

Mastlinum falso affirmare, æquino- ctium medium fieri die 23. Martij, pos- sez, quateriduo abesse a vero. ibi.

Æquinoctium medium quãtum ab- esse possit a vero. ibi.

Mastlinum temerè contendere, æqui- noctium deuolui posse ad 27. Martij. ibi.

Cur absurdum non sit, Ecclesiam in- terdum a vero æquinoctio aberrare post correctionem. 77

Mastlini scurrilis irrisio de die no- missimo noui Calendarij. ibi.

Calendarium nouum merito lauda- ri, cum statuat æquinoctium in 21. die Martij, qui inter 19. & 23. ad quos vs- que excurrere potest, medius est. ibi.

Argumenti quarti solutio. 78

Æquationem æquinoctij noui Calen- darij, cum sit æquabilis, non posse omni ex parte quadrare in omnes annos præ-

teritos, ac futuros. ibi.

Æquationem æquinoctij noui Calen- darij exquisitè respondere nonnullis an- nis præteritis, ac futuris. ibi.

Argumenti quinti solutio. 79

Æquatio noui Calendarij cur non- nullis annis præteritis, & futuris pau- ciores dies; quàm res exigat, offerat exi- mendas, nonnullis autem plures. ibi.

Æquatio noui Calendarij quò pacto ad tempora Concilij Nicani retracta exhibeat 10. dies excimendos. 80

Necessariam fuisse 10. dierum exci- ptionem, ut æquinoctium ex die 11. in 21. restitueretur, siue æquatio 10. dies præbeat excimendos vsque ad Cõcilium Nicænum, siue non. ibi.

Responsio generalis ad omnia argu- menta, que contra æquationem Calen- darij noui afferri possunt. 81

Æquinoctium restituendum esse ad diem 21. Martij per intercalationem, vel omissionem aliquot dierum, si ab eo longius recessisse conperitur. ibi.

Nullum argumentum posse excogi- tari, quod vim vllam habeat aduersus Calendarium nouum. ibi.

Nullum Calendarium alio modo cõ- strui posse, quàm quo Gregorianum est constructum, quod sit perfectum, perpetuumque, aut diuturnum. 82

Quid requiratur, ut Calendarium aliquod absolutum, & diuturnum dici possit. ibi.

Mastlinum, si voluisset, ex Com- pendio noua restitutionis Calendarij potuisse eius perfectionem intelligere. ibi.

Neminem iure posse nobis obijcere, nos non prauidisse, quã obijci possint, aut non intellexisse, quatenus Calen- darium dici possit perpetuum. ibi.

# INDEX RERVM

QVAE VNOQVOQVE CAPITE

Libri II. explicantur.

## C A P. I.



**A**nnus Lunaris Ciuilis quid, quotuplex, & quantus. 83

Ann<sup>o</sup> Lunaris Astro-  
nomicus quid, & quan-  
tus. 84

Lunaris mensis magnitudo secundum motum mediu m. *ibid.*

Lunarem mensem secundum Compu-  
tistas, iusto esse minorem. *ibid.*

Lunaris mensis per dies, horas, &  
fragmenta horarum numerati cognitio-  
nem necessariam esse, ut menses Luna-  
res Ciuiles, vel Politici recte instituan-  
tur. *ibid.*

Mensis Lunaris Ciuilis magnitu-  
do. *ibid.*

Lunationes in Calendario cur sint  
alterius dierum 30. & 29. *ibid.*

Nonilunia cur quolibet anno contin-  
gant plerunque 11. diebus prius, quam  
proxime antecedente anno. 85

Anni 19. Solares quot dies conti-  
neant. *ibid.*

In 19. annis Solaribus fieri Luna-  
tiones medias 235. *ibid.*

Differentia inter dies annorum 19.  
Solarium, & dies Lunationum 235.  
quanta sit. *ibid.*

Anticipatio mediarum Lunationum  
quanta sit in 19. annis, & quanta in  
76. *ibid.*

Lunationes medias anticipare diem  
vnum in annis 312  $\frac{1}{3}$ . *ibid.*

In 19. annis Solaribus contineri Lu-  
nationes 235. Ciuiles. *ibid.*

Lunationes 235. Ciuiles in 19. annis  
Solaribus contentae quo pacto explent  
tempus totidem Lunationum mediarum,  
etiamsi in qualibet omitantur Min.  
44. Sec. 3. Ter. 11. 86

Vnde in 19. annis suppleantur Min.  
44. Sec. 3. Ter. 11. quae in quaque Lu-  
natione Ciuili omititur, una cum 12.  
horis vltima Lunationi extraordinaria  
ademptis. 87

Metonem Atheniensem inuentoram  
fuisse aurei numeri circa Olympiadem  
86. *ibid.*

## C A P. II.

**A**vrei numeri quo ordine à veteri-  
bus in Calendario collocati sint. 87

Aurei numeri cur in Calendario nõ  
seruent ordinem naturalem, sed maior  
antecedat minorem plerunque 11. die-  
bus. *ibid.*

Aurcum numerum quemlibet in Ca-  
lendario signi à proximè antecedente,  
per additionem 8. vel per subtractio-  
nem 11. à proximè vero insiguiente, per  
additionem 11. vel per subtractionem  
8. 88

Aureus numerus minor in Calenda-  
rio maiorem antecedentem plerunque  
sequitur proximè: maior verò mino-  
rem non proximè, sed vno relicto die  
vacuo. *ibid.*

Aurei numeri omnes quatuordecim ex  
primo aureo numero Calendary, aut  
ex postremo, Calendario inscriban-  
tur. *ibid.*

Aureus

# INDEX RERVM.

*Aureus numerus maior quibus in lo- is minorem sequatur proximè in Calendario vetere, & in nouo huius temporis, si aurei numeri in eo forent describendi.* 89

*Calendarium Ecclesiasticum, quo Ecclesia à Concilio Niceno vsque ad anni correctionem à Gregorio xij. factam vsa est.* 90

*Aurcorum numerorū seriem in Calendario non esse in situ Cycli, ut primu ab ultimo formetur per addit. onē 8. quemadmodam aliorum quilibet à superiore gignitur.* 96

*Calendarium Ecclesiasticum, quo post anni correctionem à Gregorio xij. factam Ecclesia vti debet, vsque ad annum 1700. si aurei numeri pro Epactis in eo descripti essent.* 97

*Aureus numerus sequens cur ab antecedente formetur per additionem 8. vel subtractionem 11. Antecedens vero à sequenti per additionem 11. vel subtractionem 8. Et cur non continuo ordine scribantur aurei numeri in Calendario.* 103

*Cycli decennouennalis distributio in Ogdoadem, & Hendecadem.* 104

*Nonilunia quo modo ex aureis numeris in Calendario dispositis inuestigentur.* *ibid.*

*Aurei numeri defectus in Nonilunijs inuestigandis.* *ibid.*

*Nonilunia quantum anticipant à tempore Concilij Niceni vsque ad annum correctionis.* *ibid.*

*Nonilunia ante correctionem inueniebantur in Calendario per ascensum quinque dierum inclusivè ab aureo numero proposito.* *ibid.*

*Aurei numeri quo pacto in veteri Calendario promouendi fuissent, iam ante correctionem, quam post, ut Nonilunia indicarent.* 105

*Aurei numeri in Calendario corre-*

*cti, cur non possint perpetuò, aut longo tempore Nonilunia monstrare.* *ibid.*

*Triginta Calendaria esse conscien- da, si aureus numerus in Calendario retineri deberet.* *ibid.*

*Epactas merito in locum aureorum numerorum suffectas esse.* *ibid.*

*Epacta qualibet cur minor esse de- beat, quam 30.* *ibid.*

*Epactæ quid sint, & cur 30. sint.* 106

*Epactæ cur sic dictæ sint.* *ibid.*

## C A P. III.

**E** *Pacta cur in Calendario disposita sint ordine retrogrado.* 107

*Epacta quo pacto in Calendario dis- sponantur.* *ibid.*

*Cautio addibenda in Epactarum de- scriptione in Calendario.* *ibid.*

*Cur in sex locis Calendarij eidem diei dua Epacta ascribantur.* *ibid.*

*Lunationes fieri alternas 30. & 29. dierum, ob appositionem duarum Epactarum ad eundem diem in sex locis Calendarij.* 108

*Epacta 25. cur alio caractere, coloreve scribenda sit supra aliam Epactam xxv. in sex locis Calendarij.* 108

*Propter Epactam 25. diuerso colore, caractereve scriptam non posse in eodem Cyclo decennouennali, duo Nonilunia in eundem diem incidere.* 108

*Epacta xxiiii. cur in eodem Cyclo non usurpetur, quando Epacta xxv. & aureus numerus non maior, quam 11. concurrunt. Item cur Epacta xxvi. in usu non sit in eodem cyclo, quando Epacta 25. & aureus numerus maior, quam 11. concurrunt.* 109

*Epactam 25. diuersi coloris, caracte- risue è regione Epactæ xxvi. positâ non perturbare Lunationes.* 110

*Aequatio mensuræ Lunarum in Calen-*



# INDEX RERVM.

*Calendario cur potius facta sit per Epactas xxv. xxiiij. simul positas, quam per alias.* ibi.

*Lunationes Paschales in nouo Calendario, cur non omnes sint. 29. dierum, ut in veteri.* 111

*Epacta 19. cur alio colore, aut charactere ad vltimum diem Decembris è regione Epactæ xx. posita sit* 112

*Propter Epactam 19. diuersi coloris, aut characteris vltimo die Decembris appositam non posse in eodem Cyclo de- centuennali duo Nouilunia in eodem diem incidere.* 113

*Calendarium Gregorianum cū Epactis loco aureorum numerorum per dies mensium digestis.* 115

*Calendarium Compendij noua ratio nis restituendi Calendarij ad Principes Christianos à Gregorio xij. transmissi.* 122

*Nouilunia ex vsu Ecclesie quo modo ex Epactis in Calendario inquirantur.* 128

*Epactæ Calendarij noui qua ratione ppetuo Nouilunia indicare possint.* 128

*Epactas recte in locum aureorum numerorum successisse, apertè, ordine retrogrado in Calendario esse dispositas.* ibi.

*Dies Decembris, qui post vltimam Lunationem anni supersunt, exhibere plerunq; Epactam anni insequentis.* 128

*Aurco numero 19. corrente, addendam plerunq; esse unitatem ad dies, qui post vltimam Lunationem in Decembri supersunt, ut Epacta insequentis anni conscribatur.* 129

## CAP. IIII.

**E** PACTAS duntaxat 19. ex omnibus 30. in vno, aut pluribus spatijs centum annorum, ad Nouilunia monstranda, esse vsurpandas. 129

*Epactæ alia 19. vna unitate maiores, aut minores, quam 19. antecedentes quando assumenda sint.* 130

*Epactarum tabula expansa quo pacto construatur.* ibi.

*Epactarum lineis in tabula expansa cur ascriptæ potius sint literæ alphabetsi, quam anni Domini.* 131

*Epactarum tabula expansa.* 132  
*Tabula equationis tabula Epactarum expansa.* 134

*Tabula equationis tabula Epactarum expansa quo pacto construatur.* 139  
*Nouilunia Cycli debere ex vsu Ecclesie subsequi, vñ plurimum, cõiunctiones ex tabulis inuentas.* 149

*Nouilunia aurci numeri circa tempora Concilij Nicani eadem serè fuisse, que in celo fiebant.* ibi.

*Nouilunia aurci numeri circa annum Domini 550. serius cõtigisse, quàm in celo, ac proinde ad vsum Ecclesie magis accommodata fuisse.* ibi.

*Radice[m] equationis Epactarum referendam esse ad annum Domini 550.* 141

*Equatione Luna trecetesimo quoq; anno proueniri annis 12. cum dimidio, quorum tamen ratio habenda sit, quando summa 100. annorũ cõsererint.* 141

*Continuatio tabule equationis Epactarum per annos centesimos, usq; ad correctionis annum.* 142

*Equatio Epactarum quo pacto instituitur anno 1582. correctionis.* 142

*Litera equationis anni correctionis.* ibi.

*Equationis Epactarum tabula quo pacto post correctionem instituitur, habita etiam ratione equationis anni Solaris.* 143

*Litera equationis anni 1600. q.* 143

*Equatio Luna cur ex anno 1700. in annum 1800. differatur.* ibi.

*Litera equationis anni 1700. q.* 143

Li-



# INDEX RERVM.

*Littera aequationis anni 1300. q̄. 143*  
*Littera aequationis annorum 1900.*  
 2000. 2100. que. 144  
*Littera aequationis annorum 2200.*  
 2300. que. ibi.  
*Littera aequationis annorum 2400.*  
 2500. que. ibi.  
 Continuatō tabula aequationis Epactarum post correctionem per centesimos annos in infinitum. ibi.  
 Regula triplex continuandi tabulam aequationis Epactarum in infinitum. ibi.  
 Qua arte tabella cycli Epactarum perpetua in Calendario Gregoriano una cum tabula aequationis, constructa sit. 145  
 Litteras aequationis Epactarum post annos 1000. progredi eadem omniū proportione. 146  
 Totum laborem in condenda tabula aequationis consistere in primo spatio 1000. annorum. 147  
 Tabulam aequationis Epactarum contineri cyclo 30000. annorum. 147  
 Usus tabula expansa, & aequationis Epactarum in Epacta cuiusvis anni inuenienda. 148  
 Usus tabella cycli Epactarum perpetua, que in Calendario proposita est. 149  
 Epactam cuiuslibet anni formari ab Epacta antecedentis anni per additionem 11. Nonnunquam etiam per additionem 12. ibid.  
 Epacta 25. diversicoloris, aut chara cteris, quando usurpanda. 150  
 Quare addantur 12. ad Epactam cum aureo numero 19. concurrentem, ut sequentis anni Epacta conficiatur. ibid.  
 Cur, aureo numero 19. currente, addenda sit vnitas ad dies, qui in Decembri post ultimam Lunationem supersunt, ut Epacta sequentis anni con-

stituatur. ibid.  
 Aequationis tabula qua ratione instauranda sit, si forte alia anni magnitudo inueniatur. 151  
 Aequationis tabula qua ratione instauranda sit, si forte Luna non in annis 312. cum dimidio, sed vel in paucioribus, pluribusue anticipare vnum diem deprehendatur. 152  
 Epactas in Calendario loca non mutare, etiamsi tabula aequationis Epactarum propter aliam fortassis anni magnitudinem inuentam, vel propter aliam Lunationum periodum inueniatur. ibi.  
 Aureus numerus, vel alius quiuis Cyclus omnia loca Calendarij non replens, cur non possit esse in Calendario immutabilis. ibid.  
 Calendarium Gregorianum cur dicatur perpetuum. 153  
 Cyclus Epactarum noni Calendarij qua ratione dicatur ad quamcumque anni magnitudinem posse accommodari. ibid.  
 Calendarium nouum non dici perpetuum, propter restitutionem aequinoctij factam, eiusque aequationem prescriptam, ut Masslinus putat. ibi.  
 Anni Solaris aequandi ratio cur duplex in Compendio ad Principes Christianos transmissio proposita sit. 153  
 Aequinoctij restitutio quam sit facilis per omissionem, vel intercalationem aliquot dierum. 154  
 Cycli ad Nonilunia monstranda dispositio in Calendario, qui ad omnem anni magnitudinem accommodari possit, & perpetuus sit, cur sit difficilis. ibid.  
 Calendarium nouum laude esse dignum, quod in eo discordes Solis ac Lunae motus ad concordiam sunt reducti; etiamsi quinoctium ob inaequalitatem anni Solaris egeat interdum alia

# INDEX R E R V M

alia aequatione, praefer eam, qua 400. quibusq; annis adhibetur. ibi.

Non luniorum inveniendorum rationem ex Epactis, diuersam non esse ab ea, qua per aureos numeros fit. 155

Explicatio 30. Calendariorum, in quibus aurei numeri pro Epactis sunt descripti. ibid.

Triginta Calendaria aureorum numerorum, triginta lincis tabula Epactarum expansa respondentia. 156

Aurei numeri qua ratione ex Epactis excerpantur, ut in 30. Calendaria digerantur. 204

Nonilunia quo modo ex aureis numeris 30. Calendariorum reperiuntur. 204

Calendariorum 30. incommoditas. 204

Explicatio 30. tabularum omnium Lunationum 30. Cyclorum decennouennalium tabula expansa completentium. 205

Triginta tabula omnium Lunationum totius anni respondentem Cyclis 30. decennouennalibus tabula expansa. 206

Annus Lunaris tam communis, quam Embolismicus, quando fiat canus, ducrum videlicet 353. vel 383. 236

## C A P. V.

**L**unatio qualibet cur illi mensi tribuatur, in quo finitur. 236

Cyclum quemlibet 19. Epactarum incipere vel ab Epacta \*, si in proposito cyclo continetur, vel ab Epacta }, si \* in dato cyclo non reperitur. 237

Cycli decennouennales tabula expansa incipientes à \*, vel ab Epacta }, qui sunt. ibid.

Cyclum decennouennalem quemcumque incipere vel à primo die Ianuarij, vel ab ultimo die Decembris. 238

Cur qualibet tabula Lunationum incipiat à \*, vel j. & prima Lunatio an-

ni incipiat à primo die Ianuarij, vel ab ultimo Decembris. ibid

Cyclum decennouennalem aurei numeri incipere vel ab aureo numero ad Calendar Ianuarij scripto, vel ab eo, qui ultimo diei Decembris ascribendus esset, si inde annus Solaris inciperet. 239

Aurei numeri Cyclum ante correctionem semper incepisse ab aureo numero 3. ibid.

Aurei numeri cyclum initium sumere successiue ab omnibus aureis numeris, si aequatio Solaris anni, ac Lunaris adhibeatur. 240

Cyclus quilibet decennouennalis Epactarum quare semper incipiat à \*, vel ab Epacta }. ibid.

Aurei numeri cyclum apud Alexandrinos semper incepisse ab ultimo die anni ipsorum, & ab aureo numero j. ibid.

Embolismus quid sit. ibid.

Lunationes 13. qua ratione in vno anno possint contineri. 241

Annos 7. Embolismicos in quolibet cyclo decennouennali contineri, unde cognoscatur, & quinam illi sint. ibid.

Anni 3. 6. 9. 11. 14. 17. 19. cur in omni Cyclo decennouennali sint Embolismici. ibid.

Annus Embolismicus quando contineat dies 384. & quando 383. 242

Lunationem 7. Embolismicam continere dies 29. in duobus tantum Cyclis: In alijs autem 28. Cyclis dies 30. & aliquam aliam Lunationem Embolismicam esse dierum 29. ibid.

Anni Embolismici primam Lunationem terminari in aliquo primorum 11. dierum Ianuarij, & quare. ibid.

Quartadecimanorum hæresim Ecclesiam non incurere, etsi interdum Pascha celebret, ob imperfectam Cyclorum naturam, Luna xliiii. 27

Quartadecima Luna Paschalis, ex visu Ecclesiæ, quæ. 256

Quartadecimam Lunam Cycli ex Theophilo Alexandrino, & S. Cyrillo, esse eam, quæ ex tabulis Astronomicis est xvi. à coniunctione. 265

Quarta decimas Lunas primi mensis ab Ecclesia referri ad diem 21. Martii. æquinoctio destinatum, etsi interdum ab eo die æquinoctium distare comperitur. 282

# INDEX ALPHABETICVS.

Quartadecimas Lunas Paschales noui  
Calendarii circa tempora Concilii Niceni fru-  
stra oppugnari à Mællino; cum à Lunis  
xiii. Paschalibus aureorum numerorum  
illius temporis non differant. 293

Quartadecimas Lunas Paschales Epa-  
scarum noui Calendarii, & aureorum nu-  
merorum, easdem esse tempore Concilij  
Niceni. 295

Quartadecimam Lunam non esse diem,  
qui oppositionem veram proximè antecede-  
dit, vt nonnulli volunt. 256

Quartadecimam Lunam, & oppositio-  
nem Solis ac Lunæ, non esse idem, vt vult  
Mællinus. 256. & 275

Quartadecima Luna Paschalis, siue Pas-  
cha Hebræorum, quo pacto in manu repe-  
riatur. 371

Quartadecima Luna Paschalis, siue Pas-  
cha Hebræorum, qua ratione per solam  
Epactam currentem inueniatur memori-  
ter. 374

Quartadecima Luna Paschalis, siue Pas-  
cha Hebræorum, quo modo aliter per  
Epactam currentem memoriter reperia-  
tur. 375

Quartadecima Luna nonnunquam Pas-  
cha celebratum esse circa tempora Conci-  
lij Niceni, eo quòd aurei numeri nimis ci-  
to Noullunia indicabant. 261

Quartadecima Luna Pascha celebrari,  
semper fuisse prohibitum, non autem Lu-  
na xv. 254

Quartadecimas Paschales debere an-  
tecedere medias oppositiones vno tantum  
die, vel in easdem incidere, vel certè non  
multo post eas reperiri. 257

Quartadecimas Paschales ita à Mælli-  
no oppugnari, vt ab eo Cycli Epactarum  
noui Calendarij potius confirmetur, quàm  
destruatur. 275

Quarta hebdomada celebrari necessa-  
rio nonnunquam Pascha, ob imperfectam  
Cyclorum naturam. 292

Quarto quoque anno centesimo inter-  
calationem vnus diei adhibendam, vel po-  
tius retinendam, similem esse intercalatio-  
nis visitatæ quarto quoque anno non cen-  
tesimo adhibendæ. 41

Quarto quoque anno intercalatio vnus  
diei, cur maior sit, quàm oporteat. 36

Quartus quisque annus cur bissextilis  
sit. ibid.

Quartus quisque annus centesimus post  
correctionem anni, cur solus maneat bis-  
sextilis, alii vero centesimi anni non bis-  
sextiles. 44. & 45

## R

**R** Adicem æquationis Epactarum refe-  
rendam esse ad annum Domini 550.  
& quare. 141

Radices festorem mobilium, quæ. 371

Ratio intercalandi quæ adhibita sit, vt  
æquinoctium prope 21. diem Martij conser-  
uetur. 34

Ratio intercalationis ad medium an-  
num instituta, quo pacto seipsam emen-  
det. 39

Ratio æquandi anni Solaris cur duplex  
ad Principes Christianos à Gregorio xiii.  
missa sit. 153

Rationem intercalandi ad annum me-  
dium institutam, nihil incommodi afferre,  
quod alicuius momenti sit. 40

Rationes duæ intercalandi ad æquino-  
ctium in die 21. Martij retinendum: vna  
ad inæqualitatem anni Solaris, altera ad  
mediam anni magnitudinem, instituta. 38

Ratio intercalandi ad annum medium  
instituta, cur in anni restitutione delecta  
sit. ibid.

Rationem intercalandi æquabilem, &  
vniformem necessario præscribendam fuisse  
in hoc correctionis negotio. 39

Ratio intercalandi ad annum maximam  
instituta, quare sit incommoda. ibid.

Ratio intercalandi ad anni magnitudi-  
nem minimam instituta, cur apta non  
sit. ibid.

Rationem intercalandi, vt æquinoctium  
in die 21. Martij retineatur, reddi dissi-  
cilem, ob inæqualitatem anni Solaris. 37

Recessum æquinoctij à 21. die Martij lo-  
cum duntaxat habere in tabulis Prutenicis. 71

Recessum æquinoctij à 21. die Martij præui-

# INDEX ALPHABETICVS.

præsum esse ab auctoribus Calendarij noui, vt testantur dux viæ æquationis in Compendio nouæ rationis restituendi Calendarij ad Principes Christianos misisso. ibid.

Regula triplex ad æquationem Epactarum rectè instituendam, atq; in infinitum continuandam. 144

Regula inueniendi aureum numerum cuiuslibet anni, in manu. 129

Regula inueniendi aureum numerum cuiuslibet anni, per præcepta Arithmetices. 130

Regula inuestigandi Epactam cuiuslibet anni, ante correctionem Calendarii. ibid.

Regula inuestigandi Epactam cuiuslibet anni, post emendatum annum vsque ad annum 1700. exclusiue. ibid.

Regula inuestigandi Epactam cuiusuis anni post annum 1700. 134

Regula inuestigandi Nouilunia memoriter per Epactas, prout in Calendario nouo annotantur. 138

Regula inueniendi ætatem Lunæ memoriter, prout in Calendario numeratur. 140

Regula cognoscendi Lunationes dicendum 30. & 29. in Calendario. ibid.

Regula inueniendi Nouilunia per Epactas, & menses Calendas, memoriter. 140

Regula inuestigandi ætatem Lunæ memoriter per Epactas, Calendas, ac dies mensium. 141

Regula inueniendi Regulares Lunæ. 141

Regula inueniendi ætatem Lunæ, & Nouilunia, per Regulares Lunæ, & Epactas, memoriter. 142

Regula inquirendi Cyclum Solarem cuiuslibet anni, in manu. 145

Regula inuestigandi Cyclum Solarem per præcepta Arithmetices. 148

Regula inueniendi literam Dominicalem ante, & post correctionem anni, ex Cyclo Solari. ibid.

Regula inueniendi literam Dominicalem, post anni correctionem, per Cyclum Solarem immutatum. 154

Regula inueniendi literam Dominica-

lem ante correctionem anni, sine Cyclo Solari, longè facillima. 160

Regula inueniendi literam Dominicalem post anni restitutionem, sine Cyclo Solari, longè etiam facillima. ibid.

Regula cognoscendi annos non centesimos bissextiles, & communes. 167

Regula cognoscendi annos centesimos bissextiles, & non bissextiles. ibid.

Regula cognoscendi, quot dies intercalares omisi sint vsque ad quemcunque annum centesimum inclusiue. 168. & 169

Regula inueniendi festa mobilia in manu. 171. & 172

Regula inueniendi Lunam xiiii. Paschalem, siue Pascha Hebræorum. 171. 174. & 175.

Regula inueniendi Pascha, cum aliis festis mobilibus memoriter, ex cognita Luna xiiii. Paschali. 177

Regula inueniendi festa mobilia ex aureis numeris, ante anni restitutionem. 181

Regula inueniendi primam Dominicam Aduentus. 181. & 182

Regula inueniendi numerum Dominicarum inter Pentecosten, & Aduentum Domini. 181. & 184

Regula inueniendi literam Dominicalem Calendis cuiuslibet mēsis ascriptam; & à qua feria quilibet mēsis incipiat. 187

Regula inueniendi literam Dominicalem cuiusque diei anni ascriptam; & à qua feria dies ille denominetur. 188. & 189.

Regula denominandi dies mensium à Nonis, Idibus, & Calendis. 190

Regula cognoscendi, quotus dies mensis sit quilibet dies à Nonis, Idibus, & Calendis denominatus. 191

Regula inueniendi Indictionem cuiusuis anni, in manu. ibid.

Regula inueniendi Indictionem cuiusuis anni per præcepta Arithmetices. ibid.

Regula inueniendi diem, quo Sol quoduis signum Zodiaci ingrediatur. 191

Regula inueniendi gradum Zodiaci, in quo Sol quouis die proposito existat. ibid.

# INDEX ALPHABETICVS.

Regula inueniendi locum Lunę in Zodiaco, plus minus, quouis die propofito. 396. & 397

Regula cognofcendi, quot horis Luna noctu luceat. 397. & 398

Regulares Lunę quid fint, & quo pacto inueniantur. 341

Regulares Lunę in nouo Calendario diuerfas effe à Regularibus veteris Calendarii. ibid.

Remedium adhibendum quod fit, ne æquinoctium, propter nimiam quarto quoq; anno intercalat ionem adhibitam, verfus principiũ menfis progrediatur. 36

Refponfio ad primum argumentum Mæftlini aduerfus æquationem æquinoctij. 67

Refponfio ad fecundum argumentum Mæftlini aduerfus æquationem æquinoctij. 68

Refponfio ad tertium argumentum Mæftlini aduerfus æquationem æquinoctij. 71

Refponfio ad quartum argumentum Mæftlini aduerfus æquationem æquinoctij. 78

Refponfio ad quintum argumentum Mæftlini aduerfus æquationem æquinoctij. 79

Retrogrado ordine cur Epactæ collocatæ fint in Calendario potius,quàm ordine naturali numerorum. 107

Refponfio generalis ad omnia argumenta Mæftlini, & aliorum, quæ aduerfus æquinoctij æquationem excogitari poffunt. 81

Refponfio generalis ad omnia argumenta Mæftlini, & aliorum, quæ aduerfus Nouilunia Epactarum noui Calendarii afferri poffunt. 279

Refponfio ad duo argumenta Mæftlini, quibus probare conatur, pleraque Plenilunia Pafchalia noui Calendarii, propter elifionem 3.dierum intercalarium ex 400. quibusque annis, pertinere ad fecundum menfem: Item multos terminos Pafchales ad vltimum menfem pertinere. 279

Refponfionem auctoris effe Mæftlinio trabem in oculis. 317

Reftaurationem Calendarij non effe opus impoffibile, aut laborem inanem, vt Mæftlinus putat; quam nullus Cyclus omnino motibus cæleftibus refpondeat. 277

Reftitutio æquinoctij ad diem 21. Martij,quàm fit facilis per omiffionem, vel intercalationem vnus,vel aliquot dierum, ex edito fummi Pontificis. 154

Reftitutio Calendarii, quod ad Cyclum Calendario inferibendum attinet,cur antiquis vifa fit femper perdifficilis. ibid.

## S

**S** Altum Lunę femper fieri, cum aureus numerus eft, aliàs nunquam, fiue annus Lunaris fit communis, fiue Embolifmicus: duobus annis Embolifmicis Epactarum xix. xvij. exceptis, currente aureo numero 19. In ijs enim saltus Lunæ fit, currente aureo num. 19. non autem j. 249

Saltus Lunæ, & Embolifmos efficere, vt nonnunquam duę, vel tres Lunationes continuę fint 29. dierum: & duę, vel quatuor dierum 30. ibid.

Saltus Lunę apud Cõputiftas, quid. 248

Saltus Lunæ quando dici quoque poffit fieri in anno Embolifmico. ibid.

Saltus Lunę cur plerifq; difpliceat. 249

Scriptura facra quid de Pafchæ celebratione præcipiat. 5

Seminarium perpetuum rixarum, & difcordiarum futurum in Ecclefia, fi veri motus in celebratione Pafchæ obferuaretur, ob tabularum Aftronomicarum varietatem, & inconfiantiam. 28

Sententia de æquinoctij reftitutione, quam Gregorius xiii. in anni correptione fecutus eft. 19

Sententię varię de æquinoctij reftitutione. ibid.

Sententiarum aliarum de æquinoctij reftitutione, præter eam, quæ annum mediũ affumit, incommoditas. ibid.

Signum Zodiaci, in quod Sol quolibet mense ingreditur, quo pacto cognofcatur. 394

Signum Zodiaci cuiuslibet menfis, quo die



# INDEX ALPHABETICVS.

die Sol ingrediatur, qua ratione cognoscatur. 395  
 - Signi cuiuslibet in Zodiaco gradus, in quo Sol quouis die proposito existat, quo pacto reperitur. ibid.  
 - Similitudo inter medias Luminarium conjunctiones, & æquationem æquinocæ ad annum medium institutam. 40  
 Similitudo inter intercalationem quadragesimo quoque anno, & intercalationem vltimam quarto quoque anno adhibendam. 43  
 - Similitudo inter æquationem anni Solaris in centesimis annis adhibendam, & æquationem anni Lunarum apud Arabes. 47  
 - Sol in quod signum Zodiaci quolibet mense ingrediatur, qua via cognoscatur. 393  
 - Sol quibus diebus signum cuiuslibet mens ingrediatur, quo pacto sciatur. 395  
 - Sol quo in gradu Zodiaci quouis die proposito existat, qua ratione cognoscatur. ibid.  
 - Solarem annum non esse semper eiusdem magnitudinis. 37  
 - Solarem annum esse inæqualem, cur veteres suspicati sint. ibid.  
 - Solares anni 19. quot dies continent. 85  
 - Solares annos 19. continere 235. Lunationes medias. ibid.  
 - Solares annos 19. continere 235. Lunationes Ciuilem. ibid.  
 - Solaris annus duplex: Astronomicus, & Ciuilis. 35  
 - Solaris annus Astronomicus quid. 35  
 - Solaris annus Astronomicus constat ex diebus, horis, horarumq; fragmentis. 35  
 - Solaris annus Ciuilis quid. ibid.  
 - Solaris annus Ciuilis necessario constat ex diebus integris. ibid.  
 - Solaris annus Astronomicus non semper ab eodem momento eiusdem diei incipit. ibid.  
 - Solaris annus quartus quisque cur sit biffextilis. 36  
 - Solaris annus secundum Ptolemaum quantus. ibid.

Solaris annus secundum Albategni unquantus. 37  
 Solaris annus secundum Alphonsum, quantus. 21: & 37  
 Solaris annus non est semper eiusdem magnitudinis. 37  
 Solaris anni æquandi duplex ratio cur ad Principes Christianos missa sit à Gregorio xiii. 153  
 Solaris anni Astronomici cognitionem esse necessariam ad annum Ciuilem rectè instituendum. 36  
 Solaris anni inæqualitas à Copernico obseruata. 37  
 Solaris anni magnitudo maxima & minima, que sit secundum Copernicū, ibid.  
 Solaris anni magnitudo quando sit maxima, quando minima, & quando medio modo se habeat, ex Copernici obseruatione. 50  
 Solaris anni magnitudo secundum Iulium Cæsarem, & Ecclesiam. 21  
 Solaris anni inæqualitatem reddere difficilem rationem intercalandi, vt æquinocæ in die 21. Martij retineatur. 37  
 Solaris anni magnitudinem mediā atq; tissimam esse ad æquationem anni instituendam. 39: & 72  
 Solaris anni inæqualitatem efficere, vt æquinocæ in vtramque partem à die 21. Martij recedat. 69  
 Solaris anni magnitudo si fortè diuersa reperiat, qua ratione tabula æquationis Epactarum instauranda sit. 151  
 Solaris anni media magnitudo, cur ad æquationem æquinocæ delecta sit. 39  
 Solaris anni maximam magnitudinem ad æquationem anni Solaris non esse idoneam, & quare. 39  
 Solaris anni minima magnitudo, cur ad æquationem anni Solaris apta non sit. 39  
 Solaris anni mediā magnitudo, cur sola ad annum Solarē æquandū apta sit. 39  
 Solaris anni æquationem non omni ex parte vero motui respondere, præsertim esse ab auctoribus Calendarij, vt propterea frustra eam Mestlinus inficietur. 318  
 Solaris anni æquationem respondere omnino numero dicrum exemplorum, si

# INDEX ALPHABETICVS :

ad anteaños annos retrahatur , non esse  
necessarium . 308

Solaris cycli , & Epactarú æquationem  
nó oppugnari à Mæstlino ex proprijs . 319

Solaris Cycli quemlibet annum inci-  
pere à Ianuario : quod etiam de aureo num-  
mero , Epacta , & Indictione dicendum  
est . 326

Solaris Cyclus quid . 344

Solaris Cyclus quo pacto in digitis col-  
locetur , ad inueniendum cuiuslibet anni  
propositi Cyclum Solarem . 344 & 345

Solaris Cyclus cuiusvis anni , quo pacto  
inueniatur . 345

Solaris Cyclus cuiuslibet anni , qua ra-  
tione ex tabula reperitur . 346

Solaris Cyclus cuiusvis anni , qua arte  
p præcepta Arithmetices inueniatur . 348

Solaris Cycli dispositio in manu ad li-  
teram Dominicale cuiuslibet anni ex Cy-  
clo Solari reperendam . 349

Solaris Cycli immutatio facillima , ad  
literam Dominicale cuiuslibet anni post  
anni restitutionem inueniendam . 354

Solaris Cycli , vel Epactarum æquatio-  
nem à Mæstlino non recte oppugnari . 306

Solare Cyclum in Calendario nouo  
malitiosè reprehendi à Mæstlino . 301

Solaris Cycli æquatio , quare præteri-  
tis annis non omnino quadrare possit . 301

Solutio primi argumenti Mæstlini ad-  
uersus æquationem æquinoctij . 67

Solutio secundi argumenti Mæstlini ad-  
uersus æquationem æquinoctij . 68

Solutio tertij argumenti Mæstlini ad-  
uersus æquationem æquinoctij . 71

Solutio quarti argumenti Mæstlini ad-  
uersus æquationem æquinoctij . 78

Solutio quinti argumenti Mæstlini ad-  
uersus æquationem æquinoctij . 79

Solutio generalis omnium argumentor-  
um Mæstlini , & aliorum , que contra  
æquationem anni Solaris in nouo Caléda-  
rio præscriptam excogitari possunt . 81

Solutio generalis omnium argumentor-  
um Mæstlini , & aliorum , que aduersus  
Nouilunia Epactarum noui Calendarij  
afferi possunt . 274

Solutio duorum argumentorum Mæst-

lini , quorum altero probare conatur ;  
propter elisionem 3. dierum intercalariú  
ex 400. quibusque annis pleraque Pleni-  
lunia Paschalia noui Calendarij pertine-  
re ad secundum mensẽ : altero verò ,  
multos terminos Paschales noui Calen-  
darij ad vltimum mensẽ spectare . 279

## T

**T**abella monstrans , quando anoma-  
lia æquinoctiorum in 8. præcipuis  
partibus existat . 49

Tabella Cycli Epactarum perpetua in  
Calendario Gregoriano , vna cum tabu-  
la æquationis , qua arte constructa sit . 145

Tabellæ Cycli Epactarum perpetuæ ,  
quæ in Calendario Gregoriano proposita  
est , vsus . 149

Tabellæ duæ ad inueniendam Epactam  
cuiusq; anni ab anno correctionis vsque  
ad annum 1900 . 343

Tabula complectens omnem varietate-  
tem æquinoctiorum , & inequalitatis an-  
norum , in vna integra periodo anomalie  
æquinoctiorum . 50

Tabula Epactarum expansa quo pacto  
construatur . 130

Tabula Epactarum expansa . 132

Tabula æquationis Epactarum tabulæ  
expansæ quo pacto construatur . 139

Tabula æquationis Epactarum tabulæ  
expansæ . 134

Tabula æquationis Epactarum qua ra-  
tione instauranda sit , si fortè alia anni ma-  
gnitudo inueniatur . 151

Tabula æquationis Epactarum qua ra-  
tione instauranda sit , si fortè Luna non  
in annis  $312\frac{1}{2}$  . sed vel in paucioribus , plu-  
ribusue anticipare vnum diem comperit-  
tur . 152

Tabula quælibet ex 30. tabulis Luna-  
tionú cur semper incipiat à ✱ . vel 3. ibid.

Tabula omnium Lunationum totius  
anni secundum aureos numeros veteris  
Calendarij . 251

Tabula Nouiluniorum totius anni per-  
petua , secundum Epactas Gregoriani  
Calendarij . 253

Tabula

# INDEX ALPHABETICVS.

Tabula plurium annorum ostendens, plurima Nouilunia Epactarum, si promotæ essent per vnum diem sursum in Calendario, anteuertere coniunctiones veras. 259

Tabula ad aureum numerum inueniendum quouis anno proposito. 332

Tabula ad Cyclum Solarem inueniendum. 347

Tabula ad litteram Dominicalem inueniendam, ex Cyclo Solari. 353

Tabula ad litteram Dominicalem inueniendam, sine Cyclo Solari. 365

Tabula festorum mobilium. 386

Tabula festorum mobilium quo pacto dispositioni eorundem festorum in manu respondeat. 385

Tabula ad Indictionem cuiuslibet anni inueniendam. 393

Tabulæ Prutenicæ, quæ hodie ab omnibus usurpantur, cur incertè iudicari possint. 29

Tabulæ Astronomicæ etiam si extarent absolutissimæ, frustra tamen veri motus adficerentur ab Ecclesia, ob Meridiano rum varietatem. 31

Tabulæ æquationis Epactarum condendæ totum laborem consistere in primo spatio 10000. annorum. 147

Tabulæ Epactarum expansæ, & tabulæ æquationis Epactarum vsus. 148

Tabulæ 30. omnium Lunationum totius anni, respondentes 30. Cyclis decennouen nalisibus tabulæ expansæ. 206

Tabulæ Nouiluniorum totius anni perpetuæ explicatio. 252

Tabulæ Epactarum ad Nouilunia, Ple nilyniamque media calculanda. 270

Tabulæ æquationis litterarum Domini calium perpetuæ constructio. 303

Tabulæ ad aureum numerum cuiusque anni inueniendum constructio. 330

Tabulæ ad Cyclum Solarem cuiusuis anni inueniendum constructio. 346

Tabulæ ad litteram Dominicalem ex Cyclo Solari inueniendâ constructio. 352

Tabulæ ad litteram Dominicalem sine Cyclo Solari inueniendam constructio. 364

Tabulæ ad Indictionem cuiusuis anni inueniendam constructio. 394

Tabularum æquationis Epactarum contineri Cyclo 30000. annorum. 147

Tabularum astronomicarum inconstantia vnde proferriat. 30

Tabularum Astronomicarum inconstantiam non obesse perfectioni, ac perpetuitati Calendarii Gregoriani. 67

Tabularum 30. omnes Lunationes 30. Cyclorum decennouennalium tabulæ expansæ complementum explicatio. 205

Tabulas Astronomicas nullas ad hanc vsque diem extructas esse, quæ veros motus sine errore exhibeant ad multos annos. 29

Tabulas Prutenicas ad Calendarium restituendum esse adhibitas. 67

Tabulas mediæ motus Lunæ vtilis esse ad examinandum Cyclum quemcunque propositum. 256

Tabulas Astronomicas magni faciendas esse, etiam si longo tempore durare nequeant. 30

Tabulis Alphonsinis in motu Solis, ac Lunæ, nonnullos Astronomos magis fidere, quàm Prutenicis. ibid.

Termini Paschales auctoritate Concilii Nicæni constituti, qui sint. 16

Theophilum Alexandrinum, & S. Cyrillum appellare Lunam xiiii. ex Cyclo eam, quæ ex tabulis Astronomicis est xvj. à coniunctione. 265

Tropicus annus Solaris quando sit maximus, quando minimus, & quando medio modo se habeat, ex Copernici observationibus. 50

## V

**V**ariæ sententiæ de æquinoctii restitutione. 19

Varietatem tabularum Astronomicarum non obesse perfectioni, & perpetuitati Calendarii Gregoriani. 67

Veteres cur suspicati sint, annum esse inæqualem. 37

Victoris Papæ de celebratione Paschæ decretum. 8

Zodiaci

# INDEX ALPHABETICVS.

Z

**Z**odiaci gradus, in quo Sol proposito quouis die existat, quo pacto reperiatur . 395

Zodiaci locus, in quo Luna quouis die proposito existat, qua ratione ferè exploretur . 396. & 397

Zodiaci locus, in quo Luna quolibet dato die existat, & tempus, quo noctu luceat, quare non exquisitè memoriter possit reperiri. 398

Zodiaci signa quibus mensibus tribuantur, singula singulis . 394

Zodiaci signum quodlibet quo die Sol ingrediatur . 395

## INDICIS ALPHABETICI FINIS.



# ERRATORVM CORRECTIO

Pag. Lin. Errata.

Correctio.

18	40	sequeretur	sequeretur
23	31	Pascha celebraret	Pascha celebraret
37	3	Hor. c.	Mer. 5.
44	38	cum ex æquinodiu	cum ex æquinodiu
45	35	16. 14.	16. 10. 14.
67	37	si ex ad	si ex ad
70	30	& in tertiam	& in quartam
73	29	ad 11. Martij ad	ad 11. Martij ad
75	7	eandem 11.	dium 11.
81	10	ut 15. in Calendario	ut 20. in Calendario
106	34	addenda sint 13.	addenda sint 12.
153	19	numerus	numerus
155	1	Conciliorumque Pontificum	Conciliorum, summorumque Pontificum
180	3	desinere autem Paschale	desinere autem esse Paschale
188	3	congruerent	congruent
188	20	numerus	numerorum
188	6	cui propositus	cui soci propositus
145	13	anno 600.	anno 600.
168	9	arte omnes	arte annos omnes
171	3	Præcipus	Præcipus
177	11	monetur ab	monetur vno die ab

Præter hæc

Pagina 91. In Martio proximè sub aureo numero xij. è regione diei 13. deest aureus numerus 1.

Pagina 93. In Augusto deest dies 31. quo apposito, scribendi sunt numeri Calendarum, vt in Ianuario, vel Decembri.

Pagina 195. Epacta 25. è regione xxvj. deleatur, & scribatur è regione xxv.

Post paginam 241. vsque ad paginam 248. corrigendi sunt paginarum numeri.

Pagina 277. è regione anni 1571. primæ tabellæ sub D. H. M. lege 9. 4. 6.

Pagina 282. Vltimis quinque lineis tabellæ dele (Apr.) & scribe (Mar.)

Alia errata leuiora facile prudens lector corriget.



CITIZENSHIP BY NATURALIZATION

Section 1. Every person who is born in the United States, or who is born in a foreign country and is at the time of his birth the child of a citizen of the United States, is a citizen of the United States at the time of his birth.

Section 2. Every person who is born in a foreign country and is at the time of his birth the child of a citizen of the United States, and who is under the age of twenty-one years at the time of his birth, and who is domiciled in the United States at the time of his birth, is a citizen of the United States at the time of his birth.

Section 3. Every person who is born in a foreign country and is at the time of his birth the child of a citizen of the United States, and who is under the age of twenty-one years at the time of his birth, and who is domiciled in the United States at the time of his birth, and who is the child of a citizen of the United States who is domiciled in the United States at the time of his birth, is a citizen of the United States at the time of his birth.

Section 4. Every person who is born in a foreign country and is at the time of his birth the child of a citizen of the United States, and who is under the age of twenty-one years at the time of his birth, and who is domiciled in the United States at the time of his birth, and who is the child of a citizen of the United States who is domiciled in the United States at the time of his birth, and who is the child of a citizen of the United States who is domiciled in the United States at the time of his birth, is a citizen of the United States at the time of his birth.

Section 5. Every person who is born in a foreign country and is at the time of his birth the child of a citizen of the United States, and who is under the age of twenty-one years at the time of his birth, and who is domiciled in the United States at the time of his birth, and who is the child of a citizen of the United States who is domiciled in the United States at the time of his birth, and who is the child of a citizen of the United States who is domiciled in the United States at the time of his birth, is a citizen of the United States at the time of his birth.

Section 6. Every person who is born in a foreign country and is at the time of his birth the child of a citizen of the United States, and who is under the age of twenty-one years at the time of his birth, and who is domiciled in the United States at the time of his birth, and who is the child of a citizen of the United States who is domiciled in the United States at the time of his birth, and who is the child of a citizen of the United States who is domiciled in the United States at the time of his birth, is a citizen of the United States at the time of his birth.





A P O L O G I A E  
C A L E N D A R I I  
N O V I

ADVERSUS MICHAELEM MAESTLINVM  
Mathematicum Tubingensem

L I B E R P R I M V S.



P R A E F A T I O.



**Q**UOD summis votis Concilia Oecumenica, quod omnes Mathematici, & boni omnes semper expectaverunt, ut Calendarium Romanum ab erroribus, in quos ob inequales Solis, ac Luna cursus diuturnitate temporis erat prolapsum, renovaretur, hoc superioribus annis à Gregorio XIII. Pont. Max. consultis per literas totius orbis Christiani Principibus, adhibitisq; peritissimis Mathematicis, Deo adiuvante, perfectum atque absolutum est. Quae res cum à Rodolpho II. Romanorum Imperatore semper Augusto, à Regibus, Principibusque Christianis, à Rebus pub. & à praecipuis Academicis, mirifica, & penè incredibile voluntatum, studiorumque consensione probata esset, atque laudata; deinde legibus, ut ab omnibus sanctè observaretur, confirmata est. Unus hisce diebus prodijt Michael Maestlinus nescio quis Gappingensis, in Acade-

A mia

*mia Tubingensi Mathematicus, qui arrogantia plus quam haeretica timens non solum factum hoc Pontificis omni memoria dignum, perinde ac cetera omnium Pontificum praecepta, ac leges, pro nihilo habet, atque contemnit. (quod omnium semper haeticorum fuit proprium) verum etiam edito longo satis ac verboso examine, Calendarij emendationem funditus euertere conatur, idque tam praecipiti proiestaque audacia, vt quasi alter Ismael, cuius manus contra omnes, in Pontificem ipsum Christi Vicarium, in Mathematicos omnes, in consensionem omnium fidelium ludibundus incurrat. Ediderat quidem prius, vt asserit, aliud examen Germanica lingua conscriptum, quod in manus meas nondum peruenit; sed quia id vidit tantas non habuisse vires, vt Calendarium è medio, quod optabat, tolleret, quippe quod non solum Catholici omnes, sed plerique etiam haeretici eius praestantia, ac veritate allesti receperint, addidit hoc alterum, quo sane putat se victoriam de Calendario reportasse, atque silentium imposuisse omnibus, qui id adhuc approbarunt, & vt reciperetur ab omnibus, suo hortatu, & consilio apud Principes, ac Magistratus auctores existerunt. Vt autem omnes videant, quam arroganter, atque insolenter in posteriori hoc examine iste centumgeminus Briareus non solum nouo Calendario, caeloque bellum indicat, verum etiam omnes, quot quot ubique gentium sicut, Mathematicos ad pugnam prouocet, non abs re fore iudicari, si inflata eius inscriptio ad verbum hic inferatur, quae ita se habet.*

*Insolens inferio-  
rio examine  
Mastigant.*

**ALTERVM EXAMEN NOVI PONTIFICIA-  
lis Gregorijani Calendarij, quo ex ipsis fontibus de-  
monstratur, quod nouum Calendarium omnibus  
suis partibus, quibusquam rectissimè refor-  
matum vel est, vel esse putatur, multis  
modis mendosum, & in ipsis fun-  
damentis vitiosum sit.**

**Q**VO AVCTOR vniuersos Mathematicos, qui vel primum confecerunt nouum illud Calendarium, vel defendere haetenus, auctacter prouocat, vt nisi impostores, & publicæ patris in S. Romano Imperio turbatores haberi velint, ad hoc examen respondeant. Aut si respondere nequeant, vt se nimis temerario applausu, & praecoci consilio hoc Calendarium collaudasse, atque passim ad recipiendum persuasisse, ingenue, pro communis Patriæ salute, agnoscant.

HAEC

HÆC est gloriosi illius militis verborum iactatio, quæ sibi omnino persuasit, neminem ad eius examen respondere ausurum esse. Cui ego quidem examini vel propter obscuritatem aduersarij, vel propter aperta calumniæ, atque incipitias, neminem arbitror, (coniecturam enim facio ex me) adhuc respondere voluisse. Neminem enim tam stultum, tam fatuum, tam cacum fore existimabant, apud quem aduersus Pontificis Max. Imperatoris Rom. & Christianorum Regum auctoritatem, Catholiciq; orbis confessionem vnus hominis loquacitas valeret. At cuius hominis? nempe eius, qui ex Germaniæ angulo Gappinga, ex insitiæ latebris emerens, ignotus omnibus, famam, celebritatemque nominis ex Romani Calendarij euerfione, velut ille olim ex Diane Ephefæ ruina, quæreret. Ac me quidem, cum sapiens à grauissimis viris ad respondendum incitaret, hæc ipsa cogitatio fecit vel ad suscipiendum opus, vel ad exequendum, tardiozem. Ad extremum, cum ex amicorum literis cognouissem, detrectatione tam ignobilis certaminis, tanquam concessione victoriæ, istum insolentissimè debacchari, & quorundam nimis credulorum animos paulatim iam labare cepisse, statui hoc quæcumque certamen non defugere. Ego igitur, qui vnus ex ijs fui, quibus veteris Calendarij corrigendi negotium datum est, quantuluscunque sum, velut alter David, diuina magis ope, quam meis viribus fretus, cum isto Golia, pro Ecclesiæ dignitate congregiæd. Quis est enim iste Philistæus incircumcisus, qui exprobrat aciem Dei viuientis? Itaque hæc Apologia, quantum in me erit, efficiam, (quando cum alijs me prouocat) vt omnes intelligant, nos impostores non esse, aut pacis perturbatores, sed prudenti consilio, ac necessario, errores è Calendario sustulisse, ipsam vero neque, in quo correctio Calendarij consistat, intellexisse, neque illud restitutionem iam, atque emendationem rectè oppugnasse, sed multa prauo animo & iniquo, in eo ad alienum sensum torsisse, vt facilius orbi terrarum imponeres, rudesq; & imperitos in Calendarium nouum, tanquam innumerus vitijs, atq; erroribus refertum, simulque in Pontificem Max. eius auctorem concitaret. Silentio autem præteribo impiæ huius ecclesiæ turbini voces aduersus potestatem Pontificis Romani; cum omnium hæreticorum tam veterum, quam recentiorum proprium semper fuerit, ab obedientia capitis Ecclesiæ (quod esse Pontificem Romanum, innumerales ferme Doctores ex Concilijs, & Patribus luce clarius demonstrarunt) se subducere. Tantum istius omnium gentium correctoris examen pro virili examinabo, vt cuiusmodi tandem sit, perspicere queat. Ceterum oro, quesoque eos, qui hoc volumen lecturi sunt, ne si quando isti, vt prouocauit, respondero, modestiæ, meique me oblitum putent: sed meminerint tantam hæretici hominis audaciam Pontificiæ maiestati insolentissime insultantem leniter, clementerque accipiendam non fuisse. Nam vt errantis insitiæ docenda est, ita furentis audacia frangenda. Id adeo D. Hieronymus

Car non citius  
ad examen Mar-  
tini respondere  
fit.

ronymum, aliosque sanctos patres fecitasse cernimus, qui Hæreticorum impudentiam acri, vehementique oratione retuderunt. Ne videlicet Catholicorum lenitas insolentiam aleret, augetetque Hæreticorum, si homines arrogantissimi modestiam metum interpretarentur. Quo circa nemo erit tam iniustus rerum existimator, qui non idem in eadem causa mihi quoque licere arbitretur: præsertim cum nonus iste Goliath vinci, sternique non possit, nisi porrecta, attritaque audacissimi hominis frons subinde feriat. Verum faciemus id modice, ut ipse quoque intelligat, nos non tam cruorem, quam ruborem elicere voluisse. Ut autem responsum hoc meum neque infructuosum sit legentibus, & ab omnibus facilius percipiatur, explicanda in eo erunt, quæ ad negotium correctionis Calendarij opportuna visa fuerint, atque inter cætera, cur emendari oportuerit, & in quo eius restitutio consistat. Ita enim fiet, opinor, ut non solum calumnijs Messlini satisfiat quam cumulatissime, verum etiam, ut omnibus alijs, qui nouum hoc Calendarium improbare nonnunquam solent, (non aliam ob causam arbitror, quam quod rationes correctionis non plane illis sunt perspectæ, ac cognitæ) silentium imponatur: cæteri autem, qui iamdiu noui Calendarij rationem diligentius cognoscere expectant, habeant aliquando, vnde vberiore eius cognitionem petant. Sunt quidem omnia fundamenta restituti Calendarij copiosissime explicata in libro nouæ rationis restituendi Calendarij Romani: sed quia liber ille tum ob intempestiuam mortem Gregorij XIII. felicis recordationis, tum ob alia impedimenta, quæ varia extiterunt, nondum in lucem prodijt, visum est, quàm maxima fieri potest breuitate, exponere in hoc responso ea, sine quibus satisfieri caullationibus Messlini plene non potest. Totam vero Apologiam in duos libros tribuimus. In primo omnia, quæ ad Aequinoctium spectant, explicabuntur. Secundus cyclum Epactarum, atque literarum Dominicalium continebit, Epactasque recte in Calendario dispositas esse ad Pascha debito tempore celebrandum, clarissime demonstrabit. His tertius liber accedet complectens regulas breuissimas, quibus computus ecclesiasticus per articulos digitorum traditur.

Distributio hæc ut  
aperis in area li-  
bræ.

QVID IN SACRIS LITERIS DE PASCHÆ  
celebratione præcipiatur, & quid de eadem à SS.  
Patribus, & Concilijs sancitum sit.

CAP. PRIMVM.



**P**RINCIPIO igitur, vt à certis confessisque ordiamur, in Exodo cap. xij. Phase, siue Pascha Hebræis præcipitur his verbis: *Dixit quoque Dominus ad Moysen, & Aaron in terra Aegypti; Mensis iste vobis principium mensium, primus erit in mensibus anni. Loquimini ad vniuersum cætum filiorum Israel, & d'icite eis, Decima die mensis huius tollat vnusquisque agnum per familias & domos suas. & paulo infra. & separabitur cum vsque ad quartadecimam diem mensis huius, immolabitque cum vniuersa multitudo filiorum Israel ad vesperam. & post pauca. Est enim Phase (id est, transitus) Domini. & infra. Habebitis autem hanc diem in monumentum, & celebrabitis eam solennem Domino in generationibus vestris cultu sempiterno. Et paulo post. Primo mense, quartadecima die mensis ad vesperam comedetis azyrna vsque ad diem vicesimam primam eiusdem mensis. Deinde Leuitici cap. xxiij. Ha sunt ergo ferria Domini sancta, quas celebrare debetis temporibus suis. Mense primo, quartadecima die mensis ad vesperam Phase Domini est, & quintadecima die mensis huius solennitas azymorum Domini est. Item Numerorum cap. ix. Locutus est Dominus ad Moysen in deserto Sinai anno secundo, postquam egressi sunt de terra Aegypti, mense primo, dicens: Faciant filij Israel Phase in tempore suo, quartadecima die mensis huius ad vesperam, iuxta omnes ceremonias & iustificationes eius. Et aliquanto post. Locutus est Dominus ad Moysen, dicens. Loquere filijs Israel: Homo qui fuerit immundus super anima, siue in via procul in gente vestra, faciat Phase Domino in mense secundo, quartadecima die mensis ad vesperam. Numerorum quoque Cap. xxviij. habentur hæc verba. Mense autem primo, quartadecima die mensis, Phase Domini erit, & quintadecima die solennitas. Ex hisce omnibus locis manifestum est, præceptum à Deo fuisse Hebræis, vt Phase, siue Pascha celebrarent die quartadecima primi mensis ad vesperam.*

Præceptum de  
Paschæ celebra-  
tione, ex scrip-  
tura facta.

IS autem mensis Lunaris (mensibus enim Lunaris Hebræi vtebantur) primus est, cuius dies xiiii. Luna (numerato etiam ipso die Nouilunij, siue Neomenie) cadit vel in diem æquinoctij verni, vel post æquinoctium primo occurrit. Colligitur hoc non obscure ex anti-

Quando Israhel  
Pascha celebra-  
uit ex præcepto  
d'no.

Mensis primus  
quæ-

anti-

antiquioribus, & doctioribus Hebræis, qui semper Pascha secundum cyclum Lunarem in Luna x1111. cadente in æquinoctium, vel ipsum proxime sequente celebrandum esse tradiderunt. Cuius rei testis locupletissimus est Iosephus Iudæus libro 111. Antiquitatum Iudaicarum Cap. x111. sic scribens. *Mense verò Xanthico, qui apud nos Nisan appellatur, & est anni principium, quartadecima Luna, Sole opposito in Ariete, quomense liberati sumus à servitute Aegyptiorum, sacrificium, quod tunc egrediente ex Aegypto fecerunt, immolare nos annis singulis, (quod Pascha dicitur) celebrareq; præcepit. Et vtiq; celebramus illud per Tribus nostras, nihil immolatorum in crastinum reservantes. Quibus verbis aperte docet, quartadecimam Lunam primi mensis, quæ Iudæi Pascha celebrabant, esse eam, quæ vel in æquinoctij diem cadit, vel quæ proxime æquinoctium sequitur, nimirum cum Sol est vel in principio Arietis, vel in aliquo Arietis gradu.*

I DEM sensisse Philonem Iudæorum doctissimum, & alios Iudæos antiquiores, clarissimis verbis docet Anatolius Laodiceæ vrbis Syria: episcopus, qui circa annum Domini 280. annis ferme 45. ante Concilium Nicanum floruit, qui postquam docuerat, (vt auctor est Eusebius lib. v11. Historiæ Ecclesiasticæ Cap. xx1x.) annum, quod ad Pascha celebrationem attinet, ab æquinoctio verno esse inchoandum, hæc subiungit. *Et ideo non parum delinquere dicimus eos, qui ante initium hoc noui anni (id est, ante vernum æquinoctium) Pascha putant esse celebrandum. Sed nec à nobis primum exordium sumit hac ratio, sed ab antiquis Iudæis fuisse comprobata demonstratur, & ante aduentum CHRISTI obseruata; sicut euidenter docet Philo, & Iosephus, sed & horum antiquiores Agathobulus, & ab eo eruditus Aristobulus ex Paneade, qui vnus ex illis lxx. senioribus fuit, qui missi fuerant à Pontificibus ad Prolemaum regem Aegypti, Hebræorum libros interpretari in Græcum sermonem: quiq; multa ex traditionibus Moysi proponenti Regi, percunctantq; responderunt. Ipsi ergo cum quæstiones Exodi exponerent, dixerunt, Pascha non prius esse immolandum, quam æquinoctium vernale transiret. Aristobulus vero etiam hoc addidit, In die Pasche non solum obseruandum esse, vt Sol æquinoctium vernale transcendat, verum & Luna. Cum enim duo sint æquinoctia, Veris scilicet, & Autumni, æquis statys dirempta, & quartadecima mensis primi sit statuta sollemnitatis post vesperam, quando Luna Soli opposita deprehenditur è regione, sicut etiam oculis probare licet: inuenitur vtiq; vernalis æquinoctij partem Sol obtinens, Luna verò è contrario Autumnalis. Legi in eorum libris, & alijs multa de his validissimis assertionibus exposita, quæ euidenter ostendunt, Pascha sollemnitatem omnigenere post æquinoctium celebrandam. Hæc Eusebius de Anatolio refert. Ex quibus liquet, vetustiores Hebræos, ac peritiores sumpsisse ex traditione Moyfis eam Lunam x1111. primi mensis, quæ vel in æquinoctium incidit, vel ipsum proxime sequitur: ita vt Luna x1111. æquinoctium antecedens reiecta semper fuerit, vt inutilis, & quæ ad vltimum potius mensem anni, quam ad primum spectaret. Atque hæc in*

sacra,



facta, & diuina Scriptura, & à doctioribus Hebræis de Pascha Mosai-  
co sancita sunt.

IAM verò tempore gratiæ post legem Mosaicam, Ecclesia Catholi-  
ca, etsi ceremonialibus illis præceptis obstricta non erat, propterea quod  
legalia omnia per mortem, & resurrectionem IESV CHRISTI  
cessauerunt, atque vim suam amiserunt, vt inter sacros Doctores  
conuenit: voluit tamen Pascha Christianum cuius Pascha Hebræo-  
rum figura fuit atque vmbra, vagum quoque esse ac mobile, non au-  
tem statum ac fixum; in eoque celebrando eadem, quæ Hebræi, ob-  
seruare, hoc est, æquinoctium vernum, & Lunam XIIII. primi men-  
sis, propter sacramentum, & recondita mysteria, quæ in eiusmodi ce-  
lebratione Paschæ resurrectionis Dominicæ includuntur, vt copiose a  
S. Augustino libro 11. ad Inquisitiones Ianuarij Cap. 1. & 11. scriptum  
est. Quare non audiendi sunt, qui existimant, ecclesiam debere so-  
lennitatem Paschæ celebrare stato semper die, instar aliarum celebri-  
tatum, quæ fixæ nuncupantur, nulla habita consideratione Lunæ pri-  
mi mensis, hac potissimum inducti ratione, vt Ecclesia se à difficulta-  
tibus, & controuersijs, quæ in Nouilunijs Paschalibus oriri solent in-  
ter scriptores, liberet omnino, atque expediat: Non sunt, inquam,  
audiendi, (quamuis Ecclesia id suo iure vtens libere facere posset, &  
nemo eam ob id posset reprehendere, cum illud Paschæ præceptum sit  
Ceremoniale, quod iam cessauit, vt dictum est) quoniam nunquam  
eo ritu celebrandi Pascha Ecclesia Catholica vsa est, sed semper in eo  
celebrando motum Lunæ, ac Solis obseruauit, sancitumque ita fuit  
ab antiquissimis, sanctissimisque Pontificibus Romanis, necnon à Con-  
cilio primo Nicæno confirmatum, & alijs quamplurimis, vt mox di-  
cemus. Quamobrem consuetudo hæc tam vetusta nullo modo sine gra-  
ui aliqua causa infringenda videtur.

CÆTERVM in hoc Ecclesia à Iudæorum more discessit, quod  
Pascha non in ipsa quattadecima Luna primi mensis, vt Hebræi, sed in  
Dominica, quæ quartadecimam Lunam primi mensis proxime con-  
sequitur, celebrari iussit, propterea quod prima Dominica post Iudæo-  
rum Pascha Dominus à mortuis surrexit. Quocirca quemadmodum  
Iudæi Pascha celebrabant in decimaquarta Luna propter immolatio-  
nem agni, qui mortem CHRISTI præfigurabat, ita nos in Pas-  
cha, resurrectionis CHRISTI memoriam, quæ Dominico die fa-  
cta est, celebramus. Veruntamen quoties dies XIIII. Lunæ primi  
mensis in diem Dominicum cadit, solennitatem Paschæ transferri præ-  
cipit in sequentem diem Dominicum, in quem nimirum Luna XI.  
primi mensis incidit. Cuius rei duæ potissimum causæ à Patribus, &  
scriptoribus afferuntur. Primum, ne in Luna XIIII. ieiunium qua-  
dragesimale soluatur, aut (si tunc non soluatur, sed in XIIII. Luna,  
vt Patres antiqui volebant) ne die Dominico ieiunare cogamur cum  
hæreticis Manichæis, & sequenti die Lunæ festa Paschalia incipiant.  
Non licuisse autem ante Lunam XIIII. primi mensis soluere ieiunium,  
liqui-

Cur ecclesia ma-  
loret Pascha mo-  
bile esse, quam à  
san.

Dominica pri-  
ma post Lunam  
XIIII. primi me-  
nsis Pascha Chri-  
stianum celebra-  
tum esse, ita vt  
Luna XIIII. in  
Dominicam ca-  
deat, transfer-  
tur in Dominicam  
sequentem.

liquidò constat ex Eusebio lib. v. Ecclesiasticae hist. Cap. XXI. ubi sic ait. *In prouincijs Asiae questio non minima exorta est, velut ex antiqua eorum obseruatione descendens, quod quartadecima Luna putarunt omni modo Pascha celebrandum, quando videlicet Iudaeis praecipitur agnus immolari, veluti necessario confirmantes, quacumque die septimana quartadecima Luna venisset, solui debere ieiunium, cum talis consuetudo in nullis prorsus alijs vnquam obseruata fuisset ecclesis.* Idem docet B. Ambrosius in Epistola ad Episcopos per Aemiliam constitutos, his verbis. *Vnde si inciderit, sicut futurum est proxime, quartadecima Luna mensis primi die Dominica, quia veque Dominica ieiunare debemus, neque tertiadecima Luna, die Sabbati incidente, ieiunium soluere, (quod maxime die Passionis esse exhibendum) in alteram hebdomadam celebrata Pascha est differenda.* Venerabilis etiam Beda libro de Temporum ratione Cap. LVII. de eadem re ita scribit. *Conuenit itaque diligenter aduertere, ut quoties xiiii. Luna in Dominicum incurrit diem, in sequentem septimanam Paschalem diem potius differamus, duplici hoc modo. Primum quidem, ne xiiii. Luna inuenta in Sabbati die soluamus ieiunium, quod consequens non est, quod nec ipsa lex praecipit. Deinde ne Dominica die Luna xiiii. constituta ieiunare cogamur, indecentem rem, illicitamq; facientes. Hoc enim Manichaeorum secta consuetudo possedit, &c. Deinde ne vnquam cum Iudaeis Pascha celebremus, aut cum Quartadecimanis haereticis congruamus, qui legem Mosaicam cum Euangelio obseruandum esse docebant.*

PASCHA autem celebrandum esse Dominica, eaque prima post Lunam xiiii. primi mensis, hoc est, post Pascha Iudaeorum, multis SS. Patrum auctoritatibus & Concilijs, decretisque confirmari potest. Primum quidem celebrandum id non esse Luna xiiii. cum Iudaeis, sed Dominica die, statuit S. Pius Papa, & martyr, decimus à B. Petro circa annum Domini CL. in Epistola decretali, his verbis, ut habetur De Consecr. Distinct. 3. Cap. Nosse'. *Nosse vos volumus, quod Pascha Domini die Dominico annuis temporibus sit celebrandum. & paulo post. Vnde & nos Apostolica auctoritate institimus, omnes idem obseruare debere, quia & nos idem seruamus: Nec debetis à capite quoquomodo discedere.*

Decretum S. Pii  
Papae de celebra-  
tione Paschae die  
Dominicae.

Decretum S. Vi-  
ctoris Papae de  
Paschae celebra-  
tione post Lunam  
xiiii. primi me-  
nsis.

ET S. Victor Papa item & martyr, quartusdecimus à B. Petro, circa annum Domini CXC. in Epistola ad Theophilum Caesariensem episcopum, quae habetur Distinct. III. De Consecr. Cap. Celebratam, decernit Pascha celebrari debere non qualibet die Dominica, sed ea, quae Lunam xiiii. primi mensis sequitur, ita scribens. *Celebratam Sancti Paschae die Dominica agi debere, & praedecessores nostri iam statuerunt, & nos illud eadem die solemniter celebrare mandamus: quia non decet, ut membra à capite discrepent, aut aliter gerant. A quartadecima verò Luna primi mensis usque ad vigesimam primam eiusdem mensis eadem celebratur festiuitas.*

AD haec idem à varijs Concilijs confirmatum est, atque sancitum.  
Nam

Nam in Concilio primo post Apostolos, quod S. Victoris Summi Pontificis, cuius proxime mentionem fecimus, hortatu in Cæsarea Palaestina à compluribus Episcopis celebratum est, cui præfuerunt Theophilus eiusdem vrbs Episcopus, Narcisus Episcopus Hierosolymorum, & Cassius Ecclesie Tyri Episcopus, ita decretum esse, legimus apud Eusebium libro v. Ecclesiast. Historiæ, Cap. xxi. *Conuentus Episcoporum, & Concilia per singulas quaque prouincias conuocantur, prorogatisq; ad seinnicem epistolis de singulis quibusq; locis, vnum omnes Ecclesiasticum dogma confirmant. Ne liceat aliquando, nisi in die Dominica, in qua Dominus surrexit à mortuis, Dominicum Pascha celebrare mysterium, & in hac sola solucndum esse Paschale ieiunium. De hoc decreto idem Theophilus: in epistola Synodali, vbi explicat clarius, Pascha esse die Dominica post Lunam xiiii. celebrandum, ita scribit. Constitutum est in illa Synodo, vt ab xi. Calend. Aprilis vsque ad xi. Calend. May Pascha deberet obseruari, & nec antea, nec postea cuiquamque limites transgrediendi sit facultas. Similiter & de Luna præceptum diuinum teneatur. Mandatum per Moysen sit vobis obseruatum, a decima quarta Luna vsque ad vigesimam primam. Has ergo septem Lunas in Pascha similiter tenendo constas fuisse consecratis. Quando ergo sit inter illam limitem, ab xi. Cal. Aprilis vsque ad xi. Calend. May dies Dominicus, & Luna ex illis septem sanctificatis, conuenit nobis Pascha, vt iustum est, obseruari in CHRISTO IESV domino nostro. Ex hac constitutione patet, eo tempore Pascha celebrari solitum à die 22. Martij, vsque ad 20. Aprilis; cui tamen temporarij additi postea sunt quinque alij dies, primo mense id necessario exigente: ita vt Pascha celebrari possit vsque ad 25. Aprilis inclusiuæ. Primus enim mensis non est ille, in quo Sol totum Arietem percurrit, vt videntur voluisse Patres in illa Synodo Cæsariensi, sed cuius Luna xiiii. cadit in aliquem diem à 27. Martij inclusiuæ, in quo æquinoctium fit, vsque ad 18. Aprilis inclusiuæ. Ex quo sequitur, Pascha celebrari posse die 25. Aprilis, vt paulo post dicemus.*

DEINDE in celeberrima illa synodo Nicenà cccxviii. episcoporum, sanctitate, & innocentia vitæ insignium, præsentibus sedis Apostolicæ Legatis à S. Syluestro Papa eò missis, & Constantino Magno, cuius sumptibus est celebrata, solenni ritu decretum idem est, siue potius confirmatum, atque renouatum communi omnium consensu. De qua re in epistola ab eadem synodo ad Ecclesiam Alexandrinam, & ad fratres Ægyptum, Libyam, & Pentapolim incolentes missa, hæc extant verba, vt refert Socrates lib. 1. Historiæ Ecclesiasticæ, Cap. vj. atque Theodoretus lib. 1. Histo. Ecclesi. Cap. ix. *Quod autem ad omnium consensum de sacratissimo festo Paschatis celebrando attinet, scitote, quod vestris precibus controuersia de ea re suscepta prudenter, & commode sedata est: ita vt omnes fratres, qui Orientem incolunt, quiq; Iudeorum consuetudinem ante in eo festo obseruando imitari solebant, iam Romanos nos, & omnes vos, qui eundem morem, quem nos, in illo recolendo à pri-*

Decretum Concilij Constantinensis in Palaestina de celebratione Pasche post Lunam xiiii. primi mensis.

Epistola Concilij Nicenæ de Paschatis celebratione.

*mis temporibus tenuistis, sint consentientibus animis in eodem celebrando deinceps sedulo secuturi.* Ipse quoque Imperator Constantinus Magnus elegantem epistolam de eodem argumento ad ecclesias scripsit, quæ quidem ab eisdem scriptoribus affertur locis citatis.

Confirmatur de-  
cretum Concilij  
Nicensis de Pascha  
celebratione à cõ-  
cilio Antioche-  
no, Chalcedonen-  
si, & alijs.

**DENIQUE** idem fuit postea stabilitum, & sub pœna anathematismi præceptum in synodo Antiochena, & in Concilio Chalcedonensi 630. episcoporum, quod sub Leone Magno celebratum est, & in plerisque alijs Concilijs.

Concilium Nicæ-  
næ confirmat  
se potius, quàm  
iustitiam, Pascha  
celebrandum esse  
die Dominica  
post Lunam 21112

**ET SI** autem verba illa Nicæni Concilij expresse non explicant, quo die sacrosanctum Pascha celebrandum sit, sed solum cum Iudeis non esse obseruandum, indicare videntur; non obscure tamen ex ijs intelligi potest, consuetudinem Romanæ Ecclesiæ, sanctionemque Pij, ac Victoris Romanorum Pontificum, quo Pascha die Dominico à Luna xiiij. ad xxj. vsque celebrandum præcipitur, confirmatam esse, atque renouatam; quippe cum aperte significant, omnes Orientales, qui prius cum Iudeis Luna xiiij. Pascha celebrabant, consentientibus animis Romanorum morem, qui Dominico die post Lunam xiiij. idem perpetuo obseruarunt, amplexatos esse. Atque hanc esse magni illius Concilij de Paschæ celebratione sententiam, immo in eodem canonem ea de re editum esse, innumerabiles pene rerum Ecclesiasticarum scriptores docuerunt, è quibus Venerabilis Beda cum pluribus locis, tum præsertim lib. iij. Ecclesiasticæ historiæ gentis Anglorum Cap. xxv. disertis verbis idem confirmat, cum in quadam de Pascha recte celebrando disceptatione introducit Vvifridum quendam, qui iussus à Rege dicere, sic exorsus est.

Contentio Bedæ,  
Concilium Nicæ-  
næ non renouat  
ec-  
clesiasticam decre-  
tam de Pascha  
celebratione post  
Lunam 21112. post  
mi mensis Domi-  
nico die.

**PASCHA** quod facimus (loquitur autem de Pascha celebrando die Dominico post xiiij. Lunam, ut ex sequentibus liquet) vidimus Roma, ubi beati Apostoli Petrus, & Paulus vixere, docuere, passi sunt, & sepulti, ab omnibus celebrari: hoc in Italia, hoc in Gallia, &c. Deinde paulo post. At verò Petrus cum Romæ predicaret, memor quia Dominus prima Sabbati resurrexit à mortuis, ac mundo spem resurrectionis contulit, ita Pascha faciendum intellexit, ut secundum consuetudinem, ac præcepta legis, xiiij. Lunam primi mensis, aq̃e sicut Ioannes, orientem ad vesp̃eram semper expectaret: & hac exorta, si Dominica dies (qua tunc prima Sabbati vocabatur) erat mane ventura, in ipsa vesp̃era Pascha Dominicum celebrare incipiebat, quo modo & nos omnes hodie facere solemus: Sin autem Dominica non proximo mane post Lunam xiiij. Sed xvi. aut xvij. aut alia qualibet Luna vsque ad xxi. esset ventura, expectabat eam, & precedente Sabbato vesp̃ere sacrosancti Pasche solennia inchoabat; sicq̃ fiebat, ut Dominica Pascha dies non nisi à xv. Luna vsque ad xxi. serua- retur. Neque hac Evangelica, & Apostolica traditio legem soluit, sed potius adimplet, in qua obseruandum Pascha à xiiij. Luna primi mensis ad vesp̃eram, vsque ad xxi. Lunam eiusdem mensis ad vesp̃eram præcep- tum est: In qua obseruantiam imitandam, omnes S. Ioannis successor- es in Asia post obitum eius, & omnis per orbem Ecclesia conuersa est: &

*hoc esse verum Pascha, hoc solum fidelibus celebrandum, Nicæno Concilio non statutum nouiter, sed confirmatum est, ut Ecclesiastica docet historia.*

BEATVS quoque Ambrosius in epistola lxxiii. ad Episcopos per Æmiliam constituto; de eadem solennitate Paschali sic scribit. *Non mediocris esse sapientia diem celebritatis definire Paschalis, & scriptura diuina nos instruit, & eruditio maiorum, qui conuenientes ad synodum Nicenam, inter illa Fidei, ut vera, ita admiranda decreta, etiam super celebritate memorata, congregatis peritissimis calculandi, decem & nouem annorum collegere rationem, & quasi quendam constituere circulum, ex quo exemplum in annos reliquos gigneretur. Hunc circulum Enadus-  
tinda nuncupauerunt, sequentes illud, quod non debeamus vana quadam opinione super celebritate huiusmodi fluctuare, sed vera ratione comperta, ita omnium concurrat affectio, ut una nocte ubique sacrificium pro resurrectione Domini deseratur. Infra autem clarius exponens, quæ in Nicæna Synodo decreta sunt, ita scribit. Duo autem sunt obseruanda in solennitate Pascha, quatuordecima Luna, & primus mensis, qui dicitur nomorum. Et aliquanto post, cum docuisset, Dominico die Pascha esse celebrandum, ita rursus ait. Incipit autem mensis non secundum vulgarem usum, sed secundum consuetudinem peritorum, ab æquinoctio, qui dies est xij. Calendar Aprilis, &c.*

Sententia B. Ambrosij de celebratione Pasche ex decreto Concilij Nicæni.

IN hac epistola duo præcipue declarat S. Ambrosius, Primum, Pascha ex decreto Concilij Nicæni celebrandum esse Dominica die post xiiij. Lunam primi mensis, qui ab æquinoctio incipit. Quibus verbis explicat, primum mensem esse eum, cuius Luna xiiij. in æquinoctium incidit, id est, in diem 21. Martij. vel proxime sequitur. Cum enim dicit primum mensis ab æquinoctio incipere, & non ante, non vult Nouilunium primi mensis ab æquinoctio sumi debere, sed Lunam xiiij. Alias nunquam Pascha celebrari potuisset ante diem 4. Aprilis; quippe cum hac ratione Luna xiiij. Paschalis omnium prima in diem 3. Aprilis incidere: cum tamen aperte in eadem epistola doceat suo tempore ex Concilij Nicæni sententia, Pascha mense Martio esse celebratum. Voluisse autem eum assumi Dominicum diem post xiiij. Lunam, perspicuum est. Nam in eadem epistola asserit, Pascha in sequentem hebdomadam differendum esse, quando Dominica dies in Lunam xiiij. incidit, ut supra ex eadem hac Ambrosij epistola tradidimus. Secundo loco idem docet, Patres Nicæni Concilij decreuisse, Lunam xiiij. primi mensis inquirendam esse per cyclum aurei numeri decennouennalem, quippe qui eius dispositionem in Calendario peritissimis in calculandi arte, nimirum Eusebio Episcopo Cæsariensi, & Alexandrinis Ægyptijs commiserint.

QVOD idem planius Beda profitetur libro de Temporum ratione Cap. xli. vbi in hunc modum scribit. *Decennouennalis circuli ordinem primus Eusebius Cæsareæ Palestina Episcopus; ob quartas decimas Lunas festi Paschalis, ipsūq; diem Pascha inueniendum composuit, eo quod Lu-*

Eusebio Cæsariensi, & Alexandriaensi curandis Nicæno Concilio datum esse cycli aurei numerum.

na cuiuslibet ætatis post tantum temporis ad eundem redeat anni solaris diem: nõ quod Aegyptius, vel cætera per Orientem CHRISTI Ecclesia verum eatenus Luna cursum, vel diem nescierit rite inuenire Paschalem, sed quia ea, quæ ipsis temporibus annuatim cum labore inuestigata, & per orbem mandata sæpius in quæstionem venire solebant, facilius præfixa semel regula circulari, semper obseruari, & sine scrupulo ambigendi poterant edisci. Huc accedit, quod idem Beda libro De Ratione computi, Cap. xvi. docet, Cycli decennouenalis ordinem, primũ Eusebium Cæsareę Palestinę Episcopum composuisse. Idemque repetit lib. v. Historię Ecclesiast. gentis Anglorum Cap. xxii. ex Epistola Ceolfredi Abbatis ad Regem Naitanum, ubi hæc verba habentur. Itaque per æquinoctialem solis exortum, post completam diem primi mensis quatuordecimam, quæ cuncta ex lege obseruanda accepimus, expectamus adhuc, monente Euangelio, in ipsa hebdomada tertia tempus diei Dominica, & sic denum uoluita Pascha nostri sexta celebramus, ut indicemus, nos non cum antiquis excussum Aegyptiæ seruitutis iugum venerari, sed redemptionem totius mundi, quæ in antiqui Dei populi liberatione præfigurata, in CHRISTI autem resurrectione completa est, deuota fide, ac dilectione colere, ut de resurrectionis etiam nostra, quam eadem die Dominica suauam credimus, spe certissima gaudere signemus. Hic autem, quem vobis sequendum monstramus, computus Pascha decennouenali circulo continetur, qui dudum quidem, hoc est, ipsis Apostolorum temporibus iam seruari in Ecclesia cœpit, maxime Romæ, & Aegypti, ut supra diximus, sed per industriam Eusebij, qui à B. martyre Pamphilo cognomen habet, distinctius in ordinem conpositus est, ut quod eatenus per Alexandria Pontificem singulis annis per omnes Ecclesias mandari consueuerat, iam deinde congesta in ordinem serie Luna quartadecima, facillime posset ab omnibus sciri. Ex his omnibus testimonijs liquido constat, Pascha ex Ecclesiæ præcepto non alia die celebrandum esse, quàm Dominica prima post Lunam XIIII. primi mensis.

Mensem celebra-  
di Pascha die Do-  
minico post Eua-  
ngelium XIIII. pri-  
mi mensis tem-  
poribus Aposto-  
lorum inceperit,  
et sic traditio-  
nem Apostolicam.

IAM verò hoc non esse nouum aliquod Pontificum, Conciliorum-  
que decretum, sed ab exordio nascentis Ecclesię morem hunc perpetuo  
viguisse Romæ, & apud plerasque alias Ecclesias, vt non cum Iuda-  
icis Luna XIIII. sed die Dominico Pascha celebraretur, atque adeo  
ab Apostolis ita traditum esse, satis perspicue ex nonnullis auctoritati-  
bus, quas adduximus, colligi posse videtur, quippe cum in epistola Ni-  
ceni Concilij disertis verbis contineatur, morem illum celebrandi Pa-  
scha Romanos, Alexandrinos, atque Aegyptios a primis temporibus  
tenuisse. Clarius id ex locis Bedæ intelligitur, cum dicat, B. Petrum,  
cum Romæ predicaret, Pascha ita esse faciendum intellexisse; esseque  
hanc consuetudinem, Euangelicam & Apostolicam traditionem; nec  
non ita seruari cœpisse in Ecclesia ipsis Apostolorum temporibus, ma-  
xime Romæ, & in Aegypto. Clarissime verò idem affirmat Ceolfridus  
Abbas apud Bedam lib. v. Ecclesiasticę historię gentis Anglorum, Cap.  
xxii. Vbi sic habetur. Si ergo fieri posset, ut semper in diem quatuordec-

imum



*cimum primi mensis, id est, in Lunam xv. Dominica dies incurreret, uno semper eodemq; tempore cum antiquo DEI populo, quanquam sacramentorum genere discreto, sicut una, eademque fide, Pascha celebrare possimus. Quia vero dies Septimana non equali cum Luna tramite procurrat, decreuit Apostolica traditio, qua per B. Petrum Rome predicata, per Marcum Evangelistam, & interpretem ipsius, Alexandria confirmata est, ut adueniente primo mense, adueniente in eo vespera diei quartadecimae, expetitur etiam dies Dominica à quintadecima usque ad viceprimam primam diem eiusdem mensis.*

EVSEBIUS quoq; lib. v. Ecclesiasticæ historiæ, Cap. xxij. testatur, ceteras Ecclesias, Asiaticis exceptis, per vniuersum orbem terrarum dispersas, consuetudinem ex Apostolica traditione ad illud usque tempus continuatam tenuisse, ut non alio die, quam eo, quo seruator a mortuis resurrexit, ieiunia dissoluerentur. Præterea S. Cyrillus Patriarcha Alexandrinus in omnibus sermonibus Heortificis, qui plurimi sunt, & in quibus solenne ieiunium quadragesimale, diem festum Paschæ, & Pentecostes populo indicebat quotannis, pronunciat semper Pascha celebrari tali die mensis in Dominica, secundum Evangelicas, vel Apostolicas traditiones. Rursus idem S. Cyrillus in epistola ad Innocentium Papam j. (quam citant Ioan. Stoflerinus in Calendario Romano proposit. xxxij. ad initium, & Albertus Pighius libro de ratione Paschalis celebrationis, & Calendarij restitutione, propos. viij.) sic ait. *Sacrum Pascha mysterium, eiusque sacra solemnitas, sicut est in Salvatore nostro, & ab Apostolis tradita, illibata mansisset, si eam quorundam insipientium peruersitas inter cetera Fidei sacramenta nimium contaminasset, &c.* Dubitandum autem non est, quin de Pascha post Lunam xiiii. primi mensis in Dominica celebrando loquatur, cum ita celebrandum esse constanter semper asseruerit, ex doctrina Theophili patris sui, & prædecessoris in Episcopatu Alexandrino, ut ex sermonibus Heortificis patet, in quibus perpetuo Pascha Dominica die celebrandum populo proponit.

POSTREMO euidenter hoc confirmatur ex epistola Protherij Præfulis Alexandrini ad B. Leonem Papam j. qui per Martianum Imperatorem procurauerat, ut Episcopus Alexandrinus cyclum Paschalem Theophili accuratius explicaret. Ita enim ea in epistola legitur, ut refert venerabilis Beda lib. De Temporum ratione, Cap. xlij. & in libello de Equinoctio ad Vyichenredum prope initium, & Ioan. Stoflerinus, atque Albertus Pighius locis citatis. *Latificauerunt me literæ dilectionis tuæ, quas frater coepiscopus noster Viilorius pio apportauit officio. Oportebat enim, ut ab Alexandrina Ecclesia præfate talia scripta ad sedem Apostolicam mitterentur, quæ ostenderent, magisterio beatissimi Petri Apostoli Paschalis festi computum ab initio per B. Marcum eius discipulum didicisse Aegyptios, quod etiam constat didicisse Romanos, &c.* Clarissimum autem est, in hac epistola verba fieri de Paschæ celebratione post Lunam xiiii. primi mensis: quippe cum ita celebratum semper

për sit Romæ, & Alexandriæ. Quare cum dicat Protherius, id Romanos quidem a S. Petro, Alexandrinos verò a S. Marco didicisse, liquet eum asserere, Pascha hoc modo obseruandum esse ex traditione Apostolica.

HIS ita constitutis, Pascha Dominico die post Lunam XIIII. primi mensis celebrandum esse, explicandum paulo diligentius est, primum mensis esse eum, cuius Luna XIIII. in æquinoctij diem incidit, vel eundem proxime consequitur, vt supra asseruimus. Non enim desunt, qui primum mensis aliter definiendum censeant, cum videlicet mensis appellantes primum, cuius Nouilunium diei æquinoctij propinquius est. Qua in sententia Mæstlinus etiam noster libenter versatur, vt occasionem querat nouum Calendarium oppugnandi, vt suo loco videbimus. Sed hi maxime decipiuntur. Nam cum fieri possit, vt duo Nouilunia æqualiter ab æquinoctij die distent, vnum quidem ante, alterum verò post, ambigi posset, ac meritò, vtrum illorum pro Paschæ celebritate eligendum foret. Constituto enim, verbi gratia, æquinoctio in 21. die Martij, si plenilunium medium, siue oppositio luminarium media (Medijs enim motibus potius, quam veris, hoc in negotio vtimur, vt Capite IIII. ostendemus) incidat in meridiem diei 21. Martij, tanto intervallo a meridie diei 21. aberit Nouilunium medium, quod diem æquinoctij præcedit, quanto ab eodem distat Nouilunium medium, quod eundem diem æquinoctij subsequitur; cum vtrunque a plenilunio medio absit diebus 14. horis 18. Min. 22. sec. 2. ferè, vt lib. 2. exponemus. Quocirca iure optimo ambigere quis possit, vtrum ex duobus illis Nouilunijs ad primum mensis spectet. Manifestius hoc ex cyclo decennouennali aurei numeri intelligetur, quo Ecclesia Catholica a Concilio Nicæno vsque ad hanc Calendarij correctionem vsa est. In eo namque aureus numerus 8. positus erat tam ad diem 6. Martij, quam ad diem 5. Aprilis. Quare cum vterque dies æquali spatio a die 21. Martij remotus sit, quòd tã inter diem 6. & 21. Martij, quam inter 5. diem Aprilis, & 21. Martij, dies 14. intericiantur, ambiguum erit, num Nouilunium diei 6. Martij Paschale sit, an potius illud, quod die 5. Aprilis contingit.

IDE M quoque apparet ex cyclo Epactarum noui Calendarij, quem quidem recte in eo distributum esse, libro 11. demonstrabimus. Cum enim Epacta xxv. rubra apposita quoque sit & ad diem 6. Martij, & ad 5. Aprilis diem, oriatur necessario eadem ambiguitas de primo mense Paschali eligendo. Maiorq; difficultas existet, quando Epacta xx1111. in vsu est, quod eius Nouilunium die 7. Martij contingens sit æquinoctio, hoc est, diei 21. Martij propinquius, quam Nouilunium eiusdem, quod die 5. Aprilis accidit: quippe cum inter diem 7. Martij, & 21. interponantur tantum dies 13. inter diem autem 5. Aprilis, & 21. Martij interiecti sint dies 14. Ex sententia ergo eorum, qui ex Nouilunio primum mensis arbitrantur esse metiendum, foret Nouilunium illud diei 7. Martij Paschale, aliud verò in diem 5. Aprilis incidens reijciendum esse.

Erre quorundam  
in primo mēte de  
Iun. 40.

set, tanquam non Paschale. quod omnino falsum est, & contra usum vetustissimum Ecclesiæ Catholicæ, quæ Nouilunium diei 7. Martij respuit, atque sequens, quod die 5. Aprilis accidit, Paschale statuit, non aliam ob causam, quam quod prioris dies 14. cadat in diem 20. Martij ante æquinoctium, atq; ob id ad vltimum mensẽ anni referendum sit.

RECTIVS ergo primus mensis describitur per Lunam XIIII. quæ vel in æquinoctij diem incidit, vel eum proxime consequitur, vt & a nobis factum est, & ante nos a compluribus scriptoribus ecclesiasticis comprobatum, præsertim a venerabili Beda hac in re exercitatissimo cum alijs in locis, tum in his paucis, quæ in confirmationem nostræ sententiæ adducenda censuimus. Libro ergo de Temporũ ratione, Cap. xlii. aduersus Victorium quendam, qui aliter primum mensẽ, & Lunas quartasdecimas Paschales supputabat, ita scribit.

*Mensem primum recte dici eum, cuius Luna xiiii. in diem æquinoctij incidat, vel eum proxime consequatur.*

*Nos Aegyptiam calculandi disciplinam, quæ & tuo iudicio, (alloquitur autem Victorium) & vniuersalis Ecclesiæ consensu verior apparet, omnibus sequendam nouimus: Initium videlicet primi mensis ab octauo Iduum Martiarum vsque in Nonarum Aprilium diem: Quartasdecimas verò Lunas Pascha a duodecimo Calendarum Aprilium vsque in decimumquartum Calendas Maias: Porro diem Pascha Dominicum ab undecimo Calendarum Aprilium vsque in septimum Calendarum Maiarum; & hoc in Luna xv. vsque in xxi. esse quarendum. Quibus verbis aperte primam Lunam XIIII. Paschalem Beda in diem æquinoctij collocat, & vltimam in die 18. Aprilis; ac proinde vult primum mensẽ, id est, Paschale, esse eum, cuius Luna XIIII. cadit vel in diem æquinoctij, vel ipsum proxime sequitur. Idẽ apertius declarat Cap. xliij. eiusdem libri in hunc modum. Qui vtrique (anni scilicet communes, & Embolismici) sicut supra dictum est, ab exordio primi mensis, quem Hebræi Nisan vocant, hoc est, ab accensione Luna Paschalis initium sumunt, cuius exordium mensis hac regula debet obseruari: vt nunquam Luna Pascha XIIII. vernum præcedat æquinoctium, sed vel in ipso æquinoctio, hoc est, duodecimo Calendarum Aprilium, vel eo transgresso, legitima procedat. Vnde fit, vt ab octauo Iduum Martiarum die vsque in Nonarum Aprilium diem Lunaris anni sint quærenda primordia. Ipsa autem Luna XIIII. cum primum XII. Calendas Aprilis, cum vltimissime XIIII. Calendas Maias occurrendo, diem festi Paschalis ab XI. Calendas Aprilis, vsque in VII. Calendas Maias faciat inquirendam: Idem repetit Cap. LVII. his verbis. Nam que post XIIII. Lunam Dominica dies occurrit, ipsa est Paschalis Dominice Resurrectionis dies: Que quidem XIIII. Luna primum in Aequinoctio, id est, XII. Calendarum Aprilium, vltimum vicesimo nono ab huius die, id est, XIIII. Calendarum Maiarum sub vespere processum terris ostendit. Denique Cap. LX. hoc modo loquitur. Cuius primi mensis, septemque eius dierum ætymorum nunc regula talis est, vt qua post Aequinoctium xv. Luna occurrerit, primi mensis intelligatur; & hac quomouneque septem dierum vsque ad xxi. Dominicum acceperit, Paschalis festi gaudijs aptum porrigat.*

Tria in celebra-  
tione Paschæ ob-  
servanda.

**ITA QVE** cum tria, ex Decretis sanctorum Pontificum, & Conciliorum, ut diximus, in recta Paschæ celebratione, unde cetera mobilia festa pendent, obseruet Romana, & Catholica Ecclesia: Æquinoctium vernalium; Lunam xiiii. primi mensis; & primam Dominicam post illam Lunam xiiii. declarandam est, quam rationem Ecclesia sequatur, ut vbiuis locorum eodem tempore a fidelibus sacra Paschæ solennitas peragatur, hoc est, ut illa tria, quæ ad eius celebrationem necessaria sunt, ab omnibus eodem modo inquirantur, ita ut nulla prorsus discrepantia in eis existat.

Æquinoctio ver-  
no die 21. Martij  
à Nicæni Conci-  
lio tributum as-  
serit.

**NE** igitur cuius libera concederetur facultas errandi in Æquinoctio, & die xiiii. Lunæ primi mensis, ac Dominico die ad celebrandum Paschæ definiendo, statutum est a Patribus Concilij Nicæni, ut Æquinoctio verno tribueretur dies 21. Martij, quo die tunc, aut circiter, Æquinoctium fiebat. Ex quo fit, ut illa dies xiiii. Lunæ, quæ antecedit diem 21. Martij, censeatur pertinere ad ultimum anni mensis, non autem ad primum, ac proinde apta non sit ad Paschæ celebritatem: quæ verò dies xiiii. Lunæ in diem 21. Martij cadit, vel si non eum in diem incidit, quæ post diem 21. Martij primo loco occurrit, legitima sit ad Paschæ celebrandum. Ex his perspicuum est, omnia Nouilunia, ac sola, quæ ab 8. die Martij vsque ad 5. Aprilis contingunt inclusivè, esse Paschalia, quæ sunt numero 29. nimirum 24. in posterioribus 24. diebus Martij, & 5. in prioribus 5. Aprilis diebus. Horum namque 29. mensium Lunarium nulla dies xiiii. diem 21. Martij, in quo Æquinoctium constitutum est, antecedit, sed cuiusque dies xiiii. Æquinoctij diem, quem diximus, consequitur, primo Nouilunio excepto, cuius dies xiiii. in ipsum diem 21. incidit.

Quæ & quæ No-  
uilunia sint Pa-  
schalia ex decre-  
to Concilij Ni-  
cæni.

Quibus diebus  
anni Pascha cele-  
brari possit, &  
quæ, ex Nicæni  
Concilij decreto.

**QVE** cum ita sint, liquidò constat, Pascha semper celebrari posse, ac debere in aliquo dierum a 22. Martij, vsque ad 25. Aprilis, adeo ut primum Pascha, ac citimum celebrari possit die 22. Martij, postremum verò atque ultimum die 25. Aprilis, totaque solennitas Paschalis latitudinem habeat 35. dierum, quorum priores 10. ad finem Martij, posteriores autem 25. ad principium Aprilis pertineant. Nam quando dies 21. Martij est dies Sabbati, & in eundem dies xiiii. Lunæ cadit, quæ prima Paschalis est, erit sequenti die Dominico, id est, die 22. Martij, solennitas Paschæ: Atque ante hunc diem Pascha celebrari rite non potest, neque vnquam hæcenus post Concilium Nicænum celebratum est. Quando item dies 18. Aprilis est dies Dominicus, & in eundem dies xiiii. Lunæ incidit, quæ postrema Paschalis est, celebrabitur, Pascha proxime sequenti die Dominico, nimirum die 25. Aprilis, post quem diem Pascha ex decreto Concilij Nicæni sine flagitio celebrari non potest. Atque hos terminos Paschales Concilij Nicæni auctoritate constitutos accepimus, qui ex collocatione Æquinoctij in 21. die Martij necessario colliguntur, ut diximus.

**DEINDE** ut in Nouilunijs, atque adeo in diebus xiiii. Lunæ nulla inter Christianos amplius dissensio oriretur, quemadmodum a  
Conci-



Nisi Calendaris  
fuisse correcti,  
accidit post ali-  
quot annos, Pas-  
cha semper in  
secundo mense,  
tertio, quarto,  
&c. celebrari, pro-  
pter æquinoctij  
veris incertum ad  
se a'crasum.

Quando Pascha  
ante Calendaris ve-  
strationem cele-  
bratur sit Luna  
xxv. ubi Noulu-  
nionum per an-  
tecedentem in  
mensura error.

Nisi correctis  
sunt Calendaris,  
Pascha celebrari  
contingit in No-  
uilunio, Luna 11.  
111. &c. ubi erro-  
rem Nouilunio-  
ri, quæ per an-  
tecedentem in  
quæbantur.

Ob errorem æqui-  
noctij, & Lunæ  
æ 111. ex errore  
mensuræ incertæ  
sæpe in Pascha  
celebratur conti-  
gisse errorem 7.  
aut 14 aut 21.  
dierum ante emen-  
dationem Calen-  
darii.

Cæsimi cæsi-  
fer in Pascha  
celebratur post  
menses annos  
per 42 dies, &  
amplius, nisi cor-  
rectis esse Calen-  
darium.

Calendaris, cui re-  
latio Calendaris  
sunt mensura.

Incommoda in-  
ducuntur, & po-  
tius, & p'p'ia  
sunt anni celebrari  
tempus, & Calendaris  
sunt emendari  
non esse.

bat, Pascha mense secundo celebratum sit. Atque hic error in dies obscure serpens longius progressus esset, nisi remedium esset adhibi- tum; adeo ut progressu temporis, omnes Lunæ XIIII. Paschales reli- ctæ essent, tanquam inutiles, semperque Pascha in secundo mense, immo tandem in tertio, quarto, &c. atque in ipsa ætate fuisset cele- bratum: quod fuisse sane absurdissimum, & Patrum decretis omni- no contrarium.

DEINDE propter quatuor illos dies, & amplius, quibus Noni- lunia, ut diximus, serius quam res postulat, per aureos numeros in Calendario indicabantur, sæpe accidebat, ut Pascha celebraretur Lu- na xxv. quando nimirum Luna XIIII. per aureum numerum inuenta, quæ verè erat Luna xviiii. incidebat in diem Dominicum, ac proinde Pascha in sequentem Dominicum diem differebatur. Hoc autem ma- nifeste repugnat decretis summorum Pontificum, & Concilij Niceni, quæ semel atque iterum inculcat, Pascha celebrandum esse a Luna XIIII. primi mensis exclusivæ, vsque ad XXI. eiusdem inclusivæ. At- que eiusmodi error, nisi remedio aliquo ei esset occursum, maior de- inceps evasisset, ita ut sacrosanctum Pascha Luna xxx. atque adeo in Nouilunio ipso, siue Luna 1. & Luna 11. 111. &c. celebrari contigis- set. Quæ res quantum incommodi secum allatura fuerit, nemo est, qui non videat.

EX hoc errore Æquinoctij verni, & Lunæ XIIII. factum est, ut Pascha sæpissime celebratum sit 7. aut 28. aut 35. diebus tardius, quam Decreta Patrum præcipiunt: ut ante correctionem Calendarij vsu venit his annis, 1565. 1568. 1576. 1579. Idemque evenisset, si emendatum non fuisset Calendarium, his annis, 1595. 1598. 1603. 1606. 1609. & plerisque alijs, in quibus omnibus erratum esset in Paschæ celebratione diebus 35. ut annos omittam, in quibus vel viginti octo, vel septem dierum error commissus esset. Quod satis apparet ex Paulo Middelburgensi lib. 11. Paulinæ, ubi Paschæ solennitates ab anno 1500. ad annum vsque 3000. supputavit, cum erroribus, qui se- cundum vsum Ecclesiasticum committebantur: ex quibus omnibus fe- sti dies Paschæ tantum 200. reperiuntur legitimi, alij verò 1301. con- tra Patrum decreta celebrati, cum errore etiam interdum 42. dierum, qui quidem in plures dies progressu temporis excrevisset, nisi corre- ctum esset Calendarium.

IGITUR, ut incómoda illa atque absurda, quæ recensuimus, vitæ- rētur, & ne in maiora incideret posteritas, (Nihil autē dico hoc loco de historiæ, temporumque perturbatione, quæ ex continuâ illa anti- cipatione Æquinoctij verni versus mensium initia sequerentur, scilicet Incarnationem Dominicam in æstatem, Natalem CHR I S T I Do- mini diem in tempus verni, in Ortum S. Ioan. Baptistæ in Autum- num, &c. temporis progressu prolapsura fuisse, ut disertè in libro no- væ rationis corrigendi Calendarij Romani explicatur.) ut hæc, in- quam, incommoda a posteris vitarentur, necessarium omnino fuit, ut Æqui-



Æquinoctium vernum in pristinam sedem a Pattibus Nicæni Concilij ei tributam, hoc est, in diem 21. Martij restitueretur, Nouiluniaque per numeros in Calendario dispositos ita monstrarentur, vt eorum plenilunia ab illis, quæ calculus secundum medium motum exhibet, quo ad eius fieri potest, non discrepent. Sed quoniam Æquinoctium in sitam sedem restitui non potuit, nisi per aliquot dierum exemptionem, factum est, vt Cyclus Solaris, siue literarum Dominicalium, ad hoc vsque tempus in Ecclesia DEI vstitatus, necessario interrumpendus fuerit. Oportuit ergo Cyclum hunc ita quoque innouare, vt per eum litera Dominicalis non secus post correctionem Calendarij, atque ante, quocumque anno proposito, posset inueniri. Itaque in his tribus, Æquinoctij restitutione, Nouiluniorum emendatione, & Innotatione Cycli Solaris, totum negotium correctionis Calendarij consistit. Quæ qua ratione instaurata sint, in ijs, quæ sequuntur, planum faciemus.

In quibus con-  
ditio Calendarij  
constat.

CVR ÆQVINOCTIVM VERNVM AD  
diem XXI. Martij potissimum, & qua ratio-  
ne reuocatum sit.

## CAPVT III.



FORVM, qui de Calendarij correctione scripserunt, variae de Æquinoctij restitutione fuerunt sententia. Quidam enim illud relinquendum esse censabant eo die, quo correctionis tempore reperiebatur, die videlicet XI. mensis Martij. Alij autem ad diē 25. eiusdem mensis reuocandum esse asseuerabant, hoc est, ad diem Dominicæ incarnationis, propterea quod arbitrabantur, incarnationem æterni FILII DEI in Æquinoctio verno factam esse. Plerique demum prudentiori consilio restituendum contendebant ad diem 21. Martij, vbi illud tempore Concilij Nicæni ferè deprehendebatur. Atque horum opinionem merito Gregorius XIII. amplexus est, quippe quæ minus nouitatis, ac mutationis contineat. Nam si Æquinoctium circa diem XI. Martij relictum esset, vbi ante correctionem erat, aut ad diem 25. Martij esset reuocatum, aut ad alium quemcumque diem a die 21. diuersum, oportuisset immutare omnes terminos paschales auctoritate Concilij Nicæni constitutos, omniaque Breuiaria, ac Missalia renouare; cum omnia hæc ita sint digesta, atque ordinata, ac si Æquinoctium vernum die 21. Martij perpetuo contingeret: quæ res, quantam perturbationem allatura fuerit fidelibus, si vidissent, Pascha, & alia festa mobilia alijs diebus nunc, quam olim ab antiquis patribus celebrari, nemo est qui dubitet: præsertim verò, cum non exiguum detrimentum hominibus Ecclesiasticis importaret, propter innumerabi-

Sententiæ variæ  
de æquinoctij  
restitutione.

Quæ sententiæ  
in restituendo æ-  
quinoctio Grego-  
rii XIII. obser-  
uata sūt.

Incommoda alio-  
rum opinionum  
de æquinoctij re-  
stitutione.

lium ferme librorum Ecclesiasticorum iacturam, & immensos sumptus, qui coemendis nouis libris ad DEI cultum pertinentibus necessarij essent. Habent enim pleraque Ecclesiarum, ac Monasteria horum librorum bibliothecas multis aureorum millibus aestimatas, quæ omnes inutiles factæ essent. Hac accedit, quod cum omnes Ecclesiarum Orientales, quæ numerosæ sunt, & quarum ratio maxime habenda erat, canonem de Pascha celebrando in Concilio Nicæno confirmatum religiosissime custodiant, non potuit verum Æquinoctium maiore omnium Ecclesiarum commodo ad alium diem reuocari, quam ad diem 21. Martij, vbi tempore Nicæni Concilij reperiebatur. Hac enim ratione decretum de celebratione Paschæ a Patribus in eo Concilio sancitum, permansit intactum prorsus, atque illæsum. Postremò, quoniam cum maior pars Martyrum, Doctorum, Confessorum, ac Virginum, quorum solennitates grata memoria pie veneratur Ecclesia, circa tempora Nicæni Concilij floruerit, Martyrum quidem paulo ante, sub Decio, & Diocletiano crudelissimis Ecclesiarum DEI persecutoribus; Confessorum verò ipso Concilij tempore, vel paulo post, temporibus Basilij, Gregorij Nazianzeni, Ioan. Chryostomi, Damasceni, Ambrosij, Augustini, Hieronymi, Gregorij Magni, & quando solitudines Ægypti, ac Palæstinæ innumera Monachorum, & Anachoretarum multitudine sub Paulo, Antonio atque Hilarione, sanctissimis Eremitis, reserætæ erant; non potuit Æquinoctium ad magis conueniens tempus reuocari, quam ad Concilij Nicæni tempora, vt festi Sanctorum dies congruis temporibus celebrarentur, hoc est, non longe ab illis, quibus in terra vixerunt. Nam si vel ad tempus incarnationis Dominicæ redactum esset, vel eo in loco, vbi ante correctionem reperiebatur, retentum, fuissent omnium illorum Sanctorum tempora confusa, atque perturbata.

Qua ratione Verò Æquinoctium ad diem 21. Martij restitutum sit.

**RESTITVTVM** porro est Æquinoctium a Gregorio XIII. Pont. Max. ad diem 21. Martij, exemptis decem diebus ex mense Octobri anni 1582. ita vt post quartum diem Octobris, qui B. Francisco sacer est, loco diei quinti assumptus fuerit statim quintusdecimus, decem interiectis eo anno prorsus omissis. Hac etenim ratione factum est, vt verum Æquinoctium anno 1583. insequenti, & alijs deinceps, contingerit decem diebus serius, quam ante hanc correctionem; ac proinde cum ipsum antea fieret circa diem 11. Martij, idem nunc circa diem 21. accidere cernatur, quemadmodum Concilij Nicæni temporibus.

Cur 10. dies simul exempti sint ex anno 1582. non autem singuli ex singulis annis, nec menses.

**FACTA** quoque est hæc restitutio per ablationem decem dierum simul ex vno mense, non autem per omissionem decem dierum intercalarium in 40. annis, aut per detractionem eorundem 10. dierum ex 10. mensibus, detrahendo singulos dies ex mensibus singulis, quod nonnulli optabant; tum quia multa occurrere potuissent in 40. annis; quæ correctionem impedirent, tum etiam, quia sapius Cycclus Dominicalium literarum interrompendus fuisset, qui tamen in hac nostra resti-

restitutione semel tantum interruptus est.

SI quis potest scire cupiat, qui factum sit, ut Equinoctium sedem suam pristinam, hoc est, diem 21. Martij deseruerit, & ad diem 11. peruenierit; intelligat huius rei causam esse, quod Iulius Cæsar, quem Ecclesia Catholica Romana est secuta, plus æquo vnus anni magnitudi-  
 dini tribuerit. Constituit enim annum solarem dierum 365. & hora-  
 rum 6. Et quia in anno Ciuili, qui dies duntaxat integros complecti-  
 tur, omitebat sex illas horas, quæ in quatuor annis diem integrum effi-  
 cientur, decreuit, vt quarto quouis anno dies vnus ex 24. horis conflu-  
 tus intercalaretur, fieretque annus dierum 366. quem Bissextilem appel-  
 larunt. Annus autem Solaris verus, quem Tropicum vocant, tantus non est; sed aliquot horæ minutis minor, ita vt secundum tabulas Al-  
 phonfi Hispaniæ Regis, complectatur dies 365. & horas tantum 5. Min.  
 49. Sec. 16. quæ quidem anni magnitudo media quodammodo est inter  
 maximam, & minimam anni magnitudinem. Nam, vt Cap. vi. hu-  
 ius lib. suisus dicemus, Astronomi peritiores obseruarunt annos Sola-  
 res esse inæquales; & maximum quidem annum fuisse Hipparchi, ac  
 Ptolemæi ferè temporibus, affirmant; minimum verò atate Albate-  
 gnij, & medium quodammodo circa Alphonfi regis tempora extitisse,  
 atque nunc iterum ad maximam ferè peruenisse magnitudinem. Ita-  
 que annus Romanus, qui apud Ecclesiam in vsu est, superat Alphonfi-  
 num annum, quem medium ferè inter maximum, & minimum esse  
 diximus, Minutis 10. & Secundis 44. vnus horæ. Ex quo fit, vt toti-  
 dem Minutis, Secundisque quolibet anno Iuliano Equinoctia, ac Sol-  
 stitia sedes suas anticipent: quia quando Sol proprio motu, secundum  
 tabulas Alphonfinas, ad ideum punctum Equinoctij, aut Solstitij, à quo  
 recesserat; reuertitur, desunt ad annum Iulianum complendum illa,  
 quæ diximus, Min. 10. & Sec. 44. vnus horæ. Quocirca secundum  
 easdem tabulas, Equinoctia, Solstitiaque in annis ferè 134. vno die  
 integro, & in annis 402. diebus circiter tribus sedes suas præcurrent.  
 Quod si anni magnitudo, qua vtitur Ecclesia, omni ex parte congrue-  
 ret motui Solis annuo, nulla cereretur Equinoctiorum, Solstitio-  
 rumque anticipatio, sed eisdem semper anni diebus recurrerent.

QVOD si quis roget, Cur exemptio illa decem dierum ex anno  
 1582. in mense Octobri facta sit, & non potius ex aliquo anno centena-  
 rio, vel ex aliquo alio bissextili, non quidem in Octobri, sed in  
 quouis alio mense: Hoc enim in primis Mæstlinum male habuit; Res-  
 ponsum in promptu est. Potuerunt quidem decem illi dies ex quo-  
 cunque anno eximi, atque etiam ex quolibet mense: sed delectus est  
 annus 1582. quia tunc omnia ad correctionem necessaria fuerunt pri-  
 mum expedita atque absoluta. Responsum enim omnium Regum, Prin-  
 cipum, Rerumque publicarum, & præcipuarum Vniuersitatum ad  
 summum Pontificem allata sunt, & a Mathematicis ad Calendarij  
 emendationem conuocatis quam diligentissime examinata. Quare ne  
 diutius restauratio Calendarij, quam omnes Christiani Principes, &  
 Respub. \*

Equinoctij cur  
 sedem suam ad  
 10. dies antipa-  
 utrit in Calenda-  
 rio, 3. respo- Con-  
 a 11. Nicæni cõsi-  
 ad correctionem  
 Calendarij.

Anni magnitudo  
 secundum Iulij  
 Cæsarum, & Ec-  
 clesiam.

Anni magnitudo  
 secundum Alphon-  
 finos.

Quanto maior se-  
 des Romanus  
 fore Ecclesiæ  
 est, anno Alphon-  
 finos.

In quo maior æ-  
 quinoctium anni  
 et per unum diem, se-  
 centum annorum  
 Alphonfinum.

Correctio Calen-  
 darij cur in anno  
 1582. & in Octo-  
 bri potius insti-  
 tuta sit, quam in  
 alio anno, ac ad  
 10.

Respub. mirifice collaudarant, atque approbarant, differretur, visum est Pontifici Maximo annum 1582. correctioni tantopere expetite destinare.

QVOD autem in Octobri potius factum id fuerit, quam in alio mense, causa nulla fuit alia, neque aliud hac in re mysterium quaerendum est, quam quod is mensis ad negotium hoc aptissimus visus est, quippe qui plures dies Sanctorum celebritatibus vacuos haberet. Ex quo factum est, ut decem dies ex eo exempti minore perturbationem, confusionemque in Diuinis Officijs persoluendis apud homines Ecclesiasticos pepererit. Nam licet in Febuario, Martio, & Aprili pauci etiam festi Sanctorum dies celebrentur, tamen quia in eos menses incidunt Septuagesima, Quadragesima, & tempus Paschale, iudicatum est, eos non esse decem diebus priuandos, ut tempora illa, quae summa religione ab Ecclesia celebrantur, continuato ordine sine ulla interruptione percurrerentur: praesertim quia si, exempli causa, Septuagesima tunc celebrata esset secundum Calendarium nouum die 14. Februarij, omisissis decem praecedentibus diebus, exstitissent tantum quatuor Dominicae post Epiphaniam, & reliquae duae ante Aduentum non potuissent interponi, cum eo anno Dominicae solum 24. post Pentecosten fuerant fuissent. Quia vero nonnullae provinciae ex Octobri anni 1582. nondum decem dies exemerant, quod ad eas tam cito exemplaria noui Calendarij perferri non potuerant, optimo consilio factum est, ut anno insequenti 1583. non expectato Octobri, decem dies ex Febuario eximerentur, ne diutius populi illi in dierum numeratione ab Ecclesia Romana dissentirent. Etsi enim eo anno, qui nondum Calendarium emendauerant, eodem, quo nos, die Pascha celebratum erant, tamen in dierum numero a nobis dissentissent, cum hos decimo die Aprilis, illi autem ultimo Martij agerent Pascha. Non est igitur, quod Martinus se tantopere discruciet in exquirenda causa, cur anno potissimum 1582. summus Pontifex restorationem Calendarij fieri voluerit mense Octobri, anno vero 1583. mense Febuario.

VERVM ut arrogantia Martini, simulque in Calendarij negotio inscitia omnibus manifesta fiat, & luce clarius appareat, qua vase & malitiose in isto examine se gesserit, caluiniandi magis noni Calendarij, quam veri tatis inquirendae studio, libet hoc loco huius correctionis in Octobri institutae causa, quam ipse solus, ut hominibus imponeret, atque in Pontifice Romanum liberius baccharetur, confinxit, paulo diligentius examinare. Sic autem scribit. *At correctionis huius initium non potuit ante Pascha anni 1582. fieri. Nam si hoc factum esset, periclitatum fuisset totum opus Calendarij huius, periclitata fuisset magna pars auctoritatis Pontificis, suorumque Calendariorum; periclitati fuissent omnes sumptus huius gratia corrasis; & erogatis; & quod maximum est, Pontifex rursus sua spe delusus fuisset. Nam eo ipso anno deprehensa fuisset inanis futilitas calculi huius Gregoriani Calendarij. Cum enim aureus numerus, qui eo anno erat 6. habuerit Epistolam xxvi. & reposuerit terminum Paschalem in diem 17. Aprilis,*

Et anno 1582.  
in regionibus re-  
motioribus cor-  
rectio fieri iussit.  
Et in Febuario.

Ratio fuit Ma-  
rtini, cur in O-  
ctobri, & non an-  
te diem Pascha  
anno 1582. corre-  
ctio facta sit, & n-  
ta in Febuario.

Aprilis, qui erat dies Sabbati: utique conveniebat secundum numeros, & regulas novi Calendarij, sequentem diem 18. esse Dominicam Paschatis. Sed in eadem ipsa Dominica erat demum Luna, & Solis vera oppositio, secundum calculum Astronomicum: itaque eo ipso anno 1582. celebrandum fuisset Pascha in plenilunio. Hæc res haud dubie valde fuisset ominosa novo Calendario: Nam ipsa non potuisset quencquam hominum latere, propterea quod in omnibus, & singulis diarijs, seu Calendarijs anniverfarijs, plenilunium hoc inventum fuisset in die Paschali: Et hoc quidem eo magis fuisset conspicuum tam illiteratis, quam literatis, (quorum nullus propemodum est, qui huiusmodi aliquod annale diarium non secum semper portet, aut certe domi parietis affixum habeat) quod eo anno veteris Calendarij Pascha convenientem suum locum, videlicet diem 25. novi, aut diem 15. veteris Calendarij obtinuit. Quis iam dubitabit, quin Pontifex metuerit, se, suumq; hoc opus cum sibilo explosum iri, propterea quod ipse Paschale festum ex loco vero abstraheret, & in locum erroneum; seu, ut auctor nominat, hæreticum abiceret? Nunc autem postquam callide, ne dicam dolose, hoc periculum est evitatum, speras & ipse, & Calendarij auctor, se iam tutissimos esse: Non enim quemquam tantum prudentia habiturum confidam, qui calculum in peracta tempora retrahat. Et licet aliquis hoc tentet, calculum cum tamen non tantum ponderis amplius habiturum, quantum ei fuisset, si in re presenti manifestissima falsitas monstrata esset. Quod si autem crassissimus hic error, qui ex sententia auctoris hæreticus est, quo Calendarium hoc nostrum novum statim in ipso principio inaugurationis laboravit, non sit vera causa dilatorum die, indigite vos Mathematici aliam; & simul defendite hanc ipsam huius anni errorem. Sed neutrum vobis factum possibile esse scio.

HIS verbis Mæstlinus temeritatem suam atque inscitiam non modo Mathematicis, quos provocat, verum etiam cæteris harum rerum non imperitis manifeste prodidit. Confundit enim diem xv. Lunæ eū die xiiii. & Quartadecimanos hæreticos appellat eos, qui in Luna xv. siue in oppositione Lunæ cum Sole Paschæ celebrant: ut prorsus ignora reconvincatur, quid de recta Paschæ celebratione Patres, & Concilia sanxerint; & quid in ea re ab Ecclesia ad hoc usque tempus observatum sit. Neque enim prohibitum unquam fuit, ne in Luna xv. Pascha celebretur, aut in plenilunio, ut falso existimat, sed ne in Luna xiiii. cum Quartadecimanis hæreticis, non expectato die Dominico post Lunam xiiii. primi mensis, solennitas Paschalis peragatur: ut vel hinc perspicue conijcere liceat Mæstlini ignorantiam, ac temeritatem, qui tam impudentè reprehendere audeat id, quod Ecclesia ex præscripto Patrum, Conciliorumque sanctissime semper observavit. Itaque statim correctionis 1582. Pascha ex Calendario novo esset celebratum, nulla in re Ecclesia à Decretis Patrum, & Concilij Nicæni discessisset, sed rectissime ex eorum sententia id prægesset: id quod manifestum est cuius in cōputo Ecclesiastico vel mediocriter versato. Nam cum eo anno (si decem dies in Februario fuissent exempti) op-

positio

Maestlini ignorantiam in ea qua Catholicæ Ecclesiæ Paschæ celebratio semper observavit.

Secundum Patrum, non prohibebatur Paschæ celebratio in Luna xv. sed in Luna xiiii.

Patres 1582. secundum Calendarium novum, si in Februario festum fuisset exceptum die xv. non illegitimum fuisse, ut perperam ait Mæstlinus.

positio media Luminarium (quæ in hoc negotio, uera relicta, usurpatur ab Ecclesia: ) incidit, secundum tabulas Ioan. Antonij Magini, quæ recitiores sunt, in die 17. Aprilis, Hor. 7. Min. 57. post Meridiem, immo secūdū Prutenicas tabulas. hor. 3. & amplius ante Meridiem, quis dubitabit, nisi solus Mæstlinus, ferè Ecclesiasticarū professor ignarus, sequenti die 18. quæ fuit Dominica, potuisset ex præscripto Patrū Niceni Concilij Pascha legitime celebrari, cū ea Dominica Lunam x1111. primi mensis proxime insequatur? Immo nunquam Ecclesia rectius solennitatem Paschalem agit, quam cum in primo mensis Dominicus dies in oppositionem mediam Solis, ac Lunæ cadit. Reliqui namque sequentes sex dies Lunæ, uidelicet xvi. xvii. xviii. xix. xx. xxi. ad celebritatem Paschæ assumpti sunt propter diem Dominicum, qui non semper in Lunam xv. (quod optandum esset) cadit, siue in oppositionem mediam, ante quam Pascha celebrare fas non est, sed uel in Lunam xvi. uel xvii. &c. usque ad xxi. inclusiu: ultra quam Pascha differre licitum non est. Sed nouus iste Mathematicus Tubingensis non solum Pascha legitime Luna xv. celebrari posse ignorauit, uerum Pascha anni 1582. ex motu uero ostendere conatur falsum fuisse, si secundum nouum Calendarium esset celebratum: quasi uerò Ecclesia ueros motus, non autem medios potius, aut Cyclos ad hoc negotium adhiberet, ut proximo Capite planum faciemus. Quæ in remirum in modum quoque hallucinatur, cum eo anno oppositio uera Luminarium facta sit die 17. Aprilis, Hor. 15. terè post Meridiem: ut Pascha illud secundum etiam uerum motum legitimum fuisse, nemo possit ambigere, cum celebratum fuisset post plenilunium, atque adeo multo magis post Lunam x1111. ueram: quod tamen necessarium non est.

*Pascha m. 1582. secundum Calendarium uerum, si 1. Februario fuerit 1. dies celebrari, legitimum futurum fuisse, nisi secundum motum uerum, extra quod uult Mæstlinus.*

ET ne existimet Mæstlinus, me temere (ut ipse solet) loqui, ac sine auctoritate ulla statuere, Pascha celebrari posse quocunque die Dominico post Lunam x1111. usque ad xxi. sed ab initio primitiuæ Ecclesiæ hoc ita sancitum fuisse, expendat. diligenter auctoritates, ac testimonia Patrum, Conciliorumque, quæ Cap. 1. attulimus ad confirmandum, Pascha celebrandum esse die Dominico, primumque mensem esse eum, cuius Luna x1111. in Equinoctium incidit, aut ipsum proxime sequitur. In ijs enim omnibus disertè explicatur, Pascha debere celebrari prima Dominica post Lunam x1111. primi mensis, quæ nimirum in Lunam xv. xvi. &c. usque ad xxi. inclusiuæ cadit. Quibus auctoritatibus addi possunt etæ, quæ sequuntur.

*Pascha celebrari posse Luna xv. si tunc sit Dominica, probatur uarijs testimonijs, & vix Ecclesiæ.*

B E D A Venerabilis lib. De Temporū ratione, Cap. 57. postquā docuit, Dominicam diem, quæ post x1111. Lunam occurrat, esse Paschalem resurrectionis diem, paulo post subiungit. *Et si fieri posset, ut eadem omnibus annis Sabbati die Luna x1111. contineretur, nil nostræ Paschalis obseruantia tempus à legali discreparet. Quam & ipsi iuxta legis edicta semper x1111. Luna primi mensis ad uesperam immolantes, & comedentes agni immaculati carnem, sanguinemq; illius ad*  
r. p. l. c.



repellendum exterminatorem nostris postibus aspergentes, id est, aquam Baptismi, & Paschaliū celebrantes solennia Missarum, spiritalem superaremus Aegyptum, atque illucescente mane in Luna xv. eiusdem mensis primum azymorum diem intraremus, septemq; dies eiusdem celebritatis legitimos a mane quintidecimi diei vsque in vesperum vicefimprii mensis ipsius, id est, a Dominico Pascha vsque in Dominicum octavarum Pascha, debita cum veneratione compleremus. Sed quoniam Luna dies eadem diuersas Septimana deuoluitur in Feras, inde fit, ut qui propter resurrectionem nostri Redemptoris in Dominicum diem Pascha iunius reseruare docemur, aliquoties nostra festiuitas septimo post Legalium azymorum exordium die sumat ingressum. Nonne vides hoc loco, Bedam apertissime docere, Dominicum diem Pascha cadere posse in Lunam xv. atque tunc quidem rectissime Pascha celebrari?

IDEM clarissime tradit Cap. Lix. vbi sic ait. *A am cum in veteri Testamento tribus argumentorum indicijs Paschale tempus sit obseruari preceptum; videlicet ut post Aequinoctium, ut mense primo, ut tertia eius Septimana, id est, a vespera xiiii. Lune, quod est initium xv. vsque in vesperum, id est, terminum xxi. celebretur; quarta in eiusdem obseruatione regula est nobis a tempore Dominica resurrectionis imposta, ut cum Aequinoctio transcens, Lunam primi mensis xiiii. vespere ortum facere viderimus, non statim ad faciendum Pascha profiliamus, sed Dominicum diem, quo ipse Pascha, id est, transitum de morte ad vitam, de corruptione ad incorruptionem, de pena ad gloriam resurgendo facere dignatus est, expellantes, in ipso tandem congrua Pascha solennia celebremus. Et paulo post. Quoties ergo diem Dominicum mox, aduentante xiiii. Luna, habemus, nil nostrum tempus Paschale a legali dissonat, quamuis alijs Sacramentorum generibus eiusdem Pascha solennia colimus. Quoties verò secundo, vel tertio, vel quarto, vel quinto, vel sexto, vel septimo ab hinc die idem Dominicus occurrerit, ne sic quidem legem, aut Prophetas solimus, sed Euangelica potius gratia Sacramentis adimplemus. Quam quidem Ecclesiae consuetudinem ex Theoph. lo Alexandrino Episcopo quoque confirmat: idemque Cap. Lx. & Lxi. & alijs saepius repetit.*

HOC ipsum communi consensu omnes Computiste, quotquot de Pascha celebratione scripserunt, constanter asseruerunt. Nam vt alios taceam, Paulus Middelburgensis Episcopus Forsempronensis non longe a principio libri xii. in hunc modum scribit. *Nos ergo in supputatione Lune Paschalis, diem oppositionis Luminarium vocabimus Lunam xv. qua si in die Dominico inciderit, eodem die Pascha celebrandum annotabimus, iuxta Canonem a sanctis Patribus in Nicæna Synodo institutum, quo Pascha celebrari precipitur die Dominico a xiiii. Luna vsq; ad xxi. hoc est, die Dominico primo post xiiii. Lunam. Ex his omnibus constat, Pascha recte, ac legitime celebrari posse, immo verò ex Decretis Patrum celebrandum omnino esse, Luna xv. hoc est, in oppositione Luminarium, si tunc dies Dominicus aduerit.*

D Atque

Atque hanc consuetudinem videmus semper in Ecclesia, tam Orientali, quam Occidentali. conseruatam esse. Semper namque primo Dominico die post Lunam XXI I I. Pascha ad nostram vsque ætatem celebratum est.

P V D E A T ergo Mæstlinum, si pudere potest, arrogantiæ & temeritatis, quod Mathematicum se scribat, cum tamen rem non solum Mathematicis, sed etiam omnibus Christianis notissimam, Pascha nimirum Luna xv. posse celebrari, prorsus ignoret: quippe qui crassissimum, immo hæreticum appellare errorem non vereatur, si Pascha in plenilunio medio celebretur. Sed quid mirum, hominem hæreticum consuetudinem Ecclesiæ in Paschæ celebratione obseruatam ignorare, qui tam temere, & impudenter omnes eius leges spernit atque contemnit, vt spirita verriginis agitatus libere, quicquid ei in mentem venerit, ctedere possit? Ecce tibi, Mæstline, veram causam dilationis in Octobrem anni 1582. quam tanto tibi studio indicari flagitas. Habes simul, qui Pascha anni eiusdem, si secundum nouum Calendarium esset celebratum, defendit, legitimumque futurum fuisse demonstrat, ex Decretis Patrum, ac Nicæni Concilij, atque vsu Ecclesiæ; in quo tamen crassissimum errorem ipse committens, ab alijs committi falsò criminabaris: quorum neutrum nobis factu possibile esse, temere tibi persuadebas.

N O N ergo vltimus Pontifex, si decem dies ex Februario anni 1582. detrahendos statuisset, meruere potuit, vt falsò iactas, ne ipse, suumque hoc opus cum sibilo exploderetur. Neque enim, vt tu insimulas, Paschale festum tunc ex loco vero abstraxisset, & in locum erroneum, seu hæreticum abiicisset; sed contra potius ex loco erroneo restituisset in verum. Nam eo anno Pascha ex Calendario veteri celebratum est Luna XXI I I. hoc est, quarta hebdomada, contra Patrum, Conciliorumque sanctiones: quod secundum nouum in Luna xv. hoc est, in principio tertie hebdomadæ, in qua sola legitime potest Pascha celebrari, peractum fuisset. Exere nunc vires ingenij tui, & mirabili tua illa prudentia, (qua præditum esse eum uis, qui calculum in peracta tempora retrahat) seu potius, vt ego interpretor, insigni tua impudentia defende erroneum hoc tuum Pascha anni 1582. Legitimum autem, quod exhibuisset nouum Calendarium, quantumcunque potes, falsum futurum fuisse demonstra. *Hic Rhodus, hic salus.* Liber enim idem dictum in te conuertere, quod tu non semel in fautores Gregoriani Calendarij, quasi iam victoriam reportaueris, temere iactare soles.

N A M quod errorem, quem ex celebratione Paschæ in plenilunio committi falsò putas, ex auctoris Calendarij sententia hæreticum appellas, (quod idem & alijs in locis facis) plane syncopantaris. In Calendario enim sermo est de Quartadecimanis hæreticis, qui contra decreta Conciliorum, & vsu vniuersalis Ecclesiæ contendebant, Pascha cum Iudæis Luna XXI I I. celebrandum esse. A quo tamen errore

Pascha anno 1579  
ex Calendario veteri  
contra Patrum  
Concilium Decretis  
celebratum est in  
quarta hebdomada,  
sive Luna  
XXI I I.

Quod hæreticis,  
sive Luna XXI I I.

rore longè abest Ecclesia, etsi interdum, ob imperfectam Cycli Lunarum rationem, ( Nullus enim Cyclus, quamvis perfectus, Nouilunia, Pleniluniaeque ita monstrare potest, quemadmodum postea docebitur, ut motibus caelestibus semper ad vnguem respondeant ) Pascha celebretur Luna xiiii. Quod quidem in nouo Calendario accidere nonnunquam potest, rarius tamen multò, quàm in veteri, secundum Cyclum aurei numeri in Concilio Nicæno editum, præsertim verò prope tempora eiusdem Concilij, ut postea suo loco demonstrabimus. Abest, inquam, Ecclesia ab hæreticorum errore, si interdum, propter Cycli imperfectam naturam Pascha Luna xiiii. celebretur: quia nõ affirmat, Pascha esse celebrandum Luna xiiii. sed casu, & ( ut cū Philosophus loquitur ) per accidens interdum Pascha ita celebrat, & omnè adhibet diligentiam, ut Cyclus ita in Calendario disponatur, ut quoad eius fieri potest, nunquam Pascha Luna xiiii. celebretur, ut infra fusius exponemus. Tu verò, tuique similes, qui omnes antiquum sædus contra Catholicam DEI Ecclesiam iniuistis, notam hæresis effugere non potestis, cum, contemptis omnibus Ecclesiae Catholicae legibus, & sanctionibus, spiritu superbiae agitari nouam fidem, nouumque Euangelium prædicetis, & tam pertinaciter vetus Calendarium collapsum, odio noui à Pontifice Romano editi, defendatis.

AT etiam ausus es, homo præmortui pudoris, auariciam, ac fordes Gregorio XIII. Pont. Max. obijcere, cuius effusa liberalitas, seu munificentia potius, in orbem omnium terrarum, maxime verò in Germaniam redundauit, adeo ut omnium, præter te, hæreticorum maledicentiam restinxerit. Scilicet Pontifex ille, ut sacerdotij, sic animi magnitudine Maximus, cum ingentes thesaurus in omnium gentium salutem profunderet, id ageret, ut edito nouo Calendario ( quod tu insimulas ) pauculos nummulos ex plebecula colligeret. Equidem confirmarem iureiurando, ( nam his rebus interfui ) ne terencium quidem ad Pontificis ærarium hinc peruenisse, nisi vererer, ne satis exploratæ tanti Pontificis largitati meum testimonium faceret iniuriam: præsertim cum tuum crimen sua sponte ab illo resiliat, atque in te ipsum recidat, qui causam edendi ista examina nullam habuisti, nisi vt aliquid pecuniolæ ab imperitis corraderes. Nam gloria, quam per calumniam simul captasti, versa est, ut uides, in infamiam. Sed hæcenus. Neque enim committam, ut imitari videar maledici hominis maledicentiam. Namque hæc ipsa non maledicendi, sed maledicta repellendi causa dicta sunt, simulque vt omnes huius præclari examinis specimen sumerent, cum pene oculis cernerent, quam æquo, quam sincero animo, quam acri ingenio, quam firmis rationibus Gregorianum Calendarium oppugnare, conspirationemque vniuersi orbis Christiani, Pontificiamque auctoritatem conueltere homulus ex argilla ac luto fictus contenderit: Cuius quidem impudentia implicatam inscitiam tantam ipsa examinis inscriptio, vt ostendimus, declarauit, quantam nulla res alia excusare vilo modo

D 2 possit,

Pascha celebretur,  
id est in cycli, qui  
perfectus nunquam  
est: non præstat  
tribuendum esse  
Eam autem ad præ-  
sertim in hunc  
Quartiduum  
non tandem.

possit, nisi se confiteri velit, id quod res ipsa loquitur, se, cum hoc examen scriberet, satis sobrium non fuisse.

ECCLESIA CVR POSTHABITIS MOTIBUS  
veris apparentibusve, medios tantum, siue æquales,  
aut potius Cyclos in mobilium festorum celebratione vsurpet. CAP. III



**ÆQUINOCTIO** in pristinam sedem, in qua a Concilio Nicæno collocatum est, restituito, præscribenda quoque fuit ratio, quæ idem Æquinoctium in sua sede retineretur. Quæ ut planior fiat, paulo diligentius explicandum erit prius, quales motus Ecclesia consideret, atque in mobilium festorum celebratione adhibeat. Hoc enim exposito, liquidò etiam constabit, quam temere, & sine causa Calendarium nouum a Mastlino oppugnetur. Ecclesia igitur, posthabitis veris Lunæ ac Solis motibus, quippe qui ad Astronomos magis pertineant, solos medios, & æquales considerat. Cuius rei multiplex ratio afferri potest.

*Eccliesiam motus demonstrat motus considerare, ob multas causas.*

*1. ratio. Quia motus motus æquales sūt, & uniformes, ac prouide ut capta vulgi accommodati: veri autem motus inæquales & irregulares.*

**PRIMUM** quia motus veri inæquales sunt, modò velociores, modo tardiores; medij autem motus sunt semper æquales atque uniformes: ac prouide hi facili negotio in cyclum redigi possunt, non autem illi. Cum ergo ad inuestigationem Æquinoctij, Nouilunij, ac plenilunij Paschalis, tradendæ sint regulæ faciles, quæ sine magno labore a quolibet, Astronomiæ etiam omnino rudi, & ignaro, percipi, ac teneri possint, sine cognitione tabularum Astronomicarum, ne vniuersus populus Astronomiam cogatur perdiscere, quod nouum atque inauditum est, & facta prorsus impossibile; recipiendi fuerunt motus medij potius, quam veri, præsertim quia facilius in veris, apparentibusque motibus, quam in medijs, & æqualibus error potest admitti. Neque verò magni refert, veros re ipsa in caelestibus corporibus existere, medios autem cogitatione tantum, atque arte esse excogitatos ab Astronomis, ut videlicet veros per medios inuestigent. Nam Ecclesia obstricta non est, neque vnquam fuit, exquisitis astrorum legibus, motibusque; sed satis est, si Solis, ac Lunæ motus pingui quadam (ut aiunt) Minerua assequatur, dummodo non multum a vero recedat. Id quod antiquissimus vsus a primitiua Ecclesia ad nostram vsque ætatem continuatus, atque perductus euidenter demonstrat.

*2. ratio. Ne seminarium Perpetuum rituum, & discordiarum exortur in Ecclesia, & veri motus obliuiscatur.*

**DEINDE** quia, si veris motibus Ecclesia vteretur, perpetuum extaret seminarium discordiarum, atque rixarum inter **CHRISTI** fideles in sacrosancti Paschæ celebratione, propter tabularum Astronomicarum varietatem, & discrepantiam, diuersasque motuum hypotheses, cum alijs has, alijs illas tabulas sequendas esse contenderent: sicut.

sicut hodie videmus alios tabulas Alphonsinas, alios verò Prutenicas ex Copernici doctrina erutas, in motibus astrorum cognoscendis vsurpare. Ex quo efficeretur, vt diuersi diuersa Æquinoctia, Nouiturniaque obseruarent, atque adeo Pascha non eodem tempore celebrarent, quod valde absurdum foret, & absurdum.

TERTIO, quoniam ad hanc vsquè diem nullæ tabulæ conditæ sunt ab Astronomis, per quas veri stellarum motus ad omne tempus certò, & sine vilo errore inquiri possint, & cognosci; sed quilibet obseruationibus sui temporis congruentes tabulas semper confecit, quæ longo deinde tempore elapso deficere a vero deprehensa sunt, propterea quod ne vnus motus caelestis periodus exquisitè, ac penitus cognita adhuc sit. Nam Ptolemæus Astronomorum princeps, & solertissimus caelestium motuum indagator, confecit sanè ante annos 1450. tabulas suis obseruationibus congruentes; quibus eo tempore motus caelorum certissime, & sine vlla dubitatione supputabantur. His deinde, quoniam experientia docuerat, eas non amplius motus caelestes accurate exhibere, successerunt tabulæ aliæ, dictæ Alphonsinæ, quòd sumptibus, ac diligentia Alphonsi regis Hispaniæ ante annos circiter 340. ab Astronomis conditæ sint, quibus ea tempestate certius, quam per tabulas Ptolemæi, motus inueniebantur. In harum tandem locum repositæ sunt nostro hoc tempore tabulæ Copernici, quæ Prutenicæ vulgo appellantur; propterea quod omnium Astronomorum ferè consensu, cum phænomenis caelestibus longe exquisitius conueniunt, quam Alphonsinæ. Atque ita forsasse post multa secula posteri nostri alias motuum caelestium periodos obseruabunt, nouasque propterea hypotheses conficiant, atque adeo pro tabulis Prutenicis nouas alias substituent. Quis enim pro certo affirmare audeat, tabulas Prutenicas omni tempore caelorum motibus consensuras esse, cum videat tabulas Ptolemæi præstantissimi Astronomi, & qui meritò omnibus antefertur, mancas nunc esse, & imperfectas, quæ illis tamen temporibus fuerint absolutissimæ? Præsertim cum Prutenicæ tabulæ incertis hypothesibus, nedum absurdis, & a communi hominum opinione abhorrentibus, ac quibus omnes Philosophi naturales repugnant, fundatæ sint? Huc accedit, quod nondum vna integra periodus Anomalie præcessionis Æquinoctiorum, in qua Copernicus omnem inæqualitatem Solaris anni fiendat, perfectæ est atque absoluta: ut meritò dubitare quis possit de veritate tabularum ex illa Anomalia extructarum, & an, absoluta una periodo, altera sequens præcedenti sit omni ex parte responsura. Quæ cum ita sint, quis erit tam impudens & audax, qui DEI Ecclesiam astringere velit tam incertis, ac fallacibus Astronomorum præceptis; ac tabulis? Certe, opinor, nemo; nisi fortè dicere velis, Ecclesiam debere nunc has, nunc illas amplecti tabulas, prout hoc, uel illo tempore motibus caelorum eas congruere animaduertit: quod nihil aliud esset, quam oninia in dubium reuocare; quippe cum quid inter Astro-

nomos

er, & tabulæ  
Astronomiarum  
sunt. cu.

3. m. a.  
Quæ nullæ tabulæ  
ad hanc usque  
diem conditæ sunt,  
quæ motus  
sine errore ex-  
hibent ad mil-  
les annos.

Prutenicæ tabulæ,  
quæ hodie ab  
omnibus usque  
sunt, aut incertæ  
iudicari possunt.



Et Astronomi  
nonnulli in mo-  
ta Solis ac Lunæ  
magis fidere tabu-  
lis Alphonsinis,  
quàm Prutenis.

nomos constaret, quibusnam tabulis magis fidendum esset: quem-  
admodum hac etiam aetate videmus, excellentissimos esse Mathema-  
ticos, qui in motu Solis, ac Lunæ Alphonsinis tabulis magis creden-  
dum esse censent, quàm Prutenicis.

TYCHO Brahe, Danus quidem nobilis vir, & insignis Mathe-  
maticus, qui nunc motus Astrorum proprijs obseruationibus exami-  
nat, totusque in eo est, vt eos, quoad eius fieri possit, correctissimos  
nobis exhibeat, deprehendit anno 1586. adhibita accurata diligen-  
tia, vt ab erudito viro, & in rebus Mathematicis peritissimo Bartho-  
lomæo Sculteto accepi, Æquinoctium vernum, hoc est, ingressum  
Solis in Arietem; accidisse die 10. Martij. Hor. 9. Min. 2. post Meri-  
diem, secundum vetus Calendarium: quod tabulæ Alphonsinæ sex  
propemodum horis citius exhibent; Prutenicæ verò horis serè 13.  
tardius. Vbi manifestò apparet, Alphonsinum calculum ad obserua-  
tionem supradictam propius accedere, quam Prutenicum, siue Co-  
pernicianum. Ex Calendario nouo incidit idem Æquinoctium obserua-  
tum in diem 20. Martij, Hor. 9. Min. 2. post Mer; ac proinde sequen-  
ti diei 21. rectè ascriptum fuit: vt vel hinc liquido etiam appareat,  
præclare in hac Calendarij correctione actum esse, vt decem dies ex ann.  
1582. eximerentur, vt Æquinoctium in diem 21. Martij restitueretur.

Rectè ad restitu-  
endum æquinocti-  
um diei 21. Martij  
eximenda fuisse  
10. dies, cõfirmat  
veter obseruatione-  
bus nobilibus eius-  
dem Dni.

VT ergo dissidium hoc Astronomorum, atque discordia tolleretur è  
medio, prudentissimo consilio Ecclesia tabulas verorum motuum ce-  
riositati Astronomorum relinquens semper respuit, atque motus me-  
dios, qui æquales, & vniformes sunt, aut potius Cyclos medijs moti-  
bus maxime consentientes, ad mobilium festorum solennia adhiben-  
dos esse iudicauit.

Tabulæ Astro-  
nomicæ magis fa-  
uendas esse, cõf-  
firmat longè citius do-  
mum arguunt.

NEC verò hæc a me ideo allata sunt, quod putem tabulas Astro-  
nomicas omnino reiiciendas esse, tanquam falsas & futiles: Omni  
enim laude dignos semper existimaui Astronomos, qui varijs tempo-  
ribus maximo labore ac studio astrorum motus obseruarunt, atque ad  
eosdem facile supputandos, licet non omnino exquisite, ita tamen, vt  
parum a vero absint, tabulæ varias mira industria elaborarunt, atque  
posteris transmisserunt. Sed hoc solum contendo, Ecclesiam non esse  
ad curiosas Astronomorum subtilitates alligandam, cum eadem tabu-  
læ diu durare nequeant, sed aliæ atque aliæ pro temporum varietate  
sint adhibendæ, vt diximus. Neque verò hoc dignitati, ac præstantiæ  
Astronomiæ nobilissimæ scientiæ quicquam detrahit, immo eam po-  
tius mirificè commendat, quod tam accurate tantum motuum variet-  
tatem nobis ob oculos proposuerit, vt quam proxime veritatem ipsam  
atingamus. Et quid mirum, Astronomos non posse perfecte motus  
cælorum tanto intervallo a nobis distitorum intelligentia consequi,  
cum nec vnus interstantiæ, quamuis minimæ, in hisce inferioribus  
absolutam cognitionem Philosophi hætenus adipisci potuerint?

Tabulæ Astro-  
nomicarum in-  
fante unde pro-  
ueniunt.

ET certe videtur mihi DEVS Opt. Max. cælorum, atque stel-  
larum architectus sapientissimus, de industria Planetarum, stellarum-  
que



que motus tantis voluisse difficultatibus inuoluere, quas nemo mortalium suo ingenio expedire, & explicare possit: (quis enim ab orbe condito ad nostra vsque tempora tam excellens in Astronomia reperi- tus est, qui periodos cælestium motuum ita definerit, vt post aliquot annorum secula a vero nihil discederent, propter minutias quasdam in cuiuslibet planeta periodo abundantes, aut deficientes, quæ in ma- gno temporis intervallo non leuem errorem inducunt?) vt nimirum semper inueniamus, quod in tam admirabili nobilissimorum corpo- rum artificio, & in tam constanti eorum motuum harmonia, & con- cordia admiremur, perpetuisque laudibus eorum conditorem, atque sub- torem celebremus: vt potissimum propter cælorum immensam mole- m, eorumque ordinem, ac motus, in quibus semper superesse vide- tur, quod summa diligentia a solertissimis rerum cælestium perscruta- toribus inquiratur, scriptum esse possit existimari ab Ecclesiaste Cap. ij. *Et mundum tradidit disputationi eorum.* Ne videlicet aliquando, si perfecte cælorum numerum, ordinem, & motum intellexissent homi- nes, definerent opera DEI inquirere, & admirari, atque adeo inge- nia, sublata exercendi causâ, celsatione quodammodo torperent.

QVARTO Ecclesia veros motus negligit, assumitque medios, seu potius Cyclos; quoniam etiam si tabula Astronomica extarent ab- solutissima, & ab omni errore purgatissima, ita vt omni vitio carerent, frustra tamen, & sine vlla necessitate in diebus festis mobilibus celebra- dis exquisita illa, & curiosa supputatio Horarum, ac Minutiarum se- cundum veros motus adhiberetur. Nam quamquam accuratissime & Æquinoctium vernum, & plenilunium Paschalia ex motibus veris suppu- tarentur, regionum tamen, ac Meridianorum varietas efficeret, vt labor ille inutilis, ac vanus redderetur. Quando namque Romæ v. g. Æquinoctium vernum cadit in meridiem diei 21. Martij, incidit idem quibusdam Orientalioribus populis in eundem diem 21. sub occasum Solis, alijs in mediani noctem sequentem eius diei, atque ideo sequen- ti diei 22. tribuendum erit, &c. Similiter si tunc plenilunium verum contingat Romæ die 22. Martij circa Meridiem, accidet idem apud priores populos Orientaliores sub Solis occasum, apud posteriores ve- rò circa medianam noctem, &c. Quare si eo anno dies 22. Martij fuerit Dominicus, celebrabitur quidem Romæ Pascha, secundum Patrum, & Conciliorum sanctiones: apud Orientaliores vero populos, præser- tim remotiores, si verum motum spectare debent, celebrari non poterit; propterea quod illis Æquinoctium fit die 22. & plenilunij tempus nondum aduenit. Constat autem ex Patrum decretis, neque in ipso die Æquinoctij Pascha legitime celebrari posse, sed necessarium esse, vt Æquinoctij dies antecesserit, neque ante plenilunium, ne in Luna XIIII. aut ante XIIII. celebretur. Et quoniam in Concilio Nicæno sancitum est, vt omnes eo mense, ac die Pascha celebrent, quò id Ec- clesia Romana obseruat, idemque postea confirmatum est in Concilio Arelatensi, & Carthaginensi quarto, clarissimeque a S. Ambrosio plu- ribus

4. min.  
Quia etiam Astro-  
nomica tabula  
extaret absol-  
tissima, frustra  
tamen, nec motus  
adhiberetur ab  
Ecclesia, ob Meri-  
dianorum varia-  
tatem.

ribus verbis in epistola ad Episcopos per Æmiliam constitutos asseritur. Liquidò colligitur, Ecclesiam in Paschæ celebratione rationem veri motus Luminarium habere non posse.

q. ratio.  
Quia antiquissima  
Ecclesia eos  
seruando est  
obseruatoe medio  
rum motum, eos  
certum uerorum  
que sine can. & or  
gani motum ad  
disting.

QVINTO, propter antiquissimam consuetudinem, qua mediij motus, seu potius Cycli in Ecclesia, ueris motibus neglectis, in vsu semper fuerunt, & quæ sine vrgenti aliqua necessitate mutari non debet. Nam Ecclesiam Æquinoctium uernum secundum uerum motum non obseruasse, euidenter ex decreto sanctorum Patrum in Nicæno Concilio edito demonstratur, quo per vniuersum terrarum orbem statuerunt, die 21. Martij Æquinoctium esse obseruandum. Perspicuum autem est, Æquinoctium neque secundum uerum motum, neque secundum medium ad unicum diem posse astringi atque alligari. Si enim anno, qui bissextilem proxime antecedit, id contingat die 21. necesse est idem anno sequenti bissextili, propter diem intercalarem Februario additum, incidere in diem 20. Item si in anno bissextili fiat Æquinoctium circa Meridiem alicuius diei, accidet idem necessario anno, qui bissextilem proxime consequitur, sub occasum Solis eiusdem diei, & altero post bissextilem anno, circa mediam noctem, tertio denique anno post bissextilem, sub ortum Solis alterius diei; propter sex illas horas, quæ in singulis annis communibus omittuntur: quandoquidem in illis dies duntaxat 365. integri numerantur; cum tamen sex propemodum horæ in quolibet anno supersint. Ex quibus perspicue concluditur, decretum illud neque ad uerum, neque ad medium motum posse referri, sed solum ad diem 21. Martij, quo serè eo tempore Æquinoctium fieri solebat, etsi secundum calculum Astronomicum interdum ante eum diem, vel post contingere deprehenderetur; ne scilicet apud quosdam Æquinoctium obseruaretur die 21. apud alios uerò alio die, si Astronomicas tabulas consulere uellent, ac proinde diuersis temporibus Pascha celebraretur: quod foret absurdum.

Non multum re  
fertur, quod ad Pa  
schæ festum spe  
ctat, si æquino  
ctium non semper  
in ipsum diem 21.  
Martij incidat,  
sed cum interdum  
aliquantum ante  
eodem, uel subse  
quente.

NEQUE uerò magni interest, (quod ad solennitatem Paschalem attinet) siue Æquinoctium in ipsum diem 21. Martij incidat, siue eum antecedit, siue subsequatur, dummodo ab eo non longe absit. Non enim Ecclesia tam accuratis, subtilibusque Astronomorum præceptis vnquam astricta fuit; cum neque Hebræis ipsis, quibus omnia ceremonialia erant, præceptum fuerit, ut uerum, aut medium Æquinoctium in Paschæ solennitate obseruarent, sed tantum tempus, quo dies, iudicio sensus, noctibus æquales fiunt: quod quidem triduum, aut quadratum sine magna differentia completi solet.

Dei p. Moysen  
cepisse obituu  
ni primi mensis,  
& 10. diei, & 14.  
mensis modo, &  
ni cap. 1. mensis  
populi Israelitici  
eodem modo.

COLLIGITVR hoc satis apertè ex Sacra scriptura. Præcepit enim DEVS per Moysen Paschæ celebritatem Exo. xii. his uerbis. *Mensis iste uobis principium mensium, primus erit in mensibus anni, &c.* Et aliquanto post. *Et seruabitur eum (agnum scilicet) usque ad quartam decimam diem mensis huius, &c.* Vbi semper inculcantur uoces hæc, *iste & huius*, quibus significari uideretur, DEVM noluisse immutare con  
suetam.

stetam anni, ac mensium Hebræorum formam, & numerationem; sed mutationem tantum septimi mensis in primum; ac si diceretur: Mensis iste, qui hæcenus in Ægypto a vobis secundum vulgarem anni usum, non autem secundum Astronomicum calculum, septimus est habitus, & nominatus, deinceps erit vobis primus totius anni, in eoque Pascha celebrabitur. Neque dici potest, Moyse instructo a DEO ignotam tunc fuisse veram vtriusque anni tam Solaris, quam Lunarum magnitudinem, quia hoc ridiculum esset; sed dicendum potius est, Moysen locutum esse ad sensum vulgi Astronomiæ ignari, quandoquidem ad vniuersum cætum filiorum Israel verba faciebat, appellasseque primum mensem more non Astronomico, quando videlicet Sol primum punctum Arietis ingreditur, sed ritu, modoque admodum vulgari, & plane rustico, hoc est, Abib, Hebraice, & ἀβίβ, Græcè, quod Latine sonat mensem nouorum, siue nouarum frugum; quoniam verò tempore nouæ fruges in Ægypto colliguntur.

IAM verò neque in Nouilunijs, Plenilunijsque inuestigandis Ecclesiam multum laborare de vero, aut medio motu, ex eo constare potest, quod in ijs perquirendis inde vsque a principio vsa semper est Cyclis Lunaribus, siue decennouennalibus, qui nullo modo possunt veris, aut medijs motibus omni ex parte congruere; cum secundum Cyclos, Lunationes complectantur dies integros, quæ tamen & secundum verum, & secundum medium motum præter dies integros, horas aliquot, horarumque fragmenta continent. Adde quod in annis bissextilibus Lunationes vno die veniunt tardiores in Cyclo post diem intercalarem, cuius ratio haberi non potest, nisi pluribus iam annis elapsis, vt lib. 2. patebit, cum rationem Cycli decennouennalis aurei numeri exponemus. Ac quidem, quod ad Cyclum Lunarem attinet, imitatur Ecclesia ea in re non solum Hebræos, Alexandrinos, & Romanos, verum etiam Chaldæos, Arabes, Athenienses, & omnium serè ætatum populos, qui omnes ad Nouilunia perquirenda Cyclis Lunaribus multo tempore ante CHRISTI aduentum, ac post vsi sunt: quos omnes Paulus Middelburgensis lib. 2. Paulinæ explicat.

SEXTO denique confirmatur idem auctoritate multorum Astronomorum, omniumque, qui de rebus ad Romanum Calendarium pertinentibus ex Ecclesie consuetudine scripserunt: inter quos præcipue est Campanus in principio sui Computi maioris, vbi asserit, *Computum esse scientiam numerationis, & diuisionis temporum* (eius vtor verbis) *secundum vulgares obseruantias.* Et Cap. xv. docet, *Computistas, veris Lunationibus, propter earum difficilem varietatem, Astronomis relictis, de medijs solum, propter earum uniformitatem, negotiatos esse.*

IOANNES quoque Stofflerinus in suo Calendario Romano propof. 34. litera, Z, maiuscula, docet, vniuersalem Ecclesiam a Concilio Nicæno in hodiernum vsque diem Cyclum aurei numeri ab Ale-

E xandri-

Ecclesia non esse  
valde sollicita de  
veris aut medio  
Nouilunijs, plenilunijs, cõ in  
ijs inuestigandis  
vsa semper & cy-  
clis.

Ecclesiam in cy-  
clo Lunari obser-  
uato imitari non  
est antiquioribus.

6. ratio.  
Quis non scitid  
esse, testatur va-  
rii scriptores, &  
Computistis.

xandrinis acceptum, qui eo prius vsi sunt, pro Paschæ celebratione usurpasse. Et paulo infra affirmat, aureos numeros in Calendario inscriptos indicare dies mediocrium coniunctionum Luminarium, &c. Et aliquanto post scribit, Orthodoxam Ecclesiam, præsertim Latinam, ante Nicænâ Synodum, ad Pascha per Lunam xiiii. inquirendum, vsam esse Cyclo Lunari consueto, & a Iulio Cæsare instituto. Idem pluribus alijs locis repetit.

PAVLVS item a Middelburgo Episcopus Forosempronienſis in sua Paulina lib. 10. circa medium, paulo ante tabulam Aequinoctiorum, post longam disputationem de anni magnitudine varia, & inæquali scribit his verbis. *Hæc tamen diuersa quantitas anni Solaris non impedit operationem nostram pro norma Paschalis solennitatis conscribenda, quia Ecclesia Romana in Paschali supputatione non obseruat motus diuersos, vel extremos, propter ipsorum varietatem, sed mediocritate & uniformes. Media autem anni quantitas inter maximam & minimam est dierum 365. Hor. 5. Min. 49. Sec. 16. Et mox subiungit. Quamobrem omisso hoc scrupulo æquationis anni Solaris Astrologis necessario, describemus hic æquinoctia vernalia pro primo mense, & Paschali norma, competentia iuxta supputationem ex tabulis Alphonſinis deductam, &c.*

EX his omnibus credo satis esse confirmatum, neque diem verni Aequinoctij, neque Lunas xiiii. Paschales examinari debere per Ephemerides, & Astronomicas ueri, aut mediij motus, ut frustra nonnulli contendunt, sed satis esse, si per regulas populares, perceptus faciles, & adhuc in Ecclesia vsitatas, cuiusinodi sunt Cycli, inquirentur. Non negarim tamen medios motus ex Astronomicis tabulis depromptos, non autem ueros, (quod hi inæquales sint, illi autem æquales,) maximo esse vsui ad diuindicandum, quinam Cyclo ex omnibus in Calendario dispositus rectissime Lunas xiiii. Paschales exhibeat.

Medius motus  
est ad  
inducendum, qui  
est æquus & plu-  
ribus rectus in  
his xiiii. exhi-  
bit in Calenda-  
rio.

QVAE INTERCALANDI RATIO ADHIBITA sit, ut Aequinoctium prope diem 21. Martij, ad quem est reuocatum, retineatur.

CAP. V.



Cum ne Aequinoctium vernum progressu temporis diem 21. Martij, ad quem reuocatum est, iterum deserat, & versus principium mensis progrediatur, ut ante Calendarij correctionem, instituta est hæc intercalandi ratio, ut seruata quidem consueta ratione intercalandi unum diem quarto quoque anno, non omnes anni centesimi in posterum bissextiles sint, (licet secundum consuetam rationem antiquorum bissextilem omnes bissextiles esse deberent) sed primi tres

Que intercalatio  
ante correctionem  
in æquinoctio  
prope 21. diem  
Martij obseruata  
est.

cea-

centesimi post annum 1600. fiant communes, dierum videlicet tantum 365. quales sunt anni 1700. 1800. 1900. quartus autem insequens centesimus, idest, 2000. bissextilis fit, dierum nimirum 366. Item tres centesimi proximi, 2100. 2200. 2300. eodem modo communes fiant, & quartus centesimus proximus 2400. bissextilis fit. Atque ita deinceps, eodem semper ordine seruato. Huius intercalationis ratio, quoniam acriter a Mæstlino oppugnatur, paulo plenius explicanda est hoc loco, ut omnes intelligant, nullam aliam intercalandi rationem potuisse iniri commodiorem, atque eam vafre ac malitiosè a Mæstlino impugnari. Quod ut planius fiat, dicenda prius pauca erunt de uaria anni magnitudine diuersis temporibus ab Astronomis deprehensa. Atque ut hinc exordium sumatur, annus Solaris duplex est, Astronomicus, & Ciuilis.

ASTRONOMICVS annus est spatium temporis, quo Sol proprio motu totum. Zodiacum percurrit ab Occasu in Ortum, initio sumpto ab aliquo puncto certo, ut a principio Arietis, donec ad idem reuertatur. Quod quidem temporis spatium præter dies 365, integros complectitur 5. Horas, & insuper aliquot Horæ minuta, ut ex Astronomorum obseruationibus satis apparet.

ANNVS CIVILIS ex diebus tantum integris constat, modo ex 365. & appellatur Communis, modo ex 366. & Bissextilis, siue Intercalaris dicitur. Neque aliter annus Ciuilis supputari potest, quam per integros dies, neglectis Horis, Horarumque fragmentis, cum ad usum populi, ac vulgi, quod non percipit anni numerationem per dies cum Horis, & Horarum minutijs, instituendus sit: & talis supputatio anni neque in Calendario possit disponi, neque idonea sit, aut accommodata ad mercimonia, aut commercia, aliaque ciuilia negotia peragenda, uel ad dies festos colendos, sacrasque Ecclesiæ ceremonias rite obeundas; propterea quod annus ita dinumeratus modo a Meridie, modo ab Occasu Solis, modo a media nocte, modo a Solis Ortus, & modo denique ab aliquo alio momento diei initium sumit; in Calendario autem neque Horæ, neque minutix Horarum, sed dies duntaxat integri collocantur. Exempli gratia, annus 1588. si Horarum, & Minutorum ratio habeatur, incipit secundum Ephemerides Ioannis Antonij Magini, die 20. Martij, Hor. 9. Min. 49. ferè post Meridiem. Annus deinde proximus, 1589. Die 20. Martij. Hor. 15. Min. 36. ferè post Meridiem. Annus uerò 1590. Die 20. Martij. Hor. 21. & ferè Min. 3. post Meridiem. Annus autem 1591. Die 21. Martij. Hor. 3. Min. 28. ferè post Meridiem. Annus denique 1592. initium iterum sumit a Die 20. Martij. Hor. 9. Min. 23. aut circiter post Meridiem. Vbi vides, nunquam annum eodem momento temporis incipere: quæ res nullo modo potest ad usum populi esse idonea, nisi omnes uelimus Astronomia esse instructos: quod & ridiculum est, nec fieri ullo modo potest.

ET SI autem hæc descriptio in Dies, Horas, fragmentaque Hora-

Annus Astronomicus quid.

Annus Astronomicus consistit ex diebus, & horis, horarumque fragmentis.

Annus ciuilis quid.

Annus ciuilis necessarius consistit ex diebus integris.

Annus Astronomicus non sumitur per ab eodem momento eundem diem incipere.

Necessariam esse  
capitulum anni  
Astronomici.

rum non possit, ut diximus, ad usum vulgi transferri, necessaria tamen est eius cognitio, ut annus Ciuili ex diebus integris constans possit interdum æuari, modo per additionem, modo per deductionem vnus diei, qui ex omiſſis horis, earumque fragmentis conflatur, ut cum anno Astronomico, quantum fieri potest, congruat, & Sol iisdem fere temporibus anni Æquinoctia, ac Solstitia conficiat.

Quæ quatuor sunt  
quæ anni sunt  
partes.

HANC enim ob causam Ecclesia quarto quoque anno, ex instituto Iulij Cæsaris, vnum diem intercalarem ad annum adiungit, ut fiat dierum 366. cum alij tres antecedentes anni diestantummodo 365. complectantur. Nam cum Ecclesia maxime receptam Iulij Cæsaris rationem secuta constituat annum Astronomicum Dierum 365. & Horarum 6. In anno autem Ciuili comprehendantur dies duntaxat 365. fit, ut primo anno Ciuili ad annum Astronomicum explendum, desint horæ 6. in secundo, 12. in tertio, 18. & in quarto 24. quæ vnum diem naturalem constituunt. Quare necesse est, annum quartum, ne horæ illæ 24. negligantur, constituere dierum 366. alioquin Æquinoctia, ac Solstitia tunc vno die ferius contingerent, quam in Calendario norantur, & post alios quatuor annos duobus diebus tardius, & sic deinceps: ita ut in 120. annis uno mense integro, id est, totis diebus 30. versus finem anni prolaberentur, &c. atque ad priores sedes non reuertentur, nisi post 1460. annos. In quo spatio temporis verum Æquinoctium per singulos menses, atque adeo dies, in orbem irer. Quæ res quantum temporum confusionem allatura esset, quis non videt?

Æquinoctium, si  
omnes anni sunt  
communes, in  
1460. annis per-  
agitur una dies  
epitax anni.

Intercalatio  
vnius diei quarto  
quoque anno cur  
massor sit quam  
opereat.

SED quoniam Solaris annus ab Astronomis aliquanto minor obseruatus est, quam Dierum 365. Hor. 6. efficitur, ut plus quam oporteat, quarto quouis anno intercaletur, cum horæ, & fragmenta, quibus Astronomicus annus Ciuilem superat, in quatuor annis ad unum diem integrum non excreſcant. Quare nisi fragmentorum illorum, quæ in quoque quadriennio ad diem integrum conficiendum desunt, ratio habeatur, ita ut, quando ad integrum diem excreuerint, vnus dies ex anno eximatur, hoc est, ab intercalatione semel cessetur, progredientur paulatim Æquinoctia, & Solstitia versus principia mensium, quemadmodum ante correctionem Calendarij contigit. Quod ne in posterum eueniat, hoc remedium excogitatum est, ut annus aliquis, qui deberet esse bissextilis, fiat communis dierum tantum 365. non autem intercalaris dierum 366. ut supra diceret. Ut autem statuere possimus, quot annorum spatio fragmenta horarum, quæ ad sex horas complendas in quolibet anno Astronomico desunt, unum diem integrum conficiant, atque adeo dies vnus intercalaris omitti debeat, ætente; diligenterque consideranda sunt, quæ de anni magnitudine per celebriorum Astronomorum obseruationes memorie prodita sunt.

Nata eragatio  
de Ptolemaeo.

RELICTIS igitur vetustioribus Astronomis, PTOLEMÆVS anno circiter 130. post CHRISTVM natum, suis obseruationi-

bus.



bus deprehendit anni magnitudinem Dierum 365. Hor. 6. minus parte trecentesima vnus dies, id est, vltra dies integros, Hor. 5. Min. 55. Sec. 12.

ALBATEGNIUS circa annum Domini 880. nimirum annis circiter 750. post Ptolemæum, inuenit annum continere Dies 365. Hor. 5. Min. 46. Sec. 24.

ALPHONSINÆ tabulæ; quæ circa annum Domini 1250. conditæ sunt; statuunt annum constare ex Diebus 365. Hor. 5. Min. 49. Sec. 16.

HÆ sunt celebriores de magnitudine anni Solaris sententiæ. Ex quibus constat, annum Solarem esse modo maiorem, modo minorem; quādoquidem a peritissimis Astronomis diuersus ac varius variis temporibus est obseruatus. Ac veteres quidem Astronomi coniecturæ admodum probabili ducebantur ad suspicandum, annum Solarem non posse semper esse eiusdem magnitudinis, tum propter apparentem motum Solis inæquabilem & irregularem, tum verò ob irregularem motum octauæ spheræ; Sed quoniam hæc res plene cognosci non potest, nisi multis seculis elapsis, nihil certi nobis de annorum Solarium inæqualitate reliquerunt.

VNVS post hominum memoriam NICOLAUS COPERNICVS egregius nostræ ætatis Mathematicus, conferendo diligentissime suas obseruationes cum obseruationibus Hipparchi, Ptolemæi, Albategnij, & Alphonsi, ausus est solertia sane incredibili, adhibitis nouis hypothesebus, incrementum hoc, & decrementum anni Solaris demonstrare, & anni inæqualitatem ad certam definitamque normam diligere; inuenitque per calculum ex suis hypothesebus depromptum, annum Solarem, cum ad maximam magnitudinem excreuerit, paulo esse maiorem eo, quem Ptolemæus comperit, Dierum nimirum 365. Hor. 5. Min. 55. Sec. 37. Ter. 40. cum verò maxime decreuerit, paulo minorem esse eo, quem Albategnius reperit, hoc est, Dierum 365. Hor. 5. Min. 42. Sec. 55. Ter. 7. ita ut magnitudo anni Alphonsini media propemodum sit inter maximam, ac minimam anni magnitudinem. De qua annorum inæqualitate plura tapite insequenti scribemus.

QVÆ cum ita sint, difficile sane fuit Gregorio XIII. Pontifici prudentissimo statuere, quam intercalandi viam præscriberet, vt verum Æquinoctium in 21. die Martij retineretur. Nam anni Ptolemæici magnitudo exigebat, vt trecentesimo ferè quoque anno vnus dies intercalaris omitteretur; propterea quod annus ille trecentesima parte vnus diei minor sit, quàm annus Iulianus, vel Ecclesiasticus Dierum 365. Hor. 6. atque idcirco trecentorum annorum spatio Æquinoctium vno die a sede sibi in Calendario constituta ad initium mensis promoueatur. Ac secundam Albategnij annum vnus ferme dies intercalaris omittendus esset centesimo quoque anno, quod in tanto ambitum spatio Æquinoctium secundum magnitudinem illius anni vno die

Anni magnitudo ex Albategno.

Anni magnitudo secundum Alph. faos.

Anni solaris non esse eiusdem semper magnitudinis.

Copernici de anni inæqualitate obseruationes.

Difficilis intercalandi ad æquinoctium in die 21. Martij retinendum.

Id quod vno die intercalaris semel omitti non esset; 300. annis Ptolemæi adhiberetur.

In quibus anni secundum Albategnij annum centesimam partem diei intercalari esset.

gione.

In que nonis Al  
phonsius annos  
requirit exte  
nem vni diei  
intercalari.

die sedem suam ferè anticipet in Calendario. Denique si haberetur ratio anni Alphonsini, cessandum semel esset ab intercalatione vnus diei spatio 134 ferè annorum. Atque hæc varietas intercalandi in dies cresceret, prout anni magnitudo varia inter maximum, ac minimum annum existeret. Quo igitur se uerteret Pontifex, aut quam viam sibi proponeret sequendam?

Das uia interca  
lanti ad æquino  
ctium in die cor  
stanti retinend.

PROPOSITÆ sunt ei a præstantibus Astronomis, qui huic negotio præerant, duæ potissimum viæ. Altera quidem, ut pro inæqualitate anni Solaris, modo maiori interuallo annorum, modo minori dies intercalaris vnus eximeretur, prout annus maior, aut minor ex Copernici calculo existeret: Altera verò, ut posthabita anni inæqualitate, ratio intercalandi ad annum Alphonsinum, qui inter maximum, & minimum medius quodammodo est, accommodaretur. Vtraque via in compendio nouæ rationis restituendi Calendarium ad Principes Christianos, Respublicas, atque Vniuersitates celeberrimos missa est, vt re diligenter, ac diu, multumque considerata deliberarent, vtra potissimum aptior, conuenientiorque uideretur, ut eam summus Pontifex, uelut totius orbis Christiani consensum, sua auctoritate comprobaret, Verùm cum omnes, uno aut altero ad summum excepto, rem totam arbitrio Pontificis permisissent, posterior tandem ratio, consilio Astronomorum, delecta est, has potissimum ob causas.

Quæ ratio interca  
lanti delicta sit,  
& quæ ob cau  
sas.

PRIMUM, quoniam Ecclesia in Paschæ celebratione regulare quid, & accuratissime, quod statum sit, & a uero non longe absit, potius quam accuratam Astronomorum supputationem sequi debet; cum annorum, mensium, aliorumque temporum dimensiones ad captum uulgi accommodatæ esse debeant, Quare prior uia intercalandi nulla ratione adhibenda uideretur, propterea quod incerta est, irregularis, atque inæqualis, quippe in qua uno tempore pluribus annis omitti deberet dies intercalaris, alio uerò paucioribus: quod quid aliud esset, nisi conijcere populum Christianum uniuersum in laqueos inexplicabiles, cum perpetuo dubius atque incertus futurus esset, quando intercalaris dies foret omittendus? Neque enim dici potest, Ecclesiam populo debere proponere tabulam intercalationis, in qua anni descripti sint, quibus intercalatione utendum non sit: quia inter Astronomos excitaretur incendium discordiarum, seditionumque intolerabilem, cum quilibet suum calculum obruderet in hoc negotio sequendum; quandoquidem, ut proximo Cap. diximus, hic illas tabulas, ille uerò has contendat esse assumendas. Quam enim obsecro aliam ob causam post Concilium Nicænum ad tempora usque Iustiniani Imperatoris tot dissidia atque contentiones in Pascha celebrando inter Græcos, & Latinos extiterunt, nisi quod in eo Concilio patres illi sanctissimi nõ proposuerint certum aliquem Cyclum, quæ tota Ecclesia obseruaret, sed curam eam Eusebio Episcopo Cæsariensi, atque Alexandrinis demandarunt? Hinc enim factum est, ut Latini secundum unum.

1. can. 3.  
Cur in concilio  
no Cæsariensi  
medietas magis  
de assumpto sit.

Anni inæquali  
tatem non esse  
ad intercalandi ra  
tionem indicen  
dam.

Contentiones in  
Pasche celebrata  
ut à Concilio Ni  
cæno usque ad In  
ustinianum Imper  
atorem, unde co  
ntra sit.





furdum, neque nouum in Ecclesia DEI. Nam *Æquinoctium* vno die non potest contineri, sed duos sibi deposcit dies: propterea quod si in anno bissextili aliquo contingat v. g. die 20. Martij circa meridiem, idem sequenti anno accidet sex horis tardius, nimirum die 20. sub occasum Solis, propter sex illas horas, quæ in anno quolibet post bissextum omittuntur; deinde proximo anno die 20. circa mediam noctem, & alio anno insequenti die 21. sub ortum Solis; ac tandem sequenti anno, qui iterum bissextilis est, ad priorem diem 20. circa meridiem regreditur, propter diem intercalarem anno adiectum. Cum igitur *Æquinoctium* duos dies requirat, Ecclesia autem vnicum diem *Æquinoctio* semper assignauerit, videlicet 21. Martij, vt omnes CHRISTI fideles eodem vbique die Pascha celebrent, proxima scilicet Dominica post Lunam XI IIII. quæ cadit vel in diem *Æquinoctij*, hoc est, in 21. Martij, vel eum proximè sequitur, non autem antecedit, vt supra docuimus; non potuit vlllo tempore, neque ipsius Concilij Nicæni temporibus, quando Canon Paschalis primum confirmatus est, atque a generali Concilio editus, cuitari, quin interdum Pascha celebraretur ultimo mense, vel secundo. Quod ita planum efficiam.

FAC *Æquinoctium* circa tempora Concilij Nicæni, quod a Patribus in die 21. Martij constitutum est, contigisse verè die 21. & 22. Martij, quemadmodum id tabulæ Copernici, siue Prutenicæ nobis demonstrant, in quibus reperimus, *Æquinoctium* anno Domini 324. bissextili contigisse die 21. Martij circa meridiem, ac proinde anno tertio post bissextum die 22. sub ortum serè Solis. Hoc posito, quotiescunque tunc anno tertio post bissextum Luna XI IIII incidit in diè 21. Martij (quod quidem, currente aureo numero XVI. ante correctionem Calendarij, semper accidebat) celebratum est Pascha vltimo mense, cum Luna illa XI IIII. *Æquinoctium* præcesserit, atque in ipsum *Æquinoctium* Pascha incidit, si fortè tunc dies 22. fuit Dominica. Ponamus deinde, *Æquinoctium* circa idem tempus Nicæni Concilij occupasse diem 20. & diem 21. Martij, quod Alphonsinis tabulis magis congruit, cum ea *Æquinoctium* anno 324. bissextili in die 20. Martij horis fermè 22. ante meridiem reponant. Hoc, inquam, si recipimus, quotiescunque eo tempore Luna XI IIII. in anno bissextili in diem 20. Martij incidit, reiectum est Pascha in mensem secundum, cum illa Luna XI IIII. verè Paschalis fuerit, propterea quod vel in *Æquinoctium* incidit, vel ipsum secuta est, & tamen eam Ecclesia respuerit, tanquam vltimi mensis; non aliam vtique ob. causam, quàm quod diem 21. *Æquinoctio* assignatum antecesserit. Ideam nunc post correctionem contingat quoque necesse est, quotiescunque Epactæ XXI IIII. XXI III. sunt in vsu. Nam cadente *Æquinoctio* in diem 20. Martij, & currente Epacta XXI IIII. esset Luna XI IIII. huius Epactæ cadens in diem 20. Martij, Paschalis, ex Decretis Patrum, & Concilij Nicæni, quæ tamen rejicitur, & alia secundi mensis recipitur. Incidente autem *Æquinoctio* in diem 22. & currente Epacta XXI III. su-

*Solutio dubitatio-  
na. Nouum non  
est, ne interdum  
Pascha celebratur  
vel in secundo mē-  
se, vel in vltimo,  
propter annos cũ  
mensis, & iustis  
causis.*

*Pascha necessario  
celebrari esse ro-  
tandum & in sec-  
do mense & in vlti-  
mo, etiam ipsa  
Concilij Nicæni  
temporibus.*

mitur Luna XIIII. huius Epactæ in diem 21. cadens, pro Paschali, cum tamen, ex Decretis Patrum, ad vltimum mensem pertineat, propterea quod ante Æquinoctium existit.

EX his liquido apparet, nouum non esse in Ecclesia, vt Pascha uel in vltimo mense, uel in secundo celebretur, propter Æquinoctium vni diei affixum, quod duos dies postulat. Neque verò in hoc Ecclesia a Decretis Patrum, & Concilij Nicæni discedere putanda est: quia Decreta illa non ita seuerè accipienda sunt, vt velint Ecclesiam ex tabulis Astronomicis Æquinoctium debere explorare; sed ita solum sunt intelligenda, vt Ecclesiam præcipiant in Paschæ celebratione obseruare debere diem Æquinoctio ascriptum, licet nonnunquam Æquinoctium antecedit illum diem, vel subsequatur, dummodo non longe ab eo recedat.

QVOCIRCA recte dici potest, Æquinoctium duobus posse modis accipi: vno prout vere in rerum natura existit, & ab Astronomicis consideratur, alio prout in Calendario affigitur ad certum aliquem diem, & ab Ecclesia ad Pascha rite celebrandum adhibetur. Et quamuis Ecclesiasticum hoc Æquinoctium debeat ad Astronomicum illud, ac verum, quantum fieri potest, referri, iustas tamen ob causas potest vnum ab altero non nihil discrepare. Iustissima autem causa, quare Ecclesiasticum Æquinoctium a naturali, ac vero interdum differat, est concordia fidelium, atque consensus, propter quem Ecclesia Æquinoctium vnico diei ascripsit, ut nimirum in orbe Christiano vniuerso eodem die concordis animis sacrosanctum Paschæ diem omnes agerent: quæ sanæ concordia vix, aut ægre retineri posset, si Æquinoctium, habita ratione veri motus, ad duos, aut etiam plures dies alligaretur, ut ex dictis constat. Iraque tametsi Ecclesia in Paschæ celebritate libere, ac sponte. Nullis etenim legibus ad hoc faciendum astringitur, vt supra Cap. j. diximus) Æquinoctium, & cursum Lunæ sibi obseruandum proponat, ob maiorem nimirum mysteriorum, quæ in sanctissima passione, ac resurrectione Dominica continentur, explicationem; magis tamen cordi ei est pax fidelium atque concordia: adeo ut si casti aliquo detrimentum accipiendum sit uel in Æquinoctio motuque Lunæ, uel in concordia fidelium, præoptet magis Pascha eodem die ab omnibus celebrari, etsi non perfecte Æquinoctium, cursusque Lunæ teneatur, quam vltimum consensionem fidelium in eo celebrando dirimi, aut perturbari. Quis enim meritò Ecclesiam reprehendat, uel erroris insimulet, si nonnihil à perfecta Æquinoctij, atque Lunæ XIIII. obseruatione deflectat, ut tranquillitas, & pax inter fideles in Pascha, omnium festorum celeberrimo, agendo conseruetur? Æquinoctium enim, & Lunam XIIII. libere, & solum propter congruentiam quandam, ac similitudinem cum Pascha Hebræorum in hoc negotio considerat, vt Cap. j. docuimus; pacem uerò credendum, atque concordiam, ex præcepto diuino tueri, atque conseruari debet.

*Recessit Decretis Patrum, & Concilij Nicæni non regnare, etsi interdum Pascha celebrat uel in ultimo mense, uel in secundo, sed hoc ualio modo ut in pascha.*

*Æquinoctium duplex est, Astronomicum, seu uerum, & Ecclesiasticum, seu Paschicum.*

*Quare quid Æquinoctium Ecclesiasticum cum Astronomico interdum a uero id obseruandum non sit.*

*Ecclesiam esse liberam in obseruando Æquinoctium, & Lunæ cursu ad Pascha celebrandum; obseruare tamen illis propter mysterium.*

*Ecclesie magis uerè esse pacem fidelium in Paschæ celebratione, quæ ueritatem Æquinoctij, & cursus Lunæ obseruatio.*



**DENIQUE** medium annum potissimum in hac re secuta est Ecclesia, quoniam etsi propter diei intercalaris intermissionem pro magnitudine anni media instituta post aliquot seculorum decursum accideret, Æquinoctium non persistere in die 21. Martij, sed uel uersus finem mensis prolapsum esse, vel progressum uersus initium, per nouas obseruationes deprehenderetur, quod ob Astronomicarum tabularum inconstantiam, mutabilitatemque contingere posse non negamus; (quemadmodum enim tabulæ Ptolemæi, & Alphonsi Regis deprehensæ iam sunt a ueris motibus non nihil deflexisse, quamquam suis temporibus, quando conditæ sunt, eos rectissime exhiberent, ita nobis tabularum Prutenicarum ex Copernici doctrina erutarum perpetuitatem, aut diuturnitatem polliceri non possumus.) Etsi, inquam, Æquinoctium è sua sede discessisse reperiretur, nullo tamen negotio ad diem 21. poterit reuocari, si ex Decreto Pontificis Romani unus, aut alter dies, uel etiam plures, si opus sit, extra ordinem in aliquo anno intercalentur, si forte uersus finem mensis prolapsum deprehenderetur: aut ex anno aliquo eximantur, si uersus initium mensis processisset, pro multitudine scilicet dierum, quibus Æquinoctium a die 21. recessisse animaduerneretur. Hac enim ratione ad 21. diem restituetur: nec quicquam in Epactis Calendarij propterea immutandum erit, sed solum æquationes tabulæ expansæ Epactarum paulo aliter erunt disponendæ. Quod qua ratione fieri debeat, libro 2. Cap. iij. trademus.

**ATQVE** in hoc excellentia, ac perpetuitas Calendarij Gregoriani consistit, quòd ad quamcumque intercalandi formam, hoc est, ad quamuis anni magnitudinem accomodari possit, nulla Cycli Epactarum facta in Calendario mutatione: quæ res in nullum alium Cyclum Lunarem quadrare potest; cum mutata intercalationis ratione, Cycli quoq; in Calendario dispositio mutanda sit necessariò, ut Cap. iij. secundi libri, cum de Epactarum tabula expansa agemus, copiose explicabimus: quod quidem Maxellinus homo acutus non uidit; alioquin tam audax in hoc Calendario reprehendendo non fuisset.

**NON** enim Calendarium Gregorianum ideo appellatur perpetuum, & nulli unquam mutationi obnoxium, quod, ut ille falso interpretatur, talis in eo intercalandi formula sit præscripta, ut per eam Æquinoctium in 21. die Martij ita retineatur, quo minus ab eo aliquando recedat. Hoc enim fieri nulla ratione potest, si annus Ciuilis ex diebus integris constans, & intercalandi modus facilis, ac regularis, ut decet, non autem Astronomicus annus ex diebus, horis, horarumque fragmentis constitutus, & irregularis intercalationis forma populo rudi proponenda sit. Quis est enim tam stupidus, atque hebes, si modo Astronomicis tinctus sit, qui hoc sibi persuadeat, cum experientia quotidiana nos doceat, ne in quatuor quidem annorum intervallo, propter sex horas quotannis omiffas, Æquinoctium in eodem die posse consistere? Sed eam ob causam perpetuum, & nulli mutationi

*p. emf.  
Ouz ou coeredio  
ne Calendarij mo  
dia non magis  
modo alia pta se.*

*Si post aliquot  
annos æquidit  
diem 21. Mart. de  
sereret, quo pa  
cto ad eundem pos  
se reuocari.*

*Perpetuum, ac  
perpetuo Calda  
rij Gregoriani in  
quo consistit.*

*Maxellinus igno  
rante, in quo per  
petuo, ac perpe  
tuo Calendarij  
consistat.*

*Fieri non posse,  
ut æquinoctium  
in eod. die persi  
stet, ob sex horas  
quotidianis omiffas*

obnoxium dicitur Calendarium, quod etiam si a posteris alia anni magnitudo fuerit deprehensa, ac proinde alia quoque intercalationis regula secundum eam instituenda sit, (quod quidem posse accidere, ingenue fatemur, propter anni magnitudinem incertam, & inæqualem. Ob hanc enim causam in compendio restitutionis Calendarij dux intercalandi formulæ Principibus Christianis, & Mathematicis proposita sunt,) Calendarium tamen ipsum, quod ad dispositionem Epactarum spectat, intactum prorsus sit permansurum. Id quod non contingeret, si aureus numerus in Calendario relictus esset, quod plerique optabant; quippe cum, non solum si alia atque alia intercalatio pro diuersis anni magnitudinibus institueretur, sed etiam seruata eadem semper intercalandi forma, secundum annum Alphonsum, a nobis exposita, tricies oportuisset aureum numerum in Calendario immutare, atque idcirco triginta Calendaria diuersa (quod esset intolerabile) condenda fuissent, ut infra patebit.

**IT A Q V E** cum in hoc correctionis negotio anni Alphonini magnitudo defecta sit, secundum quam ad Æquinoctium in eodem die conseruandum forma intercalandi instituatur, tanquam magis vniformis, magisque ad sensum vulgi accommodata, explicemus iam, qua ratione omissio diei intercalaris centesimo quoque anno post annum 1600. quadringentesimo quoque excepto, de qua ad initium huius Capituli dictam est, ad hanc anni magnitudinem quadret. Etenim cum, vt Capite iij. ostendimus, Æquinoctium in annis 134. ferme vnum diem anticipet, ita ut, si nunc diei 21. Martij adhareat, post 134. annos ad diem 20. progressurum sit; efficitur, ut si quouis anno 134. post annum 1600. dies intercalaris omittatur, constituendo modo annum 132. modo 136. (quoniam annus 134. bissextilis non est) communem, dierum scilicet 365. non autem bissextilem, vt fieri deberet, si annus Iulianus, siue Ecclesiasticus maior, minorve non esset, quàm dierum 365. & horarum 6. efficitur, inquam, vt Æquinoctium ad diem 21. reuertatur: quemadmodum ex omissione decem dierum anno 1582. facta, quibus a 21. die versus principium mensis discesserat, ad eundem diem 21. restitutum est. Sed quoniam uarietas hæc, qua modo anno quolibet 132. modo 136. intercalatio omitti deberet, facile obliuioni tradi posset, quod anni huiusmodi nulla insigni nota sint affecti, electi sunt ad hanc rem anni porius centesimi, cum hi magis sint conspicui, & non tam facile in illis negligentia aliqua, aut obliuio possit obrepere, præsertim quod omnes centesimi anni sint Iubilæis dedicati, vt propterea Ecclesie Catholice filijs sint notissimi, atque expectatissimi. Cum enim in annis 134. vt dictum est, Æquinoctium anticipet vnum diem, anteuertet idem sedem suam in Calendario spatio 402. annorum, tribus diebus.

**Q V A R E** si quolibet spatio quadringentorū annorū tres dies intercalares intermittantur, hoc seruato ordine; vt primi tres centesimi post 1600. annum (Annus enim 1600. æquatione non indiget, cum in eo propter

Calendarij nouum ratam per moturum, et illi alia intercalandi uia institueretur, si forte a posteris alia anni magnitudo existeretur.

Si aureus numerus in Calendario esse relictus, fuisset condenda 30. Calendaria.

Qua dies omissio diei intercalaris centesimo quoque anno, quadringentesimo quoque excepto, ad annum Alphoninum quadret.

Car. anni centesimi ad anticipandum anni futuris sint electi.

propter uicinitatem anni 1582. in quo Calendarium est correctum, *Æquinoctium* nondum diem integrum anticipare potuerit) sint communes, & non bissextiles, quadringentesimus autem quisque bissextilis sit; conseruabitur *Æquinoctium* circa 21. diem Martij, perinde ac si centesimo trigesimo quarto quoque anno dies intercalaris omitteretur.

**ITA QVE** etsi in posterum quartus quisque annus de more adhuc sit bissextilis, hi tamen anni 1700. 1800. 1900. bissextiles non conseruantur, (quamuis in bissextilium numero contineantur) sed communes, (annus autem 2000. erit bissextilis. Eodemque modo anni 2100. 2200. 2300. communes fient, & annus 2400. bissextilis, atque ita deinceps eodem semper seruato ordine, donec compertum sit, *Æquinoctium* ita a 21. die Martij discessisse, ut ad eum reuerti non possit, nisi per decretum summi Pontificis extra ordinem intercalatio fiat, aut omisso vnus, plariumve dierum in aliquo anno, ut supra ostendimus. Nam quod duos illos annos, qui ultra 400. supersunt, neglexerimus, nemo mirari debet: quippe cum in multis annorum millibus vix vnus diei errorem possint efficere, etsi eorum ratio non habeatur: qui ramen error, si ad vnum diem excreuerit, facile per intercalationem extraordinariam vnus diei in aliquo anno communi corrigeatur: quod tunc dies ille anno restituendus sit, qui sine necessitate exemptus est.

**VIDES** ergo rationem hanc intercalationis in centesimis annis institutam, per similem esse consuetæ intercalandi formulæ quarto quoque anno, atque ideo facile a populo memoria posse retineri. Quemadmodum enim quartus quisque annus post **CHRISTVM** natū bissextilis semper fuit, & erit, alij autem omnes anni, communes; ita post annum 1600. quadringentesimus quisque annus bissextilis erit, reliqui verò omnes anni centesimi, communes. Item quemadmodum inter annos non centesimos, ij tantum bissextiles sunt, quos quaternarius numerat, quales sunt anni 20. 84. 1588. 3416. &c. ita quoque post correctionem, ex annis centesimis ij duntaxat, quorum centenariorum numerum quaternarius numerat, bissextiles erunt, quales sunt anni 1600. 2000. 2400. 3600. 9600. &c. Nam omnes hos centenariorum numeros 16. 24. 36. 96. quaternarius metitur, ut patet.

**VERVM** dicit aliquis. Hæc intercalaris diei omisso in annis centesimis, maxime quidem ad captum vulgi, & ad memoriã est accommodata, sed minus idonea ad *Æquinoctium* in 21. die Martij conseruandum videtur. Nam cum ad retinendum *Æquinoctium* in eodem die, omittendus sit vnus dies intercalaris, pro anni Alphoncini magnitudine, quoniam 134. anno, ut supra ostensum est, sit, ut in æquatione, quæ per centesimos annos progreditur, in primo centesimo per omissionem diei intercalaris præueniatur iusta ac legitima æquatio annis 34. in secundo verò centesimo, annis 68. & in tertio centesimo, annis 102. Quæ res non videtur *Æquinoctium* in sua retinere sede, sed

ab ea

Similiter licet  
intercalationem  
quadringentesimo  
quoque anno, &  
intercalationem  
quarto quoque  
anno substituatur.

Dubitatio, quod  
æquatio non re-  
cte videtur adhi-  
beri in centesimo  
anno, quæ 134.  
quoque anno non  
debet.

Solutio delira-  
tionis, q. a quo-  
in centesimo na-  
mo adhibita non  
officit intercala-  
tionem, que 134.  
annorum diei  
debetur, sed et in  
potius periculis.

ab ea potius deturbare. Attamen si rem paulo attentius considerare velimus, intelligemus, hac nostra æquatione, si anni magnitudo tanta utique esset, quantum nobis tabulæ Alphonsinæ præbent, Æquinoctium rectius in sua sede conseruari, quam si quouis anno 134. ea fieret, quod ita planum erit.

STATVAMVS Æquinoctium v. g. contingere aliquo anno in die 21. Martij, sex horis ante ortum Solis, hoc est, media nocte antecedente. Hoc posito, idem post annos  $33\frac{1}{2}$ . anteuertet eam mediam noctem sex horis, fietque circa occasum Solis diei 20. propterea quod in annis 134. vnum diem anticipat, ideoque annis  $33\frac{1}{2}$ . quartam partem diei, hoc est, sex horas. Post annos vero 67. eadem de causa idem in meridie eiusdem diei 20. reperietur. Et post 100. annos in ortu Solis eiusdem diei 20. Itavt post spatium 100. annorum Æquinoctium a prima sibi assignata sede recesserit versus initium mensis per tres quartas partes diei, hoc est, per horas 18. Quod si hoc anno centesimo dies intercalaris non eximatur, sed expectetur annus 134. excreset hic recessus versus mensis initium ad 24. horas, Æquinoctiumque ante diem 20. media nocte accidet, antequam dies anno 134. eximatur; semperque hoc eveniet quolibet spatio 134. annorum. At si primo centesimo anno subtrahatur dies intercalaris, etiam si anticipatio Æquinoctij nondum ad integrum diem, sed ad horas duntaxat 18. excreuerit, deducetur Æquinoctium ex ortu Solis diei 20. in ortum Solis diei 21. distabitque sex horis versus finem mensis a puncto primum assignato, non autem horis 18. versus principium mensis. Deinde in secundo centesimo, cum primum Æquinoctium ad meridiem diei 20. peruenerit, restituetur idem, per subtractionem diei intercalaris, in meridiem diei 21. distabitque horis 12. a prima sede. At vero in tertio centesimo, cum iam Æquinoctium attigerit Solis occasum diei 20. reuocabitur idem, per alterius diei exemptionem, ad Solis occasum diei 21. atque a prima sede horis 18. distabit. Deinceps autem sensim distantia hæc imminuetur, donec in quarto centesimo per 18. horas imminuta sit, (quod centesimo quoque anno Æquinoctium horis 18. sedem suam anteuertat) atque idcirco in prima rursum sede, hoc est, in media nocte ante diem 21. existat, cum quarto illo centesimo dies intercalaris non omittatur, sed de more intercaletur.

VIDES ergo, si dies vnus quolibet anno 134. exciperetur, quod fortassis non paucis videri possit expedire, Æquinoctium semper recessurum versus principium mensis a sede sibi assignata, ut recessus hic prope annum 134. ad diem ferè integrum excrecat. Secundum verò nostram æquationem in centesimis annis institutam, non posse distantiam Æquinoctij a prima sua sede distare 24. horis; sed ad summum, horis 18. atque idcirco rectius conseruari Æquinoctium ad diem 21. si in centesimis annis fiat æquatio, quam si annus 134. expectetur.

ADDE quod nostra hæc æquatio in centesimis annis adhibita non solum,

folum, vt antea dictum est, ad solitam intercalandi rationem quadriennalem conformatur, sed eadem prorsus est ratio in vtraque, quod ad conseruationem Æquinoctij in eadem sede artinet. Nam sicut primo anno post bissextum Æquinoctium versus finem mensis prolabitur sex horis; secundo horis 12. & tertio horis 18. propter senas horas in singulis annis communib. ommissas; anno deniq; quarto ob intercalationem vnius diei prope anni initium, non expectatis 24. horis expletis, in eandem sedem restituitur: ita in quolibet spatio quadringentorum annorum accidit, si primi tres centesimi fiant communes, & quartus intercalaris, vt ex dictis liquidò constat.

Acquiescent in illis  
rebus, aut ad  
aliam eandem  
de conseruare æ-  
quinoctij in con-  
d. m. d. e, quo per  
intercalationem  
quanto quæq; an-  
no conseruent.

QVID quod eandem propemodum rationem intercalandi Arabes in æquatione anni Lunaris sequuntur? Numquam enim expectant, donec ex horis ommissis dies integer consuetur, sed quotiescunque ex illis horis maior numerus, quàm 12. componitur, instituunt annum intercalarem, adijcentes vnum diem anno Lunari dierum 354. quem Embolisimum appellant, vt scilicet annus Lunaris æquetur. Qua de re legendus est Campanus in Computo maiori, & Paulus Middelburgensis lib. 2. suæ Paulinæ. Sed vt planius percipiatur, non potuisse commodiorem, & vero magis similem æquationis viam iniri, quàm eam, quæ hoc Capite a nobis explicata est, afferemus in medium argumenta, seu potius cauillationes Mæstlini, aduersus eam æquandi Solaris anni rationem. Verùm prius insequenti Cap. explicanda paulo diligentius erit tota periodus anomalix Æquinoctiorum, & inæqualitatis annorum, secundum hypotheses Nicolai Copernici. Hinc enim clarissime apparebit, & formulam æquationis præscriptam apertissimam esse, & Mæstlinum in ea oppugnanda uasrum admodum fuisse, ac malitiosum.

## DE PERIODO ANOMALIAE AEQVINOCTIORUM, & INÆQUALITATIS ANNORUM ex Nicolai Copernici doctrina.

### CAP. VI.



VONIAM ad funditus euertendam Solaris anni æquandi formulam proximo Capite explicatam, temerè affirmat Mæstlinus, Æquinoctium verum, si ea adhibeatur, ex die 21. Martij non ita post multa annorum millia ad 27. vsque prolapsurum, & ad diem 21. amplius non rediturum: additq; medium Æquinoctium hoc tempore in diem 23. Martij incidere, atque Æquinoctium verum a medio tum progrediendo, tum regrediendo toto quadruido discedere posse; operæ pretium me facturum existimo, si ad eludendam huius vaticinatoris insaniam, pro Apologie instituto, breuiter

uiter proponam hoc Cap. ob oculos *Æquinoctia* tam vera, quàm media totius periodi anomaliz *Æquinoctiorum*, atque annorum *Solarium* inæqualitatis, ex tabulis *Prutenicis*, quæ apud omnes ferè iam solæ in pretio sunt, & ex quibus *Mæstlinus* omnia sua argumenta confinxit, atque deprompsit. Ita enim calumniæ eius, quas in æquatione *Æquinoctiorum*, quæ in nouo *Calendario* præscribitur, oppugnanda hoc loco adhibet, omnibus fient manifestæ, planumque efficietur, *Æquinoctium* vernum, adhibita nostra intercalandi formula, non tanto spatio a die 21. recedere, quanto is falso, & solo contradicendi studio ipsum digressurum vaticinatur.

ET quoniam *Nicolaus Copernicus*, ex cuius doctrina *Prutenicæ* tabulæ extruuntur, statuit periodum anomaliz præcessionis *Æquinoctiorum* confici spatio 1717. annorum *Ægyptiorum*, qui consutuunt annos *Iulianos*, quibus nunc utimur, 1715. & dies 302. partiemur totum hunc orbem, & reuolutionem in 8. partes præcipuas, primùm quidem in quatuor *Quadrantes*, singulos deinde *quadrantes* in binas partes æquales, vt tempus cuiuslibet harum octo partium æqualium complectatur annos 214. dies 174. ac horas 15.

HABBIT autem hæc reuolutio anomaliz suum initium annis 63. completis, & diebus 227. Horis 20. ac Min. 42. ante CHRISTVM natum: propterea quod tanto temporis intervallo æqualis, siue medius motus eius anomaliz conficit arcum a Copernico assignatum pro Radice ipsius ad initium annorum Domini: quæ Radix continet Sig. D. Grad. 6. Min. 40. Sec. 27. Ter. 28. Quar. 6. Si igitur annis 63. & diebus 227. Horis 20. ac Min. 42. ante CHRISTI Ortum elapsis adijciantur anni 1715. & dies 302. totius circuitus ac reuolutionis, comperiemus eandem anomaliam denovo reuolutionem suam inchoare anno Domini

1653. die 25. Martij, secundum *Calendarium* nouum, cum prioris reuolutionis principiũ incidisset in 18. diem Maij, si tunc annus *Iulianus* fuisset in vſu. Hinc per additionem continuam annorum 214. dierum 174.

Hor. 15.

colliguntur anni, in quibus eadem reuolutio

illas octo partes totius periodi occupabit, vt in subiecta formula factum est, in qua duæ reuolutiones integræ sunt descriptæ.

Periodus anomaliaz æquinoctiorum quando incipit ante Christi ortum.

Periodus anomaliz æquinoctiorum quando incipit ante Christi ortum.

Quando



Quādo anomalīa æquinoctiorum in qualibet octo partium existat.	Anni Domini Labentes.	Dies	Menses
<i>In principio reuolutionis, seu primi quadrantis.</i>	63. ante Christū nati uitā expleto. & 1653.	18. 25.	May. Martij.
<i>In medio primi quadrantis.</i>	151. & 1867.	8 18.	Novemb. Septemb.
<i>In fine primi quadrantis, &amp; principio secundi.</i>	366. & 2082.	2. 13.	May. Martij.
<i>In medio secundi quadrantis.</i>	580. & 2296.	23. 4.	Octob. Septemb.
<i>In fine secundi quadrantis, &amp; principio tertij.</i>	795. & 2511.	16. 1.	Aprilis. Martij.
<i>In medio tertij quadrantis.</i>	1009. & 2725.	7. 25.	Octob. Augusti.
<i>In fine tertij quadrantis, &amp; principio quarti.</i>	1224. & 2940.	31. 16.	Martij. Februarij.
<i>In medio quarti quadrantis.</i>	1438. & 3154.	21. 12.	Septemb. Augusti.
<i>In fine quarti quadrantis, seu totius reuolutionis, &amp; in principio nouæ reuolutionis.</i>	1653. & 3369.	25. 2.	Martij. Februarij.

**ÆQUINOCTIVM** igitur verum, ac medium inter se non differunt, sed simul sunt, quando anomalīa est tam in principio suæ reuolutionis, quàm in fine secundi quadrantis, hoc est, in principio tam primi, quàm tertij quadrantis: quia tunc æquatio præcessionis nulla est. Maxima autem inter vtrumque Æquinoctium differentia est, cum anomalīa finem tum primi, tum tertij quadrantis possidet in sua reuolutione: quia æquatio præcessionis tunc maxima est. Differentia denique inter vtrumque Æquinoctium in medio cuiusque quadrantis mediocri est: quod tunc æquatio præcessionis medio modo se habeat; adeo vt in tota periodo anomalīæ bis vtrumque Æquinoctium simul

G. fiat,

Æquinoctiū verum ac medium quādo simul fiūt & quādo maxime inter se differunt, & quādo mediocri sit eorum differentia.

fiat, & bis maxime alterum ab altero differat, quater autem eorum differentia in mediocritate quadam consistat.

*Annus tropicus, quando fit maximus, & quando minimus, & quomodo in medio se habeat modis.*

R V R S V S annus tropicus, seu vertens-maximus est, quando anomalia & in principio suæ reuolutionis, & in fine existit, scilicet in initio primi quadrantis, & in fine quarti. Minimus autem est, cum eadem anomalia in medio suæ reuolutionis constituitur, hoc est, in fine secundi quadrantis, siue in principio tertij. In alijs denique locis anomaliæ, mediocris est. Atque huius varietatis causa est, quia præcessio Æquinoctiorum vnius anni, quæ semper ab anno sidereo æquali (qui continet Dies 365. Hor. 6. Min. 9. Sec. 39. ex Thebitij, & Copernici sententia) subtrahenda est, vt anni tropici magnitudo relinquatur, tam in suæ reuolutionis principio, quàm in fine tardissima est. In medio autem velocissima. Alijs denique in locis medio modo se habet inter tardissimum, ac velocissimum eius motum. Itaque in tota periodo anomaliæ præcessionis Æquinoctiorum annus semel maximus est, semel minimus, & sæpius mediocris; ita tamen, vt semper duorum annorum a minimo anno vtrinque æqualiter distantium magnitudines sint inter se æquales. Quæ omnia in tabula insequenti continentur, vbi tempus veri ac mediij Æquinoctij, quando anomalia circa octo illa loca totius reuolutionis ab anno 1653. inchoatæ existit, supputatum est, vnà cum anni uertentis magnitudine. Facta autem est supputatio ad annos bissextiles, qui propinquiore sunt annijs, in quibus anomalia in octo illis locis existit, (excepto anno 1653. qui principium est reuolutionis, & ad quem calculus subductus est, licet non sit bissextilis) quòd in bissextilibus annis minor varietas cernatur in Solis ingressu in primum gradum Arietis. Calculus quoque ad æquationem Calendarij restituti, quæ per 400. annos progreditur, accommodatus est. Negleximus tamen horas in æquinoctijs, quòd satis esse visum sit, si dies vni æquinoctij cum tempore ante, uel post meridiem, aut mediam noctem scriberetur, horis omiſſis.

*Anno 1653. quando reuolutio anomaliæ præcessionis æquinoctiorum incipit.*

Æquinoctium	$\left\{ \begin{array}{l} \text{verum} \\ \text{medium} \end{array} \right\}$	} fiet	20. Martij post med. noc.
			20. Martij post med. noc.

*Annus tropicus continebit Dies 365. Hor. 5. Min. 55. Sec. 37. Ter. 40. quæ anni magnitudo fuit etiam anno 63. ante CHRISTI Domini ortum, & secundum quam Æquinoctium diem unum anticipat annis ferme 329.*

Anno

*Anno 1868. cum anomalia erit iuxta medium primi quadrantis sua reuolutionis.*

Æquinoctium  $\left\{ \begin{array}{l} \text{verum} \\ \text{medium} \end{array} \right\}$  fiet  $\left\{ \begin{array}{l} 21. \text{ Martij post med. noc.} \\ 20. \text{ Martij circa ortum} \odot \end{array} \right.$

*Annus tropicus continebit Dies 365. Hor. 5. Min. 53. Sec. 52. qua anni magnitudo conuenit etiam tempori circa annum Domini 151. & secundum quam Æquinoctium anticipat diem unum annis propemodum 231.*

*Anno 2080. obtinente anomalia finem ferme primi quadrantis, & principium secundi sua reuolutionis.*

Æquinoctium  $\left\{ \begin{array}{l} \text{verum} \\ \text{medium} \end{array} \right\}$  fiet  $\left\{ \begin{array}{l} 21. \text{ Martij circa occasu} \odot \\ 20. \text{ Martij post mer.} \end{array} \right.$

*Annus tropicus erit Dierum 365. Hor. 5. Min. 49. Sec. 16. Ter. 29. qua anni magnitudo quadrat etiam in tempus circa annum Domini 366. & secundum quam anticipatio Æquinoctij per unum diem requirit annos fere 134.*

*Anno 2296. cum anomalia circa medium secundi quadrantis sua reuolutionis versabitur.*

Æquinoctium  $\left\{ \begin{array}{l} \text{verum} \\ \text{medium} \end{array} \right\}$  fiet  $\left\{ \begin{array}{l} 21. \text{ Martij post merid.} \\ 20. \text{ Martij sub occasu} \odot \end{array} \right.$

*Annus tropicus erit Dierum 365. Hor. 5. Min. 44. Sec. 46. Ter. 59. qua anni magnitudo fuit etiam circa annum Domini 580. & secundum quam anticipat Æquinoctium unum diem annis fere 94.*

*Anno 2512. quando anomalia erit iuxta finem secundi  
quadrantis, & in principio ferè tertij, videlicet in  
medio totius revolutionis.*

*Æquinoctium* { verum } fiet { 21. Martij ante mer.  
                  { medium }            { 21. Martij ante iuer.

*Annus tropicus erit Dierũ 365. Hor. 5. Min. 42. Sec. 55. Ter.  
7. que anni magnitudo extitit quoque circa annum Domini  
795. & secundum quam, ut Æquinoctium anticipet unum  
diem, requiruntur ferè anni 84.*

*Anno 2724. anomalia occupante medium fermè tertij  
quadrantis suarevolutionis.*

*Æquinoctium* { verum } fiet { 20. Martij post med. noc.  
                  { medium }            { 21. Martij circa occasũ ☉

*Annus tropicus erit Dierũ 365. Hor. 5. Min. 44. Sec. 46. Ter.  
59. que anni magnitudo fuit etiam circa annum Domini  
1009. & ad anticipationem Æquinoctij per unum diem po-  
stulat fermè annos 04.*

*Anno 2940. versante anomalia in fine prope tertij quadrantis  
suarevolutionis, & in principio ferè quartis.*

*Æquinoctium* { verum } fiet { 19. Martij post med. noc.  
                  { medium }            { 21. Martij circa ortum ☉

*Annus tropicus erit Dierũ 365. Hor. 5. Min. 49. Sec. 16. Ter.  
29. que anni magnitudo quadrat etiam in tempus circa annum  
Domini 1224. postulatq, annos propemodum 134. ut Æqui-  
noctium anticipare possit unum diem.*

Anno 3156. cum anomalia erit ferè in medio quarti quadrantis suæ reuolutionis.

Æquinoctium  $\left\{ \begin{array}{l} \text{verum} \\ \text{medium} \end{array} \right\}$  fiet  $\left\{ \begin{array}{l} 20. \text{ Martij circa occasũ} \\ 21. \text{ Martij circa merid.} \end{array} \right\}$  ☉

Annus tropicus erit Dierũ 365. Hor. 5. Min. 53. Sec. 52. quæ anni magnitudo extitit etiã circa tempora anni Domini 1438. & secundum eam, vt Æquinoctium anticipet vnum diem, requiruntur propemodum anni 231.

Anno 3368. quando anomalia tenebit ferè finem totius reuolutionis, hoc est, in fine quasi quarti quadrantis versabitur.

Æquinoctium  $\left\{ \begin{array}{l} \text{verum} \\ \text{medium} \end{array} \right\}$  fiet  $\left\{ \begin{array}{l} 21. \text{ Martij circa mer.} \\ 21. \text{ Martij circa mer.} \end{array} \right\}$

Annus tropicus erit Dierũ 365. Hor. 5. Min. 55. Sec. 37. Ter. 40. quæ anni magnitudo conuenit etiam in tempora circa annum Domini 1653. & circa annum 63. ante CHRISTI ortum: requirit autem annos ferè 329. vt Æquinoctium anticipet vnum diem. Et si annus haberet semper hanc magnitudinem, omittenda esset intercalatio bissextilis consueta quolibet anno 329.

EX his facile conijci potest, quanta confusio oriretur in orbe Christiano vniuerso, si æquatio Æquinoctij secundum verum motum esset instituenda, quippe quæ sæpissime in spatio 1715. annorum mutanda esset, pro varia anni magnitudine, quæ mirum in modum eo in spatio continenter crescit, atque decrescit. Quæ res magnam omnibus Ecclesijs sollicitudinem iniiceret, cum perpetuò ambigerent, num hoc, vel illo anno bissextilis dies intercalaris omittendus esset, cogerenturque ea de re Astronomorum sententias explorare quotannis, quod absurdum esset omnino, & ad hoc vsque tempus inauditum.

SIMVL illud constat, nullam æquationem anni Solaris, quæ præcipiat certis, statisque semper temporibus diem intercalarem esse omitt-

Confusio inter  
Christianos, si æ-  
quatio æquinoctij  
ad motũ verũ  
inducta esset.

omittendum, (qualis est nostra, statuens, vt quadringentesimo quoque anno tres dies intercalares eximantur) omni ex parte quadrare posse vero motui Solis, ita vt *Æquinoctium* perpetuo ad diem 21. Martij retineat, atque conferuet: propterea quod secundum verum motum modo plures anni requiruntur, modo pauciores, quibus *Æquinoctium* per vnum diem in Calendario versus initium mensis progrediatur.

*Æquinoctium in  
annorum æquatio-  
nem non Calendarij  
non longè  
a die 21. Martij  
recedens, idcirco  
merito tam esse  
inductam ad an-  
num Alphonsi,  
qui medius est.*

CONSTAT præterea, *Æquinoctium* vernum in tota proxime futurâ periodo, quæ ab anno 1653. incipiet, a sua sede non multo longius, quàm spatio vnus diei in vtramuis partem declinare, etiam si æquatio intercalationis noui Calendarij adhibeatur, vt recte Alphonsini anni magnitudo, quæ media quodammodo est inter maximam ac minimam, assumpta sit, ex qua intercalationis formula præscribatur; quandoquidem ea formula & æquabilis est, & vniformis, atque ad vulgi captum accommodatissima, & quæ *Æquinoctium* circa diem 21. Martij, in quo eius sedes constituta est, ita detineat, vt ab eo non procul recedere possit, sed modo eum antecedit, modo subsequatur, modo denique in ipsum diem 21. incidat.

*Differentia inter  
verum ac medi-  
um æquinoctium ob  
stragere debet  
cum æquatio.*

POSTREMO colligitur ex his, quæ diximus, in tota una periodo anomalie *Æquinoctiorum* differentiam inter verum mediumque *Æquinoctium* ad duos integros dies nunquam excrecere, immo neque ad sesquidiem: quod tamen per calumniam Mæstlinus totum quadriduum posse conficere affirmat. Quæ in re cum doctrina Copernici, quam ipse tantopere iactat, manifestissime pugnat. Hoc autem ita quoque planum fiet. *Æquinoctium* verum, ac medium simul eodem temporis momento sunt, quoties æquatio præcessionis nulla est, quod quidem fit, anomalia præcessionis obtinente principium, vel medium, vel finem sui ambitus, ac reuolutionis: Plurimum verò alterum ab altero distat, cum eadem æquatio maxima est, quod quidem fit, quoties anomalia versatur in principio secundi quadrantis, & quarti suæ reuolutionis.

*Æquinoctiū ve-  
rum ac medi-  
um quidō simul sūt,  
si quando præ-  
cessionis in distat.*

PORRO quando duo hæc *Æquinoctia* inter se differunt, medium antecedit, & verum sequitur, hoc est, *Æquinoctium* medium contingit ante verum, quando æquatio præcessionis *Æquinoctiorum* mediæ præcessionis adimitur, vt vera præcessio colligatur; quod quidem fit, quotiescunque duplicata anomalia semicirculo minor est, id est, quando anomalia *Æquinoctiorum* nondum secundum quadrantem totius periodi consecerit. Medium verò *Æquinoctium* sequitur, & verum præcedit, hoc est, *Æquinoctium* verum ante medium accidit, quando æquatio præcessionis *Æquinoctiorum* mediæ præcessionis adijcitur, vt vera præcessio componatur; quod quidem vsu venit, quandoquidem anomalia duplicata maior est semicirculo, videlicet, quando anomalia *Æquinoctiorum* iam transierit secundum quadrantem totius periodi.

*Æquinoctiū me-  
dium quidō ante  
verum, aut supra  
tur.*

TANTO autē tempore vnum æquinoctiū alterum præcedit, aut sequitur,



tur, quantū fatis est, vt Sol motu suo vero arcum æquationis præcessionis Æquinoctiorum percurrat. Quoniam verò maxima Æquinoctiorum æquatio nunquam excedit Gr. 1. Min. 11. Sec. 22. Ter. 30. & motus Solis diurnus nullo tempore minor est, quàm Gr. 0. Min. 56. Sec. 46. efficitur, vt tempus inter verum, ac medium Æquinoctium nunquam excedat diem 1. & hor. 6. aut paulo amplius, etiam tum, cum motus Solis tardissimus est, & Æquinoctiorum æquatio maxima: vt vehementer mirer, quid in mentem Mæstlino, cum veluti somnians dixit, differentiam inter vtrumque Æquinoctium ad totum quadriduum posse excrescere, mediumque Æquinoctium hoc seculo contingere die 23. Martij, cum tamen ab anno CHRISTI Domini 1653. vsque ad annum 3368. vna tota reuolutione anomalie diem 21. nunquam transgrediat, vt ex superiori calculo manifestum est.

SED videor mihi videre causam erroris Tubingensis istius Mathematici. Ratiocinatus est de medio, ac vero Æquinoctio, sicut de media, ac vera coniunctione, seu oppositioe Luminarium solemus. Putauit enim tum demum Æquinoctium fieri medium, quando linea medij motus Solis cum puncto medij Æquinoctij coniungitur; quemadmodum media coniunctio, oppositioe Solis ac Lunæ accidit, quando lineæ mediorum motuum Solis & Lunæ coniunguntur, vel opponuntur. Ex quo fit, vt si punctum Æquinoctij medij existat tunc inter punctum veri Æquinoctij, & corpus Solare, Æquinoctium verum a medio abist maiori intervallo, quàm prostaphæresis, siue æquatio præcessionis Æquinoctiorum postulat; quanquam neque sic ad totum quadriduum peruenire possit hæc distantia, cum æquatio Solis nunquā duos gradus contineat.

SED hallucinatus est iste Lynceus Mathematicus. Alia enim ratio est Æquinoctij medij, & alia coniunctionis, uel oppositionis Luminarium mediæ. Æquinoctium siquidem medium fit, cum primum Sol punctum medij Æquinoctij attigerit, vt Astronomi docent. Erasmus enim Reinholdus Astronomus peritissimus in tabulis Prutenicis, Præcepto 22. ita scribit. *Non dubium est, Solem conficere verum Æquinoctium, cum tanto intervallo adhuc præcedit primam Stellam Arietis, quantum interiectum est inter ipsam vernam sectionem vtriusque circulo- rum, Æquinoctialis, atque obliqui, & eandem Stellam.* Intelligendum autem hoc esse tam de verna sectione media, quàm de vera, colligitur ex 10. Præcepto, vbi differentiam inter medium, & apparens Æquinoctium appellat Prostaphæresin, seu æquationem Æquinoctiorum, quæ maxima scrupulorum est 7 i. primorum, & secundorum 22. cum semisse vnus secundi.

MVLTO clarius idem docet Iosephus Moletius celebris Astronomus in tabulis Gregorianis, Canone 13. cum sic ait. *Fit Æquinoctium apparens, quando Sol ingreditur punctum sectionis Eclipticæ, & Aequatoris apparentis: Medium vero, quando Sol intrat punctum sectionis Aequatoris medij, & Eclipticæ. Et ideo Æquinoctium verum fit, quan- do Sol*

Quoniam & ma-  
ximū discrimen  
inter verum ac  
medium æquino-  
ctium.

Quid deceptio  
Mæstlini, et pu-  
tauit, æquino-  
ctium medium à  
vero abesse posse  
per quadriduum.

Æquinoctij me-  
dij quando fit.

do Sol antecedit primam Arietis stellam tanto spatio, quanta est vera præcessio Aequinoctiorum ad datum tempus: Medium autem, quando Sol antecedit tanto intervallo primam Arietis stellam, quantum est arcus media præcessionis. Differentia inter hæc duo Aequinoctia, est tempus respondens prosthaphæresis Aequinoctiorum.

NON igitur medium Aequinoctium sit, quando linea medij motus Solis punctum medij Aequinoctij occupat, vt perperam vult Mæstlinus, sed quando Sol ipse punctum illud possidet, vt nos tradidimus. Nam si medium fieret Aequinoctium, quando Sol medio suo motu sectionem vernam mediam obtinet, non semper simul fierent verum ac medium Aequinoctium, quando prosthaphæresis Aequinoctiorum nulla est; quòd rarè admodum tunc verus Solis motus a medio non differat. Hoc autem cum omnibus Astronomis pugnat, qui ipse qui omnes doceant, medium Aequinoctium vno cum vero contingere, quando prosthaphæresis præcessionis Aequinoctiorum nulla est.

VERVM proferamus calculum ad annos aliquot vltiores, vt appareat, quàm temerarius, atque inconsideratus in hoc quoque Mæstlinus fuerit, cum asseruit, Aequinoctium prolapsurum ante annum Domini 1500. ad diem 27. Martij, si ratio æquandi

anni Solaris in nouo Calendario præscripta seruetur.

Quod quidem non ex calculo aliquo asseruit, sed ex falsa opinione, qua æquinoctiū medium die

23. Martij accidere existimauit, verumque Aequinoctium a medio distare posse toto quattriduo. Hinc enim, & non aliū de colligitur, verum Aequinoctium prolapsurum ali quando ad diem

27. Martij, & progressurum ad diem 19. vsque. Hoc autem falsum esse, calculus subiectorum annorum euidenter demonstrat.

Quare Mæstlinus putauit, æquinoctiū verū prolapsurum ad diem 27. Martij.

*Æquinoctium ergo verum fiet*

Anni Domini	Dies Martij	Tempus ante vel post meridiem, aut med. noct.
4709. 5084.	21. 21.	post med. noc. ante med. noc.
5209. 6004.	23. 23.	circa med. noc. sub occ. Solis.
10020. 15002.	23. 21.	post med. noc. post med. noc.
15004. 15102.	20. 21.	circa med. noc. post med. noc.
15202. 15604.	21. 22.	post med. noc. post med. noc.
15804. 20004.	23. 20.	circa med. noc. post mer.
20005.	20.	post med. noc.

VBI est, obsecro, in his 13. annis vsque ad 20005. annum Æquinoctium die 27. Martij? Ego certe reperio, id vltitudinum, aut triduum, & paulo amplius a die 21. non abesse, etiamsi verum Æquinoctium ex tabulis Prutenicis, adhibita semper formula æquationis Calendarij Gregoriani, supputetur. Sed videlicet Mæstlinus, homo simplex, neminem nostrum fore existimauit, qui ad eius vaticinationem de prolapsione Æquinoctij ad 27. diem excutiendam, in futura secula numerando, progrediretur: quod idem nobis antea de festo Paschæ anni 1582. ex superioribus seculis obiecit.

QVOD si post tantum annorum interuallum (si mundus tam diu duraturus est, ne fortè aduersarius temerè clamet, quod non semel facit, & quidem importunissime, nos diem nouissimum non credere, perinde ac is, qui calculum ad aliquot annos futuros extendit, pro cer-

H to asserat,

Calendarij non esse pfecti, nisi tabulæ Prutenicæ ueris motib. ad hoc cõstruatur annos 20000.

to asserat, mundum totos eos annos duraturum) constaret, tabulas Præuenias adhuc congruere motibus cælestibus, quis non videt, si in Ecclesiastico computo regulare quid, atque æquabile ad festa mobilia ex motibus cælorum cognoscenda est proponendum rudi populo, (quod omnino esse necessarium, abunde Cap. iij. & alijs in locis a nobis ostensum est) aptissimam esse nostram intercalandi rationem, quæ ad anni magnitudinem mediam accommodata per 400. annos progreditur? Hac enim intercalationis formula adhibita, Æquinoctium siapte sponte ad diem 21. Martij redit, licet propter anni Solaris in æqualem magnitudinem, siue Æquinoctiorum præcessionem, inæqualem, solet interdum a die 21. aliquantum vltro citroque euargari: ut iure optimo æquatio hæc nostra Æquinoctium circa diem 21. Martij conseruare dici possit.

Car æquinocti  
per æquationem  
non Calendarij  
frequentius post  
diem 21. Martij  
conseruetur in ca  
le, quam ante.

NON est tamen prætereundum hoc loco, Æquinoctium, si æquatio ad Alphonsinum annum, siue medium instituta adhibeatur, frequentius consequi diem 21. mensis Martij, quam anteuertere, maioriq; interuallo ab eodem die 21. versus mensis finem recedere, quam versus principium mensis. Quoniam enim, vt dictum est, minimus annus requirit annos 84. ad Æquinoctij anticipationem per vnum diem, Alphonsinus autem, siue medius postulat annus 134. & maximus annos 329. sit; vt maior sit velocitas, qua æquatione maximo anno debitam præuenimus, quam tarditas, qua æquationem minimo anno respondentem prorogamus. Quare, cum annus ferè est maximus, deuoletur quidem Æquinoctium ad posteriores dies mēsis, quod plures dies intercalares per nostram æquationem medijs anni omittantur, quam res exigit; & quando annus ferè minimus est, Æquinoctium ad priores dies mensis regredietur, non tanta tamen celeritate, quanta ad finem mensis est prolapsum, propterea quod non tot dies intercalares per æquationem nostram anni Alphonsini retenti sunt, qui propter annum minimum debuissent omitti, quot prius omissi sunt, quos maximus annus retinendos esse præscribat.

Æquatio quæ  
enactæ, præter  
eas, quæ ad me  
dium annum re  
ducuntur, deri  
uare æquinocti  
æ proprijs sede  
longius, quam  
oporet.

SED vt euentius adhuc appareat, necessario assumptum esse annum medium, ut æquatio stara ac determinata præscriberetur, non autem annum minimum, maximumve, ut Cap. v. tradidimus, suppetauimus Æquinoctium anni 5084. adhibita æquatione tum spatio quouis annorum 84. quos minimus annus requirit ad anticipationem. Æquinoctij per unum diem, tum spacio quolibet annorum 329. quos maximum annum postulare diximus, ut Æquinoctium anticipet vnum diem. Itaque si prior æquatio usurpetur, ablati erunt anno 5084. (decem illis, qui anno correctionis exempti sunt, annumeratis) dies omnino 51. incidetque Æquinoctium in 7. ferè diem Aprilis, diebus scilicet 17. post diem 21. Martij. Si autem posterior æquatio adhibeatur, ablati erunt omnino dies duntaxat 21. Æquinoctium vero cader in diem ferè 7. Martij, nimirum 14. diebus propemodum ante diem 21. Martij. At nostra æquatione adhibita, omissi ad eum an-

num.

num usque, erunt dies 36. & Aequinoctium die 21. Martij ante mediam noctem ferè continget, ut ex proximo calculo superiorum 15. annorum manifestum est. Vides igitur, Aequinoctium ex minimi anni æquatione a die 21. Martij uersus posteriores nenses nimis magno interuallo recedere, ex æquatione uero anni maximi nimis longè uersus initium mensis ab eodem die 21. relabi: quod tamen æquatio medij anni circa eundem diem 21. conseruat, atque tuerur. Eodem pacto calculus indicabit, æquationem ad quemcunque annum institutam, præterquam ad medium; Aequinoctium è propria sede, quam ei die 21. Martij fiximus, longius, quàm oportet, deturbare. Patet hoc ex anni magnitudine Dierum 365. Hor. 5. Min. 53. Sec. 2. Ter. 37. quæ annos ferè 207. ad anticipationem unius diei postulat, ac proinde apta esse uideri possit, ut ad eam æquatio præscriberetur, cum anni 207. medium pene locum obtineant inter annos 84. & 329. quos minimum, ac maximum annum requirere diximus, ut Aequinoctium anticipet unum diem in Calendario. Videamus ergo, an hæc æquatio tam bene Aequinoctium ad diem 21. conseruet, quàm nostra. Igitur calculus docet, anno 2940. quo per hanc æquationem exempti erunt dies 18. in uniuersum, Aequinoctium fieri die 18. Martij sub ortum Solis, nimirum 3. diebus & eò amplius, ante diem 21. Martij: Anno uero 10010. quo, eadem æquatione adhibita, ablati erunt omnino dies 51. Aequinoctium contingere die 1. Martij sub ortum etiam Solis, diebus scilicet 20. & eò amplius, ante diem 21. Martij. Conferamus iam hæc Aequinoctia cum Aequinoctijs eorundem annorum ex nostra æquatione, comperiemusque eam (etsi anni 134. quibus secundum eam unum diem anticipat Aequinoctium, non obtineant medium locum inter annos 84. & 329. quos minimus, & maximus annus ad unius diei anticipationem exigunt) tanto interuallo Aequinoctium ex sede propria non detrudere; cum anno 2940. Aequinoctium exibeat die 19. Martij post med. noc. Anno uero 10020. idem reiciat in diem 23. Martij post med. noc. Ex quo efficitur, nostram æquationem a nemine iure reprehendi posse, cum nulla aptior afferri possit; nisi quis inæquabilem, atque irregularem, pro uaria anni magnitudine, uarijs temporibus dicat adhibendam esse: quod iam dudum ab usu & consuetudine Ecclesie exclusimus.

Æquatione ad medium annum institutam iure non posse reprehendi.

ARGVMENTA MAESTLINI ADVERSVS  
 rationem Solaris anni æquandi, in quadrin-  
 gentis quibusque annis adhibendam,  
 eorumque solutiones.

CAP. VII.



**A** METSI ex ijs, quæ superioribus duobus Capitibus scripsimus, facili negotio refutari possunt omnia, quæ aduersus Gregorianam anni correctionem (quod ad Aequinoctij restitutionem ad diem 21. Martij, eiusque in eodem conseruationem attinet) afferri possunt: vt tamen veritas magis appareat, dissoluemus

hoc Capite omnia argumenta nostri aduersarij, quæ ad eneruandum funditus nouum Calendarium plurima confinxit, eaque omnia simul suum in librum congeffit. Ac primum dissimulandum non est, eum in hac re valde malitiose facere, quod in quibusdam annis Aequinoctium, quod tabulæ Prutenicæ die 22. Martij post meridiem exhibet, diei sequenti ante meridiem ascribat: & cõtra quod eadem tabulæ statuunt accidere 21. Martij, ante meridiem, conijciat in diem antecedentem post meridiem, ut hac ratione Astronomiæ ignaris uel falso persuadeat, Aequinoctium plus æquo ex nostra æquatione, a 21. Martij recedere. Nec minus veteratorem se præbet, dum, ut Aequinoctium ostendat non in 21. diem Martij, sed in 20. cadere, calculum annis bissextilibus accommodat, in quibus necessario, propter diem intercalarem additum, Aequinoctium citius contingit, quàm in communibus annis. Id quod apparet in annis 1584. 1596. ut alios præteream, in quorum priore Aequinoctium asserit cadere in diem 20. Martij, & horam 10. post meridiem, in posteriore uerò in horam 9. post meridiem eiusdem diei 20. Hoc autem nostræ æquationi non repugnat. Cum enim hi anni sint bissextiles, mirum non est, Aequinoctium in ijs fieri die 20. non autem 21. Quinimo (quando ita urget) recte dicere possumus, more Ecclesiastico, Aequinoctium utrumque diei 21. tribuendum esse, cum in nocte diem 21. antecedente, hoc est, post occasum Solis diei 20. fiat. Sed his prætermisissis, ex quibus tamen conijci licet, quàm solida sint eius argumenta, quæ tam ueteratoria ratione nituntur, ad rem ipsam ueniamus.

**PRIMUM** igitur Mæstlinus anxio ac sollicito animo apud se exquirat, utras tandem tabulas Astronomicas Gregoriana hæc Calendarij emendatio sequatur, Alphonsinasne, an Prutenicas. Et postquam nonnullis coniecturis concludit, Prutenicas adhibitas esse, uociferatur, & clamitat, prima noui Calendarij fundamenta uacillare, pro-  
 pretea

Malitia Mæstlini  
 & fraus in xpij  
 nocte noui &  
 Martij opposita  
 60.

1. argumta. Mæ-  
 stlini, ex reuol-  
 utione tabulæ  
 Astronomicarum.



pterea quod nullarum, ut ait, tabularum ad hanc usque diem editarum calculus cum celo exactè congruit; quippe quæ incerta sint, & strenuum aliquem restitutum desiderent: atque hanc communem esse omnium Mathematicorum querelam affirmat, ex quo colligit Calendarium nouum nulla ratione esse perfectum, aut perpetuum; ac proinde neque omnibus seculis sine ulla mutatione duraturum, cum eius fundamentum minime firmum sit.

DEINDE (libet enim omnia huius præstigiatoris argumenta simul exponere, ut eius præstigiæ vniuersæ pariter euanescant) Aequationem nostram funditus euertere conatur exemplis uarijs tum ad annos præsentis, tum ad futuros, ac præteritos pertinentibus. Nam de annis præsentibus ita scribit.

*Sed quid multis? Quid iactas Calendarij auctor, Pontifex, & eorum affecte, huius Calendarij perfectionem? cum tamen præsentium, quibus iam viuimus, annorum experientia eam falsitatis coarguat? Nec enim omisso 10. dierum reduxit æquinoctium plenarie in 21. Martij. Nam hoc nostro tempore ipsum incidit omni intercalari anno, non in 21. sed in 20. Martij. Vt anno 1584. erat illud in 20. Martij hora 10. noctis. Anno 1596. idem erit hora 9. noctis eiusdem diei. Anno 1612. hora 8. & 1624. hora 7. pomerid. eiusdem 20. diei Martij, & sic consequenter. Quin etiam post annum 1640. ascendit æquinoctium etiam in ijs annis, qui primi sunt post intercalares, in eundem diē 20. Martij. Itaque ab eo anno venient omnium bissextilium, & omnium proxime post eos sequentium annorum æquinoctia in diem 20. Martij, usque ad annum 1700. Et quantum omissione diei intercalaris anni 1700. aliquid horum restituerit, restitutio tamen ista est tantum uersura solutio. Nam æquinoctia annorum bissextilium, & primorum post eos, reducentur quidem, expunctione diei intercalaris anni 1700. in 21. Martij, sed hoc ipso modo transpontentur æquinoctia annorum secundorū, & tertiorum post bissextiles in 22. Martij. Et hæc permutatio, atque vicissitudo non tolli poterit, donec tandem non ita post multos annos, æquinoctia omnium tam bissextilium, quam trium sequentium annorum diem 21. Martij omnino deserant. Ecce tantum abest, ut hinc difficultati possit hoc nouo Calendario vlla medicina parari, etiamsi cuncti omnem suam eruditionem in vnum acerrimum congerant. Atque hoc quidem modo ostendere conatur Mæstlinus, Calendarij correctionem in annos præsentis non conuenire.*

QVOD autem æquatio nostra futuris annis nequaquam respondeat, hoc modo concludere se putat. Anno 1600. incidit æquinoctium in diem 10. Martij; hor. 8. cum dimidia p. m. Anno 1900. in 9. Martij, hor. 8. cum dimidia p. m. secundum numeros dierum veteris Calendarij. Vera ergo anticipatio est tantummodo vnius diei. Sed nouum Calendarium his 300. annis præterit totum triuuium, nimirum dies intercalares annorum 1700. 1800. 1900. Quare secundum eius numeros incidet hoc æquinoctium (demptis etiam 10. reliquis diebus) anno 1600. in diem 20. Martij; At anno 1900. in 22. Martij.

Præ-

§. arguendū Mæstlini, ex æquinoctio annorum præsentium.

§. arguendū Mæstlini, ex æquinoctio annorum præsentium.

Præterea in annis post 1900. sequentibus, hac ipsa diuersitas maiora habet incrementa: ut anno 1905. qui primus est post aliquem annum bissextilem, incidit æquinoctium in 23. Martij, horam 2. matutinam. Anno 1906. qui secundus est itidem post aliquem intercalarium annorum, fiet æquinoctium die 23. hora 8. ante meridiana. Et anno 1907. tertio post bissextilem, erit æquinoctium die 23. Martij, hora 2. pomerid. Videtis ergo vos, qui tantis laudibus Calendarium hoc supra astra attollitis, & sedem fixam in eo pro æquinoctio celebratis, quod æquinoctium hoc vobis nimis sit lubricum, quam ut in 21. Martij detineri possit.

DEINDE post vnam serè ac dimidiatam paginam hunc in modum argumentum hoc secundum claudit: Vos Mathematici ergo, Calendarij noui defensores, adhucne cum Pontifice dicitis, quod æquinoctij dies sit fixa? sunt ne dies 19. & 23. Martij, ydem cum 21. die?

EMENDATIONEM denique Calendarij neque cum præteritis annis concordare, his uerbis nititur persuadere. Calculus Astronomicus ( cuius pars est Calendarij computus, proprium habet hoc, ut extendi possit tam ad præcedentia, quam sequentia tempora numerata ab Epochâ suâ foundationis. Hanc ob causam ex calculo motuum celestium extructo ex observationibus, his 2000. dumtaxat annis nuper elapsis, computamus motus siderum retrò, usque ad primam rerum creationem, non aliter, quam si motuum calculus iam tunc fuisset sic constructus. Et mox subiungit: Ita pari modo huius Calendarij usus poterit tam præteritis, quam venturis annis accommodari. Nam hoc intentum eius est, nec aliud esse licet, quam ut, sicut nunc præstat, quod præstandum est, ita iam olim idem ipsum præstaturum fuisset, si modo citius usurpari cõpisset. Sed quo modo se habeat, docet vel hoc vnum exemplum. Anno 1200. erat æquinoctium vernum verum die 12. Martij, hora 6. p. m. sed qui in veteri Calendario erat dies 12. is in nouo fuisset tum 19. dies. Nam dierum 10. omissorum anno 1582. tres posteriores cedunt annis illis 400. inter annum 1200. & 1600. Quare dies æquinoctij illic fuit nequaquam dies 21. sed 19. Martij.

PERGIT deinde aduersarius noster, & decem diernum exemptionem ex anno 1582. non congruere temporibus Concilij Nicani, confirmare contendit his verbis. In specie autem hic singulariter notanda est crassa, & ridicula, ne dicam pudenda, noui Calendarij exorbitatio. Correctionis fundamentum, & origo est Concilij Nicani auctoritas, vel decretum. Quis hic non dicit, quod noui Calendarij calculus maximopere cum illius Concilij tempore congruere debeat? Nam si vlla eius est perfectio, eam certe talem esse oportet, ut si Concilij eius Patribus cognita, & ab ipsis recepta fuisset, ipsa ab eo tempore statim incipiendo illos 10. dies paulatim locis, & temporibus competentibus abstulisset. Quod si factum fuisset, nunc non tantum ea 10. dierum elisione toto hoc tempore in vnum æceruum collectorum non opus esset, sed Calendarium ipsum per se, sine ulteriore correctione, hæc omnia, sicut iam exhibentur, sua sponte obtulisset. Atque hoc modo vnus & idem status, is scilicet, qui tempore Nica-

4. Argumentum  
Martij ex 1901  
& 1902. uanum  
præteritarum.

3. Argumentum  
Martij aduer-  
sus exemptionem  
10. dierum (1582).

ni Concilij fuit, continua serie inuariatus permansisset. Sed ecce quæ Astro-  
 eius constantia. Abieci sunt 10. dies simul, propterea quod y temporibus congruentibus, inde à Concilio Nicæno non singularim ablati sunt.

Martini testimonium in Calendario oppositum.

At qua sunt illa loca, & tempora, quibus hæc elisio neglecta est? Oportet certe omissionem hæc decem vicibus non fuisse obseruatam, quandoquidem in 10. dies excreuit. Oportet etiam eadem loca in nouo Calendario exactissime notari posse. Verum si calculus iste nouus (attendite vos Mathematici) ad dictum annum retro eadem proportione retrahatur, qua in futuros annos continuandus traditur, monstrantur nequaquam 10. sed tantummodo 9. dies, qui hætenus elidendi fuissent, videlicet, dies intercalares annorum 1500. 1400. 1300. 1100. 1000. 900. 700. 600. 500. Reliqui enim centenarij, scilicet 1200. 800. 400. bissextiles manent. Videtur quod plane nullus superfit locus pro exterminando die 10. Ergo oportet, æquinoctium illic non in 21. sed 20. Martij fuisse: Cui tamen & experientia, & vestrum toties repetitum testimonium reclamant. Ecce qua sit vestri operis perfectio, quàm elegans eius cum experientia, & obseruationibus concordia.

HÆC sunt præcipua argumenta, quibus Martinius nouus de celo lapsus Mathematicus, qui Mathematicos omnes, quotquot sunt, fuerunt, ac futuri sunt, præ se contemnit, ac pro nihilo habet, æquinoctium noui Calendarij tum quod ad 21. Martij restitutum recte non sit, tum quod in eadem die constanter herere non possit, se omnino putat expugnasse: Ad quæ, quoniam æquinoctium noui Calendarij ex multis capitibus petunt, sigillatim respondebimus, & nonnullas alias ipsius cauillationes aduersus idem æquinoctium, quibus examen suum nauis in locis resperdit, refellemus.

PRINCIPIO igitur peccant omnia hæc eius argumenta multis modis, nullumque profus robur aduersus nouum Calendarium habent. Nam in ijs verus semper motus assumitur, ac verum æquinoctium; cum tamen abunde satis supra ostensum sit, in correctionis Calendarij negotio considerandos tantummodo esse motus medios, atque æquales: immo verò, neglectis etiam medijs motibus, adhibendum esse potius regulare quid, & æquabile, quod instar cycli cuiusdam ad vulgi captum sit accommodatum, si modo non longe absit a vero. Id quod aduersarius quoque ipse veritate coactus fatetur, cum post examinationem æquinoctij aliquot annorum ex ueris motibus, ita scribit.

Martini argumentum præter, & uerum æquinoctium assumit.

QVOD si quis miretur, quare de his subtilitatibus Astronomicis in anno Politico, vel Ecclesiastico disputem, is nouerit, quod ego, & mecum omnes sani, atque prudentes Mathematici ultro confitemur, hæc subtilitates Astronomicas in rei veritate nihil conducere ad annum Politicum: unde neminem Politicorum, & plebeiorem hisce grauandum statuimus. Sicut nec Iulius Cæsar, prudentissimus Imperator, in anni restitutione subtilitatibus illis turbas mouere voluit. Nec Patres Concilij Nicæni, qui huic nouo Calendario (attamen præter suum intentum, sicut in Dia-

Martini testimonium, in anno ecclesiastico non esse obseruandum Astronomicum subtilitates

fiat, & bis maxime alterum ab altero differat, quater autem eorum differentia in mediocritate quadam consistat.

*Annus tropicus, quando sit maximus, & quando minimus, & quid in medio sit habeat modo.*

R V R S V S annus-tropicus, seu vertens-maximus est, quando anomalia & in principio suæ reuolutionis, & in fine existit, scilicet in initio primi quadrantis, & in fine quarti. Minimus autem est, cum eadem anomalia in medio suæ reuolutionis constituitur, hoc est, in fine secundi quadrantis, siue in principio tertii. In alijs denique locis anomaliæ, mediocris est. Atque huius varietatis causa est, quia præcessio Equinoctiorum vnus anni, quæ semper ab anno sidereo æquali (qui continet Dies 365. Hor. 6. Min. 9. Sec. 39. ex Thebitij, & Copernici sententia) subtrahenda est, vt anni tropici magnitudo relinquatur, tam in suæ reuolutionis principio, quam in fine tardissima est. In medio autem velocissima. Alijs denique in locis medio modo se habet inter tardissimum, ac velocissimum eius motum. Itaque in tota periodo anomaliæ præcessionis Equinoctiorum annus semel maximus est, semel minimus, & sæpius mediocris; ita tamen, vt semper duorum annorum a minimo anno vtrinque æqualiter distantium magnitudines sint inter se æquales. Quæ omnia in tabula sequenti continentur, vbi tempus veri ac mediij Equinoctij, quando anomalia circa octo illa loca totius reuolutionis ab anno 1653. inchoatæ existit, supputatum est, vnâ cum anni vertentis magnitudine. Facta autem est supputatio ad annos bissextilis, qui propinquoies sunt annis, in quibus anomalia in octo illis locis existit, (excepto anno 1653. qui principium est reuolutionis, & ad quem calculus subductus est, licet non sit bissextilis) quod in bissextilibus annis minor varietas cernatur in Solis ingressu in primum gradum Arietis. Calculus quoque ad æquationem Calendarij restituti, quæ per 400. annos progreditur, accommodatus est. Negleximus tamen horas in æquinoctijs, quod satis esse visum sit, si dies verni æquinoctij cum tempore ante, uel post meridiem, aut mediam noctem scriberetur, horis omissis.

*Anno 1653. quando reuolutio anomaliæ præcessionis æquinoctiorum incipit.*

Æquinoctium { verum } fiet { 20. Martij post med. noc.  
                  { medium }        { 20. Martij post med. noc.

*Annus tropicus continebit Dies 365. Hor. 5. Min. 55. Sec. 37. Ter. 40. quæ anni magnitudo fuit etiam anno 63. ante CHRISTI Domini ortum, & secundum quam Æquinoctium diem unum anticipat annis ferme 329.*

Anno

Anno 1868. cum anomalia erit iuxta medium primi quadrantis sua reuolutionis.

Æquinoctium  $\left\{ \begin{array}{l} \text{verum} \\ \text{medium} \end{array} \right\}$  fiet  $\left\{ \begin{array}{l} 21. \text{ Martij post med. noc.} \\ 20. \text{ Martij circa ortum} \odot \end{array} \right.$

Annus tropicus continebit Dies 365. Hor. 5. Min. 53. Sec. 52. que anni magnitudo conuenit etiam tempore circa annum Domini 151. & secundum quam Æquinoctium anticipat diem unum annis propemodum 231.

Anno 2080. obtinente anomalia finem ferme primi quadrantis, & principium secundi sua reuolutionis.

Æquinoctium  $\left\{ \begin{array}{l} \text{verum} \\ \text{medium} \end{array} \right\}$  fiet  $\left\{ \begin{array}{l} 21. \text{ Martij circa occasu} \odot \\ 20. \text{ Martij post mer.} \end{array} \right.$

Annus tropicus erit Dierum 365. Hor. 5. Min. 49. Sec. 16. Ter. 29. que anni magnitudo quadrat etiam in tempus circa annum Domini 366. & secundum quam anticipatio Æquinoctij per unum diem requirit annos ferè 134.

Anno 2296. cum anomalia circa medium secundi quadrantis sua reuolutionis versabitur.

Æquinoctium  $\left\{ \begin{array}{l} \text{verum} \\ \text{medium} \end{array} \right\}$  fiet  $\left\{ \begin{array}{l} 21. \text{ Martij post merid.} \\ 20. \text{ Martij sub occasu} \odot \end{array} \right.$

Annus tropicus erit Dierum 365. Hor. 5. Min. 44. Sec. 46. Ter. 59. que anni magnitudo suis etiam circa annum Domini 580. & secundum quam anticipat Æquinoctium unum diem annis ferè 94.

*Anno 2512. quando anomalia erit iuxta finem secundi quadrantis, & in principio ferè tertij, videlicet in medio totius reuolutionis.*

Æquinoctium { verum } fiet { 21. Martij ante mer.  
                  { medium }            { 21. Martij ante iuer.

*Annus tropicus erit Dierũ 365. Hor. 5. Min. 42. Sec. 55. Ter. 7. que anni magnitudo extitit quoque circa annum Domini 795. & secundum quam, vs Aequinoctium anticipet unum diem, requiruntur ferè anni 84.*

*Anno 2724. anomalia occupante medium fermè tertij quadrantis sua reuolutionis.*

Æquinoctium { verum } fiet { 20. Martij post med. noc.  
                  { medium }            { 21. Martij circa occasũ ☉

*Annus tropicus erit Dierũ 365. Hor. 5. Min. 44. Sec. 46. Ter. 59. que anni magnitudo fuit etiam circa annum Domini 1009. & ad anticipationem Aequinoctij per unum diem postulat fermè annos 04.*

*Anno 2940. versante anomalia in fine prope tertij quadrantis sua reuolutionis, & in principio ferè quartis.*

Æquinoctium { verum } fiet { 19. Martij post med. noc.  
                  { medium }            { 21. Martij circa ortum ☉

*Annus tropicus erit Dierũ 365. Hor. 5. Min. 49. Sec. 16. Ter. 29. que anni magnitudo quadrat etiam in tempus circa annum Domini 1224. postulatq, annos propemodum 134. vs Aequinoctium anticipare possit unum diem.*



*Anno 3156. cum anomalia erit ferè in medio quarti quadrantis suæ reuolutionis.*

Æquinoctium  $\left\{ \begin{array}{l} \text{verum} \\ \text{medium} \end{array} \right\}$  fiet  $\left\{ \begin{array}{l} 20. \text{ Martij circa occasû} \\ 21. \text{ Martij circa merid.} \end{array} \right.$  ☉

*Annus tropicus erit Dierũ 365. Hor. 5. Min. 53. Sec. 52. qua anni magnitudo exiitit etiã circa tempora anni Domini 1438. & secundum eam, ut Æquinoctium anticipet vnum diem, requiruntur propemodum anni 231.*

*Anno 3368. quando anomalia tenebit ferè finem totius reuolutionis, hoc est, in fine quasi quarti quadrantis versabitur.*

Æquinoctium  $\left\{ \begin{array}{l} \text{verum} \\ \text{medium} \end{array} \right\}$  fiet  $\left\{ \begin{array}{l} 21. \text{ Martij circa mer.} \\ 21. \text{ Martij circa mer.} \end{array} \right.$

*Annus tropicus erit Dierũ 365. Hor. 5. Min. 55. Sec. 37. Ter. 40. qua anni magnitudo conuenit etiam in tempora circa annum Domini 1653. & circa annum 63. ante CHRISTI ortum: requirit autem annos ferè 329. ut Æquinoctium anticipet vnum diem. Et si annus haberet semper hanc magnitudinem, omittenda esset intercalatio bissextilis consueta quolibet anno 329.*

EX his facile conijci potest, quanta confusio oriretur in orbe Christiano vniuerso, si æquatio Æquinoctij secundum verum motum esset instituenda, quippe quæ sæpissime in spatio 1715. annorum mutanda esset, pro uaria anni magnitudine, quæ mirum in modum eo in spatio continenter crescit, atque decrescit. Quæ res magnam omnibus Ecclesijs sollicitudinem iniiceret, cum perpetuò ambigerent, num hoc, vel illo anno bissextili dies intercalaris omittendus esset, cogerenturque ea de re Astronomorum sententias explorare quotannis, quod absurdum esset omnino, & ad hoc vsque tempus inauditum.

SIMVL illud constat, nullam æquationem anni Solaris, quæ præcipiat certis, statisque semper temporibus diem intercalarem esse omit-

Confusio inter  
Christianos, si æ-  
quatio æquino-  
ctij ad motu æ-  
ræ institueretur.

omittendum, (qualis est nostra, statuens, ut quadringentesimo quoque anno tres dies intercalares eximantur) omni ex parte quadrare posse vero motui Solis, ita ut *Æquinoctium* perpetuo ad diem 21. Martij retineat, atque consentiet: propterea quod secundum verum motum modo plures anni requiruntur, modo pauciores, quibus *Æquinoctium* per vnum diem in Calendario versus initium mensis progrediatur.

*Æquinoctium in  
omnem æquatio-  
nem anni Calen-  
darii non longè  
a die 21. Martij  
recedere, de-que  
interio tam esse  
solutur a u ad an-  
num Alphonsi,  
qui medius est.*

CONSTAT præterea, *Æquinoctium* verum in tota proxime futura periodo, quæ ab anno 1653. incipiet, a sua sede non multo longius, quàm spatio vnus diei in vtramvis partem declinare, etiamsi æquatio intercalationis noui Calendarij adhibeatur, vt recte Alphonsi anni magnitudo, quæ media quodammodo est inter maximam ac minimam, assumpta sit, ex qua intercalationis formula præscribatur; quandoquidem ea formula & æquabilis est, & vniformis, atque ad vulgi captum accommodatissima, & quæ *Æquinoctium* circa diem 21. Martij, in quo eius sedes constituta est, ita detineat, vt ab eo non procul recedere possit, sed modo eum antecedit, modo subsequatur, modo denique in ipsum diem 21. incidat.

*Differentiâ inter  
verum ac mediū  
æquinoctium nõ  
magis distans  
quam mensis.*

POSTREMO colligitur ex his, quæ diximus, in tota una periodo anomalix *Æquinoctiorum* discrimen inter verum mediumque *Æquinoctium* ad duos integros dies nunquam ex crescere, immo neque ad sesquidiem: quod tamen per calumniam Mæstlinus totum quadriduum posse conficere affirmat. Qua in re cum doctrina Copernici, quam ipse tantopere iactat, manifestissime pugnat. Hoc autem ita quoque planum fiet. *Æquinoctium* verum, ac medium simul eodem temporis momento fiunt, quoties æquatio præcessionis nulla est, quod quidem fit, anomalia præcessionis obrinente principium, vel medium, vel finem sui ambitus, ac reuolutionis: Plurimum verò alterum ab altero distat, cum eadem æquatio maxima est, quod quidem fit, quoties anomalia versatur in principio secundi quadrantis, & quarti suæ reuolutionis.

*Æquinoctiū ve-  
rum ac mediū  
quidam simul fit,  
& quando maxi-  
me inter se distat.*

PORRO quando duo hæc *Æquinoctia* inter se differunt, medium antecedit, & verum sequitur, hoc est, *Æquinoctium* medium contingit ante verum, quando æquatio præcessionis *Æquinoctiorum* mediæ præcessionis adimitur, vt vera præcessio colligatur; quod quidem fit, quotiescunque duplicata anomalia semicirculo minor est, id est, quando anomalia *Æquinoctiorum* nondum secundum quadrantem totius periodi confecerit. Medium verò *Æquinoctium* sequitur, & verum præcedit, hoc est, *Æquinoctium* verum ante medium accidit, quando æquatio præcessionis *Æquinoctiorum* media præcessionis adiicitur, vt vera præcessio componatur; quod quidem vsu venit, quandocunque anomalia duplicata maior est semicirculo, videlicet, quando anomalia *Æquinoctiorum* iam transierit secundum quadrantem totius periodi.

*Æquinoctiū me-  
diū quidam æ-  
quinoctiū, nec se-  
qua-  
tur.*

TANTO autè tempore vnum æquinoctiū alterum præcedit, aut sequitur,

tur, quantū fatis est, vt Sol motu suo vero arcum æquationis præcessionis Æquinoctiorum percurrat. Quoniam verò maxima Æquinoctiorum æquatio nunquam excedit Gr. 1. Min. 11. Sec. 22. Ter. 30. & motus Solis diurnus nullo tempore minor est, quàm Gr. 0. Min. 56. Sec. 46. efficitur, vt tempus inter verum, ac medium Æquinoctium nunquam excedat diem 1. & hor. 6. aut paulo amplius, etiam tum, cum motus Solis tardissimus est, & Æquinoctiorum æquatio maxima: vt vehementer mirer, quid in mentem Matilino, cum veluti somnians dixit, differentiam inter vtrumque Æquinoctium ad totum quadriduum posse excrescere, mediumque Æquinoctium hoc seculo contingere die 23. Martij, cum tamen ab anno CHRISTI Domini 1653. vsque ad annum 3368. vna tota reuolutione anomalix diem 21. nunquam transgrediat, vt ex superiori calculo manifestum est.

SED videor mihi videre causam erroris Tubingensis istius Mathematici. Ratiocinatus est de medio, ac vero Æquinoctio, sicut de media, ac vera coniunctione, seu oppositioe Luminarium solemus. Putauit enim tum demum Æquinoctium fieri medium, quando linea medij motus Solis cum puncto medij Æquinoctij coniungitur; quemadmodum media coniunctio, oppositioe Solis ac Lunæ accidit, quando, lineæ mediorum motuum Solis & Lunæ coniunguntur, vel opponuntur. Ex quo fit, vt si punctum Æquinoctij medij existat tunc inter punctum veri Æquinoctij, & corpus Solare, Æquinoctium verum a medio absit maiori intervallo, quàm prostaphæresis, siue æquatio præcessionis Æquinoctiorum postulat; quanquam neque sic ad totum quadriduum peruenire possit hæc distantia, cum æquatio Solis nunquã duos gradus contineat.

SED hallucinatus est iste Lynceus Mathematicus. Alia enim ratio est Æquinoctij medij, & alia coniunctionis, uel oppositioe Luminarium mediæ. Æquinoctium siquidem medium fit, cum primum Sol punctum medij Æquinoctij attigerit, vt Astronomi docent. Erasmus enim Reinholdus Astronomus peritissimus in tabulis Prutenicis, Præcepto 22. ita scribit. *Non dubium est, Solem conscicere verum Æquinoctium, cum tanto intervallo adhuc præcedit primam Stellam Arietis, quantum interiectum est inter ipsam vernam sectionem vtriusque circulo- rum, Æquinoctialis, atque obliqui, & eandem stellam.* Intelligendum autem hoc esse tam de verna sectione media, quàm de vera, colligitur ex 10. Præcepto, vbi differentiam inter medium, & apparens Æquinoctium appellat Prostaphæresim, seu æquationem Æquinoctiorum, quæ maxima scrupulorum est 71. primorum, & secundorum 22. cum semisse vnus secundi.

MVLTO clarius idem docet Iosephus Moletius celebris Astronomus in tabulis Gregorianis, Canone 13. cum sic ait. *Fit Æquinoctium apparens, quando Sol ingreditur punctum sectionis Eclipticæ, & Æquatoris apparentis: Medium vero, quando Sol intrat punctum sectionis Æquatoris medij, & Eclipticæ. Et ideo Æquinoctium verum fit, quando Sol*

Quoniam si ma-  
ximã differentiam  
inter verum ac  
medium æquino-  
ctium.

Quid deopie  
Meritum, ac pa-  
rentem, æquino-  
ctium medium à  
vero abesse posse  
tunc quadriduo.

Æquinoctium me-  
dium quando fit.

do Sol antecedit primam Arietis stellam tanto spatio, quanta est vera præcessio Aequinoctiorum ad datum tempus: Medium autem, quando Sol antecedit tanto intervallo primam Arietis stellam, quantus est arcus mediae præcessionis. Differentia inter hæc duo Aequinoctia, est tempus respondens prosthaphæresi Aequinoctiorum.

NON igitur medium Aequinoctium fit, quando linea medij motus Solis punctum medij Aequinoctij occupat, vt perperam vult Mæstlinus, sed quando Sol ipse punctum illud possidet, vt nos tradidimus. Nam si medium fieret Aequinoctium, quando Sol medio suo motu sectionem vernam mediam obtinet, non semper simul fierent verum ac medium Aequinoctium, quando prosthaphæresis Aequinoctiorum nulla est; quòd rarò admodum tunc verus Solis motus a medio non differat. Hoc autem cum omnibus Astronomis pugnat, quippe qui omnes doceant, medium Aequinoctium vno cum vero contingere, quando prosthaphæresis præcessionis Aequinoctiorum nulla est.

VERVM proferamus calculum ad annos aliquot vltiores, vt appareat, quàm temerarius, atque inconsideratus in hoc quoque Mæstlinus fuerit, cum asseruit, Aequinoctium prolapsurum ante annum Domini 15000. ad diem 27. Martij, si ratio æquandi anni Solaris in nouo Calendario præscripta seruetur.

Quod quidem non ex calculo aliquo asseruit, sed ex falsa opinione, qua æquinoctiū medium die

23. Martij accidere existimauit, verumque Aequinoctium a medio distare posse toto quadriduo. Hinc enim, & non aliunde colligitur, verum Aequinoctium prolapsurum ali quando ad diem

27. Martij, & progressurum ad diem 19. vsque. Hoc autem falsum esse, calculus subiectorum annorum euidenter demonstrat.

§

Quare Medij-  
nus parauit,  
æquinoctiū verū  
prolapsurum ad  
diem 27. Martij.

Aequi-

*Æquinoctium ergo vernum fiet*

Annus Domini	Dies Martij	Tempus ante vel post meridiam, aut med. noc.
4709. 5084.	21. 21.	post med. noc. ante med. noc.
5209. 6004.	23. 23.	circa med. noc. sub occ. Solis.
10020. 15002.	23. 21.	post med. noc. post med. noc.
15004. 15102.	20. 21.	circa med. noc. post med. noc.
15202. 15604.	21. 22.	post med. noc. post med. noc.
15804. 20004.	23. 20.	circa med. noc. post mer.
20005.	20.	post med. noc.

VBI est, obsecro, in his 13. annis vsque ad 20005. annum Æquinoctium die 27. Martij? Ego certe reperio, id vltimatum, aut triduum, & paulo amplius a die 21. non abesse, etiamsi verum Æquinoctium ex tabulis Prutenicis, adhibita semper formula æquationis Calendarij Gregoriani, supputetur. Sed videlicet Mæstlinus, homo simplex, neminem nostrum fore existimauit, qui ad eius vaticinationem de prolapsione Æquinoctij ad 27. diem excutiendam, in futura secula numerando, progrediretur: quod idem nobis antea de festo Paschæ anni 1582. ex superioribus seculis obiecit.

QVOD si post tantum annorum interuallum (si mundus tam diu duraturus est, ne fortè aduersarius temerè clamet, quod non semel facit, & quidem importunissime, nos diem nouissimum non credere, perinde ac is, qui calculum ad aliquot annos futuros extendit, pro cer-

H to asserat,

*Calidius erud.  
esse pcedit, sed in  
bulz Prutenica  
uersi monb. ad  
hoc obituro 1604  
anno 10000.*

to asserat, mundum totos eos annos duraturum) constaret, tabulas Prutenicas adhuc congruere moribus caelestibus, quis non videt, si in Ecclesiastico computo regulare quid, atque æquabile ad festa mobilia ex moribus caelorum cognoscenda est proponendum rudi populo, (quod omnino esse necessarium, abunde Cap. iij. & alijs in locis a nobis ostensum est) aptissimam esse nostram intercalandi rationem, quæ ad anni magnitudinem mediam accommodata per 400. annos progreditur? Hac enim intercalationis formula, adhibita, *Æquinoctium* suapte sponte ad diem 21. Martij redit, licet propter anni Solaris in æqualem magnitudinem, siue *Æquinoctiorum præcessionem*, inæqualem, soleat interdum a die 21. aliquantum vltro citroque euargari: ut iure optimo æquatio hæc nostra *Æquinoctium* circa diem 21. Martij conseruare dici possit.

Cur æquinoctiū per æquationem non Calendarij frequentius post diem 21. Martij conseruare in celo, quam ante.

NON est tamen prætereundum hoc loco, *Æquinoctium*, si æquatio ad Alphonsum annum, siue medium instituta adhibeatur, frequentius consequi diem 21. mensis Martij, quam antea, maioriq; interuallo ab eodem die 21. versus mensis finem recedere, quam versus principium mensis. Quoniam enim, vt dictum est, minimus annus requirit annos 84. ad *Æquinoctij* anticipationem per vnum diem, Alphonsum autem, siue medius postulat annus 134. & maximus annos 329. fit, vt maior sit velocitas, qua æquatione maximo anno debita præuenimus, quam tarditas; qua æquationem minimo anno respondentem prorogamus. Quare, cum annus ferè est maximus, deuoluetur quidem *Æquinoctium* ad posteriores dies mēsis, quòd plures dies intercalares per nostram æquationem medij anni omittantur, quam res exigit; & quando annus ferè minimus est, *Æquinoctium* ad priores dies mensis regredietur, non tanta tamen celeritate, quanta ad finem mensis est prolapsurum, propterea quòd non tot dies intercalares per æquationem nostram anni Alphonsum retenti sunt, qui propter annum minimum debuissent omitti, quot prius omissi sunt, quos maximus annus retinendos esse præscribebat.

Æquatio aut quæ eaque, præter eam, quæ ad medium annum instituitur, derogare æquinoctiū a proprio sede longius, quam oportet.

SED vt euentius adhuc appareat, necessario assumptum esse annum medium, ut æquatio stata ac determinata præscriberetur, non autem annum minimum, maximumve, ut Cap. v. tradidimus, suppauimus *Æquinoctium* anni 5084. adhibita æquatione tum spatio quouis annorum 84. quos minimus annus requirit ad anticipationem. *Æquinoctij* per unum diem, tum spacio quolibet annorum 329. quos maximum annum postulare diximus, ut *Æquinoctium* anticipet vnum diem. Itaque si prior æquatio usurpetur, ablati erunt anno 5084. (decem illis, qui anno correctionis exempti sunt, annumeratis) dies omnino 51. incidetque *Æquinoctium* in 7. ferè diem Aprilis, diebus scilicet 17. post diem 21. Martij. Si autem posterior æquatio adhibeatur, ablati erunt omnino dies duntaxat 21. *Æquinoctium* vero cadet in diem ferè 7. Martij, nimirum 14. diebus propemodum ante diem 21. Martij. At nostra æquatione adhibita, omissi ad eum annum.



num usque, erunt dies 36. & Aequinoctium die 21. Martij ante mediam noctem ferè continget, ut ex proximo calculo superiorum 13. annorum manifestum est. Vides igitur, Aequinoctium ex minimi anni æquatione a die 21. Martij uersus posteriores menses nimis magno intervallo recedere, ex æquatione uero anni maximi nimis longe uersus initium mensis ab eodem die 21. relabi: quod tamen æquatio medij anni circa eundem diem 21. conseruat, atque tuetur. Eodem pacto calculus indicabit, æquationem ad quemcunque annum institutam, præterquam ad medium; Aequinoctium è propria sede, quam ei die 21. Martij fiximus, longius, quàm oportet, deturbare. Patet hoc ex anni magnitudine Dierum 365. Hor. 5. Min. 53. Sec. 2. Ter. 37. quæ annos fermè 207. ad anticipationem unius diei postulat, ac proinde apta esse uideri possit, ut ad eam æquatio præscriberetur, cum anni 207. medium pene locum obtineant inter annos 84. & 329. quos minimum, ac maximum annum requirere diximus, ut Aequinoctium anticipet unum diem in Calendario. Videamus ergo, an hæc æquatio tam bene Aequinoctium ad diem 21. conseruet, quàm nostra. Igitur calculus docet, anno 2940. quo per hanc æquationem exempti erunt dies 18. in uniuersum, Aequinoctium fieri die 18. Martij sub ortum Solis, nimirum 3. diebus & eò amplius, ante diem 21. Martij. Anno uero 10020. quo, eadem æquatione adhibita, ablati erunt omnino dies 51. Aequinoctium contingere die 1. Martij sub ortum etiam Solis, diebus scilicet 20. & eò amplius, ante diem 21. Martij. Conferamus iam hæc Aequinoctia cum Aequinoctijs eorundem annorum ex nostra æquatione, comperiemusque eam (etsi anni 134. quibus secundum eam unum diem anticipat Aequinoctium, non obtineant medium locum inter annos 84. & 329. quos minimus, & maximus annus ad unius diei anticipationem exigunt) tanto intervallo Aequinoctium ex sede propria non detrudere; cum anno 2940. Aequinoctium exhibeat die 19. Martij post med. noc. Anno uero 10020. idem reiciat in diem 23. Martij post med. noc. Ex quo efficitur, nostram æquationem a nemine iure reprehendi posse, cum nulla aptior afferri possit; nisi quis inequabilem, atque irregularem, pro uaria anni magnitudine, uarijs temporibus dicat adhibendam esse: quod iam dudum ab usu & consuetudine Ecclesie exclusimus.

Æquatione ad medium annum institutam iure non possit reprehendi.

ARGVMENTA MAESTLINI ADVERSVS  
rationem Solaris anni æquandi, in quadrin-  
gentis quibusque annis adhibendam,  
eorumque solutiones.

CAP. VII.



AMETSI ex ijs, quæ superioribus duobus Capitibus scripsimus, facili negotio refutari possunt omnia, quæ aduersus Gregorianam anni correctionem (quod ad Aequinoctij restitutionem ad diem 21. Martij, eiusque in eodem conseruationem attinet) afferri possunt: vt tamen veritas magis appareat, dissoluemus

hoc Capite omnia argumenta nostri aduersarij, quæ ad enertuandum funditus nouum Calendarium plurima confinxit, eaque omnia simul suum in librum congeffit. Ac primum dissimulandum non est, eum in hac re ualde malitiose facere, quod in quibusdam annis Aequinoctium, quod tabulæ Prutenicæ die 21. Martij post meridiem exhibet, diei sequenti ante meridiem ascribat: & cõtra quod eadem tabulæ statuunt accidere 21. Martij, ante meridiem, conijciat in diem antecedentem post meridiem, ut hac ratione Astronomiæ ignaris uel falso persuadeat, Aequinoctium plus æquo ex nostra æquatione, a 21. Martij recedere. Nec minus veteratorem se præbet, dum, ut Aequinoctium ostendat non in 21. diem Martij, sed in 20. cadere, calculum annis bissextilibus accommodat, in quibus necessario, propter diem intercalarem additum, Aequinoctium citius contingit, quàm in communibus annis. Id quod apparet in annis 1584. 1596. ut alios præteream, in quorum priore Aequinoctium asserit cadere in diem 20. Martij, & horam 10. post meridiem, in posteriore uerò in horam 9. post meridiem eiusdem diei 20. Hoc autem nostræ æquationi non repugnat. Cum enim hi anni sint bissextiles, mirum non est, Aequinoctium in ijs fieri die 20. non autem 21. Quinimo (quando ita urget) recte dicere possumus, more Ecclesiastico, Aequinoctium utrumque diei 21. tribuendum esse, cum in nocte diem 21. antecedente, hoc est, post occasum Solis diei 20. fiat. Sed his prætermisiss, ex quibus tamen conijci licet, quàm solida sint eius argumenta, quæ tam ueteratoria ratione nituntur, ad rem ipsam ueniamus.

PRIMUM igitur Mæstlinus anxio ac sollicito animo apud se exquirat, utras tandem tabulas Astronomicas Gregoriana hæc Calendarij emendatio sequatur, Alphonsinasne, an Prutenicas. Et postquam nonnullis coniecturis concludit, Prutenicas adhibitas esse, uociferatur, & clamitat, prima noui Calendarij fundamenta uacillare, propterea

Malitia Mæstlini  
& fraus in argu-  
endo noui Ca-  
lendarij oppugnat-  
do.

Argumenta Mæ-  
stlini, ea ratione  
horæ tabulæ  
& uociferari.

pterea quod nullarum, ut ait, tabularum ad hanc usque diem editarum calculus cum caelo exactè congruit; quippe quæ incertæ sint, & strenuum aliquem restitutum desiderant: atque hanc communem esse omnium Mathematicorum querelam affirmat, ex quo colligit Calendarium nouum nulla ratione esse perfectum, aut perpetuum; ac proinde neque omnibus seculis sine ulla mutatione duraturum, cum eius fundamentum minime firmum sit.

DEINDE (libet enim omnia huius præstigiatoris argumenta simul exponere, ut eius præstigiæ vniuersæ pariter euanescant) Aequationem nostram funditus euertere conatur exemplis varijs tum ad annos præsentis, tum ad futuros, ac præteritos pertinentibus.

1. argumentū huius, ex æquatione huius anni præteriti.

Nam de annis præsentibus ita scribit.

*Sed quid multis? Quid iactat Calendarij auctor, Pontifex, & eorum affecta, huius Calendarij perfectionem? cum tamen presentium, quibus iam viuimus, annorum experientia eam falsitatis coarguat? Nec enim omisso 10. dierum reducit æquinoctium plenarie in 21. Martij. Nam hoc nostro tempore ipsum incidit omni intercalari anno, non in 21. sed in 20. Martij. Ut anno 1584. erat illud in 20. Martij hora 10. noctis. Anno 1596. idem erit hora 9. noctis eiusdem diei. Anno 1612. hora 8. & 1624. hora 7. pomerid. eiusdem 20. diei Martij, & sic consequenter. Quin etiam post annum 1640. ascendet æquinoctium etiam in his annis, qui primi sunt post intercalares, in eundem diē 20. Martij. Itaque ab eo anno venient omnium bissextilium, & omnium proxime post eos sequentium annorum æquinoctia in diem 20. Martij, usque ad annum 1700. Et quantum omissione diei intercalaris anni 1700. aliquid horum restituetur, restitutio tamen ista est tantum uersure solutio. Nam æquinoctia annorum bissextilium, & primorum post eos, reducentur quidem, expunctione diei intercalaris anni 1700. in 21. Martij, sed hoc ipso modo transponentur æquinoctia annorum secundorum, & tertiorum post bissextiles in 22. Martij. Et hac permutatio, atque vicissitudo non tolli poterit, donec tandem non ita post multos annos, æquinoctia omnium tam bissextilium, quam trium sequentium annorum diem 21. Martij omnino deserant. Ecce tantum abest, ut huic difficultati possit hoc nouo Calendario vlla medicina parari, etiamsi cunctis omnem suam eruditionem in vnum acerrimum congerant.*

Atque hoc quidem modo ostendere conatur Mæstlinus, Calendarij correctionem in annos præsentis non conuenire.

QVOD autem æquatio nostra futuris annis nequaquam respondeat, hoc modo concludere se putat. Anno 1600. incidit æquinoctium in diem 10. Martij, hor. 8. cum dimidia p.m. secundum numeros dierum veteris Calendarij. Vera ergo anticipatio est tantummodo vnius diei. Sed nouum Calendarium his 300. annis præteritis totum triduum, nimirum dies intercalares annorum 1700. 1800. 1900. Quare secundum eius numeros incidit hoc æquinoctium (demptis etiam 10. reliquis diebus) anno 1600. in diem 20. Martij; At anno 1900. in 22. Martij.

2. argumentū huius, ex æquatione huius anni præteriti.

Pre-

Præterea in annis post 1900. sequentibus, hæc ipsa diuersitas maiora habet incrementa: ut anno 1905. qui primus est post aliquem annum bissextilis, incidit æquinoctium in 23. Martij, horam 2. matutinam. Anno 1906. qui secundus est itidem post aliquem intercalarium annorum, fiet æquinoctium die 23. hora 8. ante meridiana. Et anno 1907. tertio post bissextilem, erit æquinoctium die 23. Martij, hora 2. pomerid. Videtis ergo vos, qui tantis laudibus Calendarium hoc supra astra attollitis, & sedem fixam in eo pro æquinoctio celebratis, quod æquinoctium hoc vobis nimis sit lubricum, quam ut in 21. Martij detineri possit.

DEINDE post vnam ferè ac dimidiatam paginam hunc in modum argumentum hoc secundum claudit: Vos Mathematici ergo, Calendarij noui defensores, adhucne cum Pontifice dicitis, quod æquinoctij dies sit fixa? sunt ne dies 19. & 23. Martij, idem cum 21. die?

4. Argumentum  
Mathematici ex  
notijs antiquæ  
præteritorum.

EMENDATIONEM denique Calendarij neque cum præteritis annis concordare, his uerbis nititur persuadere. Calculus Astronomicus ( cuius pars est Calendarij computus, proprium habet hoc, ut extendi possit tam ad præcedentia, quam sequentia tempora numerata ab Epochâ suâ foundationis. Hanc ob causam ex calculo motuum celestium extructo ex observationibus, his 2000. duntaxat annis nuper elapsis, computamus motus siderum retrò, usque ad primam rerum creationem, nec aliter, quam si motuum calculus iam tunc fuisset sic constructus. Et mox subiungit: Ita pari modo huius Calendarij vsus poterit tam præteritis, quam venturis annis accommodari. Nam hoc inuentum eius est, nec aliud esse licet, quam ut, sicut nunc præstat, quod præstandum est, ita iam olim idem ipsum præstiturum fuisset, si modo citius usurpari cœpisset. Sed quo modo se habeat, docet vel hoc unum exemplum. Anno 1200. erat æquinoctium vernum verum die 12. Martij, hora 6. p. m. sed qui in veteri Calendario erat dies 12. is in nouo fuisset tum 19. dies. Nam dierum 10. omissorum anno 1582. tres posteriores cedunt annis illis 400. inter annum 1200. & 1600. Quare dies æquinoctij illic fuit nequaquam dies 21. sed 19. Martij.

5. Argumentum  
Mathematici aduer-  
sus exemptionem  
10. dierum (1022).

PERGIT deinde aduersarius noster, & decem dierum exemptionem ex anno 1582. non congruere temporibus Concilij Nicani, confirmare contendit his verbis. In specie autem hic singulariter notanda est crassa, & ridicula, ne dicam pudenda, noui Calendarij exorbitatio. Correctionis fundamentum, & origo est Concilij Nicani auctoritas, vel decretum. Quis hic non dicet, quod noui Calendarij calculus maximopere cum illius Concilij tempore congruere debeat? Nam si vlla eius est perfectio, eam certe talem esse oportet, ut si Concilij eius Patribus cognita, & ab ipsis recepta fuisset, ipsa ab eo tempore statim incipiendo illos 10. dies paulatim locis, & temporibus competentibus abstulisset. Quod si factum fuisset, nunc non tantum ea 10. dierum elisione toto hoc tempore in vnum aceruum collectorum non opus esset, sed Calendarium ipsum per se, sine ulteriore correctione, hæc omnia, sicut iam exhibentur, sua sponte obtulisset. Atque hoc modo vnus & idem statum, is scilicet, qui tempore Nica-

ni Concilij fuit, continua serie inuariatius permansisset. Sed ecce qua sit eius constantia. Abiēti sunt 10. dies simul, propterea quòd y temporibus congruentibus, inde à Concilio Nicano non singulatim ablati sunt. At qua sunt illa loca, & tempora, quibus hæc elisio neglecta est? Oportet certe omissionem hanc decem vicibus non fuisse obseruatam, quandoquidem in 10. dies excreuit. Oportet etiam eadem loca in nouo Calendario exactissime notari posse. Verum si calculus iste nouus (attendite vos Mathematici) ad dictum annum retro eadem proportione retrahatur, qua in futuros annos continuandus traditur, monstrantur nequaquam 10. sed tantummodo 9. dies, qui hætenus elidendi fuissent, videlicet, dies intercalares annorum 1500. 1400. 1300. 1100. 1000. 900. 700. 600. 500. Reliqui enim centenary, scilicet 1200. 800. 400. bissextiles manent. Videtis quod plene nullus superfit locus pro exterminando die 10. Ergo oportet, æquinoctium illic non in 21. sed 20. Martij fuisse: Cui tamen & experientia, & vestrum toties repetitum testimonium reclamat. Ecce qua sit vestri operis perfectio, quam elegans eius cum experientia, & obseruationibus concordia.

HÆC sunt præcipua argumenta, quibus Mæstlinus nouus de celo lapsus Mathematicus, qui Mathematicos omnes, quotquot sunt, fuerunt, ac futuri sunt, præ se contemnit, ac pro nihilo habet, æquinoctium noui Calendarij tum quod ad 21. Martij restitutum recte non sit, tum quod in eadem die constanter herere non possit, se omnino putat expugnasse: Ad quæ, quoniam æquinoctium noui Calendarij ex multis capitibus petunt, sigillatim respondebimus, & nonnullas alias ipsius cauillationes aduersus idem æquinoctium, quibus examen suum uarijs in locis resperdit, refellemus.

PRINCIPIO igitur peccant omnia hæc eius argumenta multis modis, nullumque prorsus robur aduersus nouum Calendarium habent. Nam in ijs verus semper motus assumitur, ac verum æquinoctium; cum tamen abunde satis supra ostensum sit, in correctionis Calendarij negotio considerandos tantummodo esse motus medios, atque æquales: immo verò, neglectis etiam medijs motibus, adhibendum esse potius regulare quid, & æquabile, quod instar cycli cuiusdam ad vulgi captum sit accommodatum, si modo non longe absit a vero. Id quod aduersarius quoque ipse veritate coactus fatetur, cum post examinationem æquinoctij aliquot annorum ex ueris motibus, ita scribit.

QVOD si quis miretur, quare de his subtilitatibus Astronomicis in anno Politico, vel Ecclesiastico disputem, is nouerit, quod ego, & mecum omnes sani, atque prudentes Mathematici ultra consitemur, hæc subtilitates Astronomicas in rei veritate nihil conducere ad annum Politicum: unde neminem Politicorum, & plebeiurum hisce grauandum statuimus. Sicut nec Iulius Cæsar, prudentissimus Imperator, in anni restitutione subtilitatibus ullis turbas mouere voluit. Nec Patres Concilij Nicani, qui huic nouo Calendario (attamen præter suum intentum, sicut in Dia-

Mæstlini argu-  
menta præter  
& motum æqui-  
noctium assumit.

Mæstlini tes-  
timonium, in an-  
no ecclesiastico  
non est obicru-  
das Astronome-  
rum subtilitates

125 mea Cap. vi. demonstratur) occasionem subministrant, quicquam  
 & his subtilitatibus mouerunt. Immo nos ipsi nouimus, quod quotiescun-  
 que Ecclesiam ad huiusmodi subtilitates delapsa est, quales olim inter Ec-  
 clesiam Romanam, & Alexandrinam de termino Paschatis erant, aute-  
 quam per Diouysium Abbatem Romanum, circa annum CHRISTI  
 532. Cyclus decennouennalis restitueretur, ipsa horribiliter cum maxima  
 offensione infirmorum fuerit perturbata. Contra autem nemini incogni-  
 tum est, quod interim ab anno 532. ad hoc nouum Calendarium vsque,  
 propter sublatas has subtilitates, uniformitas, & nunquam satis laudata  
 concordia in toto orbe Christiano (quod ad presentem Calendarij usum,  
 vnà cum Paschatis celebratione attinet) fuerit seruata. Non ergo gra-  
 tum mihi est, de his subtilitatibus vllam hic quaestionem mouere, sed mal-  
 lem eas Schola Astronomica relinquere. Sed Calendarij auctor in Cano-  
 nibus suis, & Pontifex in Bulla, atque alij eorum coadiutores, quos Pon-  
 tifex magno numero in urbem (ipso teste in Bulla) conuocauit, circa has  
 subtilitates versantur, & earum gratia de nouo hoc Calendario suo iacti-  
 tare non erubescunt: quod ipsum tam perfectum sit, ne *VLLI VN-*  
*QVAM MVLTATIONI* sic obnoxium futurum: quod profecto  
 de subtilitatibus Astronomicis constanti ratione a se obseruatis, intelligunt.  
 Si enim in eis quicquam desideretur, certum est, quod tam preclara per-  
 petuè perfectionis, omnibus seculis duratura iam nequaquam possit huic  
 ipsorum Calendario competere. Vnde *GREGORIVS XIII.* Pa-  
 pa non veretur canonum illorum subtilitatibus totum orbem Christianum  
 sub metu indignationis ipsius *DEI OMNIPOTENTIS*, ac  
 Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius, subijcere, non aliter quam  
 si magna pars aeternae salutis in his subtilitatibus esset reposita. Idcirco ha-  
 ipsa subtilitates mihi hic examinanda sunt, vt demonstraret, quam ineptum  
 sit, quam etiam impossibile, velle annum Politicum huiusmodi sub-  
 tilitatibus vincire; quia non correctio, sed confusio Calendarij inde subse-  
 qui necesse habet. Vnde manifestum euadit, quam infeliciter hoc ipsum  
 in nouo Calendario fuerit tentatum.

HIS verbis multa verè, (ne videamur improbare etiam, si quid ali-  
 quando dixerit boni) multa ad Calendarij noui usum valde accom-  
 modate est locutus; multa item falsò, per calumniam, vt eius mos est,  
 pronunciauit. Verissime quidem dixit, in anno Politico, & Eccle-  
 stico Astronomicas subtilitates non esse consecandas, neminemque  
 Politicorum, & Plebeiorum hisce grauandum esse: quod & nos vltro  
 fatemur. In toto enim Calendario, postpositis veris motibus, medio  
 duntaxat, seu potius Cyclo Politicis, & Plebeijs cognitu facillimos  
 perpetuò adhibuimus. Liquet hoc & ex anni Solaris æquandi ratio-  
 ne, cum ea ad anni medij magnitudinem sit instituta, & ex Cyclo  
 Epactarum, qui ad Nouilunia, & Plenilunia indicanda Calendario  
 inscriptus est; quippe qui motum Lunæ, eiusque cum Sole coniunctio-  
 nes, oppositionesque æquales semper assumat. Vt vel hinc conijci li-  
 ceat, Maestlinum temere, & inconsiderate tanto impetu, tantaque fe-  
 rocia



rocia in Calendarium nouum inuehi, cum illud subtilitatibus Astronomicis oppagner, quas ipse quoque nobiscum in Calendarij negotio conseruit esse reiiciendas.

*Nulli sermoni  
in Calendario  
opponendum.*

VERE quoque affirmavit, neque Iulium Cæsarem in anni restitutione eiusmodi subtilitates adhibuisse, (sicuti neque nos in hac Calendarij restitutione eas secuti sumus) neque Patres Concilij Nicæni de illis quicquam monuisse. Ex quo sequitur temerarium eum esse, & procacem in suo Examine, qui ut ingenij sui subtilitatem ostenderet, eam solum ob causam Calendarium improbat, quod subtilitatibus Astronomorum, id est, veris motibus non omni ex parte responderet.

VERVM denique est, quod ait, ex eo tempore, quo Dionysius Ahas Cyclum decennouenale aurei numeri restituit, vel (ut uerius dicamus) eum ab Eusebio Cæsariensi Concilij Nicæni temporibus conditum, atque a Theophilo Alexandrino expositum, illustratumque Romano Calendario inscripsit, nulla in eo facta mutatione, nisi quantum supputationis ratio postulat, propter diuersa Calendariorū initia: ex eo tempore, inquam, propter sublatis verorum motuum subtilitates, concordiam maximam in Paschæ celebratione seruata esse. Atque utinam eandem hanc pacem ac concordiam ipse cum cæteris, qui ab Ecclesia Catholica descenderunt, unā nobiscum inire, & conseruare in animum inducat, ut nimirum, accurato illo verorum motuum calculo relicto, medios, seu Cyclares (ut ita dicam) motus cum Ecclesia Catholica sequatur: quemadmodum præci illi Christiani libentissime studio pacis, & unitatis, Cyclum Ecclesie a Dionysio Calendario inscriptum acceperunt, licet sæpenumero ex eo Cyclo aliter, quàm Patres ac Concilia decreuerant, (quod aliter fieri non poterat, ob imperfectam Cycli conditionem, ac naturam) Paschæ solennitas celebrata fuerit; quippe cum hac nostra ætate (ut festos Paschæ dies illegitimos superiorum temporum præteream) ante Calendarij correctionem, in quolibet spatio decennouennali sexies Pascha, propter solam Æquinoctij anticipationem, per illum Cyclum non rectè sit celebratum. Id quod accidit, quotiescunque hi sex aurei numeri, 3. 6. 8. 11. 14. 19. occurrerunt. Omnium enim horum Lunæ XIIII. ex constitutione Patrum Nicæni Concilij Paschales erant in Martio. Nam aureus numerus 6. suam XIIII. reponebat in diem 11. Martij, in quo Æquinoctium fiebat, alij verò quinque aurei numeri suas XIIII. post diē 11. & ante 21. Martij, in quo Ecclesia Æquinoctium collocauerat, constitutas habebant; atque ideo celebrationi Paschæ congruentes erant: quas tamen omnes Ecclesia respuebat, tanquam inutiles; quod ante tempus sui Æquinoctij, hoc est, ante diem 21. Martij, monstrarent Lunas XIIII.

*Quoties Pascha  
ante Concilij  
Nicæni institutionem  
celebrata sit, post  
eius institutionem  
Calendarij reformationem.*

SILENTIO prætereo errores, qui in eodem Pascha celebrando, ob aurei numeri a recto cursu declinationem commissi sunt, propterea quod aurei numeri toto quatruiduo, eoque amplius Nouilunua mon-

strabant ferius, quàm oportebat. Adeo ut ab anno 1500. ad annum 1582. vsque, quo correctum est Calendarium, hoc est, in spatio 82. annorum, festi dies Paschæ 54. fuerint non rite celebrati, & tantùm 29. rite. Et nisi restitutum esset Calendarium, in reliquis 17. annis vsque ad annum 1600. duodecies Pascha perperam celebratum esset, quinque duntaxat recte. Ab anno autem 1624. deinceps nullum Paschæ amplius futurum esset legitimum, sed omnia contra sanctiones Pontificum, & Concilij Nicani fuissent celebranda. Quæ omnia diligentissime collecta sunt a Paulo Middelburgensi lib. xij. Paulinæ. Vt hinc etiam appareat necessitas huius correctionis a GREGORIO XIII. instituta, ne videlicet in tam foedos errores Ecclesia laberetur, concordiamque illam, & consensionem fidelium turbaret, aut penitus dissolueret.

CVI igitur dubium esse potest, quin Mæstlinus odio potius Romani Pontificis, quàm pacis, & cõcordiæ studio, populo Christiano persuadere tẽt, ut nouo Calendario expulso, antiquũ retineat? Multò. n. maior cõcordia, atq. cõsensus in Pascha celebrando seruaretur in nouo Calẽdario, quàm in veteri, si illud Mæstlinus, seditiosus pacificator, alijque hæretici, deposita inueterata in summum Pontificem ira, recipere uellent. Neque. n. ut ex sequentibus liquido constabit, tot ac tam turpes errores in Paschæ celebratione in nouo Calendario committi possunt.

EXPOSVI quæ uerè, quanquam non sincero animo, dixit Mæstlinus: nunc, quæ falsò dixerit (quæ ex animo locutus est) uideamus. Primum igitur falsum est, quod negat, gratum sibi esse, de subtilitatibus Astronomorum ullam hic questionem mouere: cum aliud nil agat in toto suo examine, nisi ut Calendarium nouum exagitet, hoc solo nomine, quod illis subtilitatibus non penitus congruat. Deinde, ne magis malitiosus dissimulator sui Consilij, quàm criminator alieni esset, falso insinuat, Calendarij auctorem, Pontificem, & ceteros Astronomos ad euendationem Calendarij a Pontifice conuocatos in his subtilitatibus uersari. Nam si huiusmodi subtilitates uouissimus consuetari, neque anni Solaris æquationem secundum mediam anni magnitudinem instituissemus, neque Cyclum Lunarem Calendario inscripissimus, sed hæc omnia ex tabulis Astronomicis præcipissimus obseruandæ.

FALSVM denique est, & a uero longe alienum, atque adeo impudentissimum mendacium, GREGORIVM XIII. in Bulla Calendarij totum orbem Christianum, sub metu indignationis omnipotentis DEI, subtilitatibus Astronomorum subijcere, non aliter, quàm si magna pars æternæ salutis in his subtilitatibus esset reposita. Nam in tota illa Bulla nullum inuenias uerbum, quo harum subtilitatum mentio fiat; solosque eos anathemate ferit Pontifex, qui pacis, & concordie perturbatores sunt, atque ad edictum suum contumaces, quorum signiferum, ac Ducem se Mæstlinus profitetur. Atque in hac pace conseruanda, magna pars æternæ salutis, non in Astronomorum subti-

Nisi Calendarium  
fuisse uerè  
Paschæ post annum  
1582. semper cõ  
tra decretum Cõ  
cilij Nicani cele  
bratum esse.

Necessitas eone  
dionis Calenda  
rij, adseruata ma  
xime.

Mæstlinus pro  
cedit in Pontifi  
cem Romanum  
persuadere, ut  
Calendarium esse  
mucosum.

Quæ in eodẽ pro  
põ Mæstlini  
sunt.

Mæstlinus falsò af  
ferre, in Calẽd  
rio nouo obserua  
ta esse subtilita  
tes Astronomi  
co.

Quæ Pascha p  
tinet in eodẽ  
argumento contra  
eos qui Calenda  
rium nouum cõ  
seruauit.

subtilitatibus est reposita; quòd sine obedientia, quæ Pontifici Romano, ut CHRISTI Vicario, & pastori uniuersali totius Ecclesiæ, debetur, & quæ sola pacem tuetur inter fideles, salus æterna nulli spectanda sit. Sed argumentum hoc, quod Pontifex Romanus iure potuerit sub excommunicationis pœna imperare, ut nouum Calendarium obseruetur, doctissime tractatum est a Ioanne Busæo in disputatione Apologetica pro Calendario Gregoriano, aduersus Iacobum Heerbrandum Mæstlini in eodem impietatis, ac maledicentiæ morbo sordalem, ad quam lectorem reijcimus.

QUÆ cum ita sint, non est Mæstline quod has ipsas subtilitates tibi examinandas suscipias, ut demonstres, quàm ineptum sit, quàm etiam impossibile, uelle annum Politicum huiusmodi subtilitatibus uincite, quia non correctionem, sed confusionem Calendarij inde subsequi necesse est. Sponte enim, & libenti animo tibi damus, atque concedimus, fieri non posse, ut annus Politicus Astronomorum subtilitatibus uinciatur, perturbationemque maximam in toto orbe Christiano exorituram, si ea ad Calendarium abhibeantur. Hanc namque ob causam eas negleximus, medijsque motibus, siue Cyclis potius contenti fuimus. Quæ in re nemo iure nos, uel te ipso iudice, si tuo iudicio stare uelis, reprehendere potest. Gratias interim tibi & agimus, & habemus ingentes, quod causæ nostræ tuis hisce uerbis ita strenue faueris, ut unus ex ijs, qui restitutioni Calendarij interfuerunt, fuisse uidearis. Sed iam ad argumentorum solutionem ueniamus.

QUOD igitur ad primum argumentum Mæstlini attinet; fateor, in hoc correctionis negotio tabulas Prutenicas, tanquam hæc ætate celebriores, ac probabiliore esse adhibitas. Hinc enim factum est, ut cum doceant, interdum plures annos, quàm 134. requiri, ut Æquinoctium anticipet unum diem in Calendario, interdum uerò pauciores, æquatio anni Solaris ad mediam anni magnitudinem instituta sit, perinde ac si singulis spatijs annorum 134. uno die uersus principium mensis Æquinoctium progredereetur; ut hac mediocritate nimia illa tarditas, ac uelocitas quodammodo compensaretur.

NEQUE uerò huic rei tabularum inconstantia, aut uarietas officit. Nam, ut Cap. v. diximus, perfectio, ac perpetuitas Calendarij non consistit in eo, quòd Æquinoctium in die 21. Martij ita fixum sit, atque stabilitum, ut ab eo nunquam, etiam nostra, uel aliquaquamque adhibita æquatione, possit dimoueri, cum hoc fieri nullo modo possit, cum ob tabularum mutabilitatem, quasquam tandem sequi uelimus, tum uerò, si uia quædam media, æquabilis, siue regularis, & ad vulgi caprum accommodata deligenda sit, ut ratio postulat, & in Calendario emendato obseruatum est: sed in eo potius perpetuitas Calendarij existit, ut supra dictum est, quod in eo Cyclus Epactarum eo artificio sit dispositus, ut nihil unquam in eo futuris seculis immutandum sit, sed intactum prorsus Calendarium sit permanens, etsi

Mæstlini de No  
Calendario nouo  
sunt.

Solaris primi ar  
gumenti Mæstli  
ni.

Tabulas Pruteni  
cas ad Calendarium  
restitur. ad esse  
adhibitas.

Institutionis tabu  
larum Astronomi  
carum non obesse  
perfectiōni, ac p  
petuari Calen  
dij noui.

per intercalationem, aut omissionem diei vnus, aut plurium, ex Decreto summi Pontificis, *Æquinoctium* ad 21. Martij reuocandum erit, si forte longius ab eo prolapsum comperiat, vt ad eum sua sponte, sine hoc remedio, reuerti nequeat. De hac porò Calendarij perpetuitate vberius libro 2. Cap. 4. agemus; vbi etiam docebimus, quia ratione Nouilunia quoque, ac plenilunia, si opus sit, corrigi possint, nulla prorsus in Cyclo Epactarum, qui Calendario inscripius est, mutatione facta.

H V C accedit, quod, vt proximo Cap. dictum est, *Æquinoctium* secundum nostram *æquationem*, & tabulas Prutenicas, etiam post 20000. annos, ad diem 21. regreditur, licet interim modo ad 23. modo ad 19. diem euagatum sit: quod absurdum non est, cum nulla *æquatio* anni Solaris *æquabilis*, ac vniformis *æquinoctium* possit in ipso die 21. conseruare, ac retinere, vt eodem Cap. ostendimus.

NON ergo opus est, (quod ille ait) vt Calendarij auctor omne hic suum robur intendat, & nos eius defensores coniungamus vires nostras, vt hoc Elogium Pontificis, quo Calendarium reformatum ad omnem anni magnitudinem congruere gloriatur, conciliemus cum nostra hac *æquali* in 400. annis anticipatione, ne *Æquinoctium* verum verum ex manibus nostris elabatur, sicut anguilla. His. n. pene verbis Mæstlinus audacter omnes nos prouocat, & instar militis gloriosi de nobis triuphnm se egisse inaniter iactat, non semel nobis exprobrando, nos non posse, quicquid moliamur, *Æquinoctium*, quod diei 21. Martij magno labore affiximus, detinere. Non, inquam, tanta animi contentione opus est, quia nullo negotio *Æquinoctium* vel in sua sede hærebit, vel certe ad eam, si quando ab ea discesserit, restituetur, si remedium, de quo dictum est, congruis temporibus, ex auctoritate Romani Pontificis, adhibeatur, quod tamen perquam rarò accidet. quod ex his, quæ diximus, facile apparet.

PER PER AM deinde secundum Mæstlini argumentum probat, *Æquinoctium* per 10. dierum exemptione, *æquationemque* nostram, præsentibus annis non congruere. Anni enim 1584. 1596. 1612. 1624. quos exempli causa ponit, omnes sunt bissextiles. Quare mirum non est, *Æquinoctium* in illis, propter diem intercalarem additum, versus diem 20. Martij a 21. procedere; quanquam iure optimo diei 21. ascribi etiã possit, cum in omnibus illis annis post Solis occasum contingat, nimirum hor. 10. 9. 8 ac 7. post meridiem: quod & supra ad initium huius Capituli asseruimus. Et verò omnibus Astronomis cognitum est, duos minimum dies *Æquinoctio* tribuendos esse, propter annos communes, ac bissextiles, etiamsi intercalatio quarto quoque anno adhibita exquisitissime anno Solari congrueret. Vt hinc illud quoque perspicue appareat, Mæstlinum in suo examine sycophantam esse, & nodum (sicut est in proverbio) in scirpo querere. Rectissime ergo *Æquinoctium*, quod ad annos præsentis attinet, ad 21. Martij reuocatum est.

Quod

Quod autem post annum 1640. magis semper, ac magis versus anni principium progressurum sit Equinoctium, (Nam anno 1645. qui non est bissextilis, sed primus post bissextilem, accidet die 20. Martij, Hor. 12. Min. 24. post meridiem: Anno verò 1697. qui primus etiam est post bissextilem, idem cadet in diem 20. Martij, Hor. 9. post meridiem) id mirificè omissionem diei intercalaris anno 1700. faciendam comprobat, vt nimirum hoc modo in annis post bissextilem Equinoctium ad diem 21. retrahatur.

NEQVE verò restitutio hæc (vt Mæstlinus calumniatur) est tantum versuræ solutio. Nam etsi futuris annis post 1700. ob ipsam hanc diei exemptionem, Equinoctium annorum, omni secundi sunt, ac tertij post bissextiles, transferetur in diem 22. Martij, & longo post tempore in 23. etiam diem, (quod in tertio quoque argumento obijcit Mæstlinus.) non tamen vitio uerti hoc pot. si nostræ æquationi, sed inæqualitati anni Solaris. Cum enim, vt supra ostensum est, æquatio anni æquabilis ac regularis debeat esse, vt ab omnibus possit percipi, anni autem magnitudo inæqualis sit, modo maior, modo minor; sit, vt, si adhibeatur æquatio mediæ anni magnitudini congruens, quæ sola æqualis est, (quemadmodum vsus Ecclesiæ postulat) Equinoctium non possit in die 21. Martij perpetuo conscruari, vt proximo Cap. ostendimus, sed a 21. die modo ad 22. & 23. diem deuioluetur, modo ad diem 20. & 19. transcendat. Deuioluetur autem ad 22. & 23. diem, quando anni magnitudo maxima erit, atque idcirco plures anni, quàm 134. ad anticipationem vnus diei requirentur, vt hoc nostro seculo ferè contingit, accidetque continenter vsque ad annum 2080. propterea quod toto hoc tempore annus uertens maior est Alphonsino, vt ex antecedenti Cap. liquet. Sed inde ad 21. diem regreditur, cum annus uertens minor fiet Alphonsino, quod tunc pauciores annos, quàm 134. ad vnus diei anticipationem Equinoctium desideret. At verò ex die 21. ad 20. & 19. Martij progreditur Equinoctium, quando propter minimam anni magnitudinem ad 21. diem regressum erit, & annus adhuc minor reperietur, quàm annus Alphonsinus. Quam primum autem annus maior efficietur, retrocedet Equinoctium a die 19. & 20. ad 21. Dies ergo 21. Martij Equinoctio assignatus, medium quodammodo locum tuetur inter diem 23. & 19. ad quos vsque ita excurrit Equinoctium, ut vltra excurrere uix possit, ne plurimorum quidem spatio seculorum, sed in die 21. vltro regrediatur, vt proximo Capite ostensum est. Itaque hæc, Mæstline, aut versura non est, aut si quo modo versura dici potest, non decoctoris ad perdendam, sed prudentis patrisfamilias ad constituendam rem familiarem versura, temporis causa, putanda est.

QVOD si quis obijciat, ex hac Equinoctij ad diem 23. Martij, & ad 19. excursionem effici, vt Pascha possit & in vltimo mense, & in secundo

Restitutio An-  
quinoctij ad a. d.  
21. Martij, per  
omni sunt diei in  
tercalaris a. d. o.  
1700. ob esse vtr  
sueq. solutio, et  
Mæstlinus cal-  
lumniant.

Acquiescit, ob  
annu inæqualita-  
tem in utriq. parti-  
ci a die 21. reced-  
da.

Quando equino-  
ctij ex die 21. ad  
22. & 23. deuiolu-  
etur, & quòd  
ad 21. reuertatur.  
Quando idem ex  
die 21. ad 20. &  
19. recedit, &  
quando inde ad  
22. & 23. progreditur.

Diem 21. Martij  
equinoctio assign-  
atus, mediū in  
co habere inter  
23. diem, & 19.  
ad quos utriq. ex-  
currere potest equi-  
noctium, et inde  
spatio vnus ad diei  
21. reuertatur.

Debitum.

*Solutio dubitationis.*

*Pascha raro in altissimum, vel secundum medium in quatuor Calendas incidit.*

*Novum non esse, ut interuenit Pascha in altissimum, vel in secundum medium incidat.*

*Pascha necessario celebrari nouum quam in secundum mensis, quod sunt dies, quos regnum dicitur prohibere ac Calendarium ut res retineatur, si non nouum retineatur.*

*Calendarium correctioni desiderari non fuisse, si equinoctium ad diem 11. Martij progressum, ipso suo ad 11. regredi cessasset, nulli adhibito remedio.*

celebrari: quod absurdum esse videtur: Respondeo primum, per raro hoc posse accidere. Etsi enim *Æquinoctium* ad diem 22. vel 23. deuoluatur, nunquam tamen propterea *Pascha* in ultimo mense celebrabitur, nisi cum *Epacta* XXI. vel XXI. erit in usu: quod raro continget, cum non in quolibet cyclo decennouennali *Epactarum* utraq; *Epacta* XXI. & XXI. in usum veniat, sed ex omnibus 30. *Epactarum* cyclis, in octo duntaxat. Nam ex reliquis 22. cyclis, *Epacta* XXI. reperitur sola in 11. cyclis, & *Epacta* XXI. in alijs 11. ut postea ex tabula *Epactarum* expansa patebit. Huc accedit, quod hic error, si quando occurrat, saepenumero per litteram Dominicalem tollitur, ita ut *Pascha* post *æquinoctium* celebretur, etsi illæ *Epactæ* in usu sint, & suas XXI. Lunas in mensum duodecimum conijciant. Pari ratione, quamquam *Æquinoctium* ad diem 20. vel 19. Martij progrediatur, nunquam tamen idcirco *Pascha* in secundum mensum reijcietur, nisi *Epacta* XXI. vel XXV. currente, quod etiam raro fiet.

DEINDE fac utrumque accidere; nouum tamen id in DEI Ecclesia, & inusitatum non est, cum id ipsum necessario quoque contigerit ipsius Concilij Nicæni temporibus, quando Decretum de recta *Paschæ* celebratione conditum, vel potius confirmatum est, ut supra Cap. v. demonstraui. Quin etiam quanquam annus solaris æquatione non egeret, sed *Æquinoctium* semper diebus 21. & 20. Martij affixum esset, atque vetus *Calendarium* retineretur, reijceretur tamen *Pascha* necessario in secundum mensum, quoriescunque, *Æquinoctio* in 20. Martij incidente, (quod in annis bissextilibus necessario posse fieri, supra ostendimus) Luna XXI. in 20. Martij caderet. Nec verò quisquam in hoc Ecclesiam Catholicam iure reprehendet, quod nonnunquam *Pascha* celebretur in primo, vel secundo mense, quando id ratio cycli, vel dies *Æquinoctio* præfixus ita exigat; cum à iugo legis *Mosaicæ* sit liberata. Nonne enim ante *Calendarij* correctionem *Pascha* frequentissime in secundum mensum, & in tertiam primi mensis hebdomadam fuit reiectum, & tamen nemo propter hoc Ecclesiam ausus est condemnare? Satis est, ut Ecclesia *Pascha* ex Patrum, ac Conciliorum decretis celebretur, seruat certo quodam die *Æquinoctij*, licet non semper in eo contingat, & adhibito cyclo Lunari ad Lunas XXI. inquirendas, quamquam interdum hæc XXI. a uero motu discrepent.

EGO quidem cum alijs viris doctissimis permultis in ea semper fui sententia, ut existimarem *Æquinoctium* ab Ecclesia non debuisse corrigi, quanquam ad diem 11. vsque Martij excurrerit, si inibi cursum inhibuisset, & sponte sua, nulla adhibita æquatione, ad 21. diem regredi cœpisset. Quanto magis ergo nunc contenti esse debemus æquatione hac quadringentesimo quoque anno adhibenda secundum neodian anni magnitudinem omnium facillima, quæ *Æquinoctium* a sede constituta, hoc est, a die 21. Martij, non longius amoueri patitur, quam duorum vel trium ad summum dierum intervallo?



IAM verò si contingat, æquinoctium in diem 21. Martij omnino deferere: siue versus finem mensis, siue versus initium progrediendo, ita ut in destinatum sibi sedem non possit remeare, dictum iam sæpius est, qua ratione per intercalationem, vel omissionem aliquot dierum extraordinariam, ex edicto Summi Pontificis, ad diem 21. sit restituendum. Id quod perpetuitati Calendarij non repugnat, ut diximus.

HIC porro progressus, regressusque æquinoctij locum solum habet in tabulis Prutenicis, præuisusque antea fuit ab ijs, qui Calendarij iussu Summi Pontificis emendarunt, ut ex compendio nouæ rationis restituendi Calendarij ad Principes Christianos misso intelligi potest, in quo tam æqualis, regularisque æquatio ad magnitudinem anni mediam accommodata, quam inæqualis, irregularisque ex Copernici doctrina descripta est. Retenta autem est prior, tanquam facior, & ad Ecclesiæ usum accommodatior, ut dictum est supra. Quod si forte Prutenicæ tabulæ tam certæ non sint, ut diu durare possint, sed Alphonsinæ motui Solis rectius respondeant, ut plerique Astronomorum affirmant, non erit huic progressui, regressuique Æquinoctij vllus locus, sed per longam seculorum seriem in assignata sibi sede permanebit. Deinde verò iterum ad eam restituendum erit, si quando ab ea discesserit, quemadmodum supra diximus. Vides igitur, Masline, quam facile per intercalationem, vel omissionem intercalationis extraordinariam, huic difficultati de progressu, regressuque Æquinoctij pos sit hoc nouo Calendario medicina fieri, si opus fuerit, etiamsi non cuncti, ut flagitabas, omnem suam eruditionem in unum aceruum conferrant. Vtinam tam facile tuæ menti medicina fieri potuisset: pro se & iam intelligeres, nostro Calendario nulla opus esse alia medicina.

EX his, quæ proxime dicta sunt, facile responderi potest ad tertium argumentum, hoc est, ad exempla futurorum annorum, quibus aduersarius probat, Æquinoctium ad 21. Martij ad 22. & 23. usque prolabi. Dicendum enim est, id necessario ita fieri debere, propter anni solaris inæqualem magnitudinem, cui nulla æquatio uniformis, ac regularis omni ex parte respondere potest, ut in antecedenti Cap. ostendimus. Nam cum hoc tempore uersetur serè in maxima anni magnitudine, quid mirum est, Æquinoctium annis 1800. & 1900. uersus finem mensis deuolui, cum æquatio nostra regularis, & uniformis plures dies intercalares eximat, quam maxima anni magnitudo requirat? Etsi autem hisce annis æquinoctium uerum, propter nostram æquationem, post diem 21. Martij contingat, non est tamen hoc absurdum, cum per se, nullo adhibito remedio, ad eandem postea diem 21. regrediat, si tabulas Prutenicas sequamur, quæ solæ Æquinoctium insequentibus centesimis annis uersus finem mensis deuoluunt. Nam annis 1080. 1296. 2512. 2724. & alijs, Æquinoctium iterum in die 21. uel circa reperietur, ut ex antecedenti Cap. perspicuum est.

MONENDVS autem hoc loco mihi Lector uidetur, (quod & supra non semel significauimus) aduersarium in omnibus illis annis

Excessum æquinoctij a die 21. locum solum habere in tabulis Prutenicis.

Solutio tertij argumenti.

Quare æquinoctium in parte finis ceteris annis a die 21. uersus finem mensis deuoluunt.

vsurpare Aequinoctium verum ex Prutenicis tabulis, quod ad rem, de qua agimus, non facit; quippe cum nos de Aequinoctio medio secundum calculum Alphonsinorum loquamur in nostra aequatione: quod quidem in medio ferè semper progressus atque regressus Aequinoctij veri, ex Copernici doctrina, a 21. die Martij versus initium mensis, & versus finem, residere, supra ostensum est. De hoc enim nos loqui, manifeste constat ex aequatione quadringentesimo quoque anno adhibenda; quæ soli anno Alphonsino conuenit, & quæ per multa secula Aequinoctium verum Copernianum circa 21. diem ita conseruabit, vt ab eo non longe possit euagari: quod quidem ad vsum Ecclesiæ, vt festum Paschæ eodem tempore celebretur in vniuerso orbe Christiano, facis est.

NEQVE hoc quidem ignorauit Mæstlinus, adeo vt si pacato & tranquillo animo de Calendario vellet iudicare, non posset non nobiscum facere, idemque sentire, & omnibus persuadere, (nisi eum ab hoc Consilio odium Romani Pontificis abstraxisset) vt vetere expulso, nouum Calendarium reciperent. Ita namque non longe a principio Cap. 1. scribit. *Aequalis quidem annus tropicus est dierum 365. horarum 5. Scrup. 49. Sec. 56. hoc est, a quadraginta diei, siue a sex horis deficit 10. Minutis, & 44. Secundis ferè. Vnde in annis 34. complet anticipatio vnum ferè diem, & annis 402. ferè totum triduum. Ecce quomodo Mæstlinus coactus vi veritatis idem, quod nos, asserit, Aequinoctium videlicet, secundum mediam anni magnitudinem, quæ equalis est, aequaliter semper versus initium mensis progredi, ita vt spatio quolibet 402. annorum eius progressio totum triduum completatur.*

CÆTERVM stimulante improbitate, ad ingenium reuersus, videns ac volens ruit, cum statim subiungit, nos debere, relicto medio hoc anno, verum considerare: quod concedendum nulla ratione est in rebus Ecclesiasticis, atque Politicis. Nam & ipsemet supra statuit, neminem Politicorum, & Plebeiorum subtilitatibus Astronomicis grauandum esse, & diffuse satis a nobis Cap. 4. ostensum est, medios potius motus, quam veros, in mobilium festorum celebratione ab Ecclesia esse adhibendos.

DEINDE post vnâ ferè paginam sic quoque ait. *Sin verò quis obiciat, quod motus caelestes eiuſmodi aequationibus ligentur, quibus quicquid alibi admittatur, id alibi restituatur, vnde mutua compensatione facta, futurum, vt Aequinoctium verum verum ad 21. Martij redeat. Respondeo, etsi aequationes alibi sint addenda, quæ alibi minuantur: eorum tamen restitutio non nisi post aliquot centenos, veltiam millenos annos absoluitur, vt mox dicitur; at interim toto illo tempore Ecclesia se peccatis, & quidem absurdissimis (sic nominantur huiusmodi errores a Calendary auctore, Canone 2.) pollueret, quando ipsa persuasi à Pontifice Gregorio xiiij. falso crederet, quod Aequinoctium verum non medium, sed vnum, semper in 21. Martij sedem suam fixam teneret. vnde futurum,*

Aequinoctij  
eodem vno  
modo vni  
ter anticipat  
ni dicit in 14.  
annis, ubi: 140  
Medio.

rum, ut Pascha (sicut infra demonstrabitur) etsi iuxta Calendarij præscriptionem obseruetur, non tamen conueniente tempore celebretur. Hic ergo rursus videtæ vestri Calendarij certitudinem.

HIS rursus verbis clare testatur Mæstlinus, nostram æquationem vaiformem, & æquabilem compensare tarditatem, velocitatemque anticipationis Æquinoctij veri secundum annum inæqualem, & irregularem. Ut iam frustra tam atrox bellum aduersus Calendarium suscepisse eum appareat. Nam etiamsi compensatio hæc non fiat, nisi post centenos aliquot, aut etiam millenos annos, tamen tempore intermedio non multum a vero Æquinoctio recedet Ecclesia, vt propterea non dici possit se polluere peccatis absurdissimis, (quibus quidem ipse Mæstlinus se polluit, cum hæc obijcit Ecclesiæ) quod a vero Æquinoctio aliquantulum discedat. Nunquam enim Pontifex GREGORIVS XIII. in Bulla Calendarij populo Christiano persuadere conatus est, verum Æquinoctium secundum Calendarij restitutionem in 21. Martij fixam semper sedem tenere, sed de medio tantum locutus est, vel potius de Æquinoctio anni medij, & æqualis, quod a vero non longe abesse potest, si æquatio annorum 400. adhibeatur; cum differentia non magna sit, & ultra duos aut tres dies vix excreseat; adeo vt post 2000. annos, & eo amplius, verum Æquinoctium adhuc in die 21. Martij, vel circa reperitur, ex tabulis Prutenicis, si illa æquatio 400. annorum non intermittatur. Et verò si ante correctionem Calendarij Æquinoctium Ecclesiasticum, quod 21. Martij fieri putabatur, a vero distabat 10. diebus, & tamen nemo, nisi impius esset, Ecclesiam propterea in Deum peccasse vnamquam dixit: quis tam impudens erit, atque auidax, præter vnum Mæstlinum, vt Ecclesiam peccati ream faciat, si post restitutionem Calendarij Æquinoctium Ecclesiasticum a vero interdum distet vno, aut altero ad summum die, præsertim cum per se, nullo alio remedio adhibito, ad suam sedem reuertatur?

QVOD verò attinet ad Pascha non congruo tempore celebrandum, si Æquinoctium medium, non verum, sequatur Ecclesia; respondeo, absurdissimum peccatum fore, si quis dedita opera terminos Paschales ita præscriberet, vt Pascha non legitimo tempore, & contra Patrum, Conciliorumque decreta celebraretur, cum eisdem aliter, & quidem aptius posset disponere: at quando ex natura Cyclorum, qui medijs motibus potius debent, quam veris conuenire, interdum contingit, Pascha non legitimo tempore celebrari, ita vt error hie vitari nequeat, nisi veri motus asciscantur, (quod fieri non oportere, Cap. 4. ostensum est) nullum peccatum censei debet. Nullus etenim Cyclus tam perfectus, & omnibus numeris absolutus esse potest, vt omnem errorem euitare queat, vt supra diximus, & clarius Cap. 5. lib. 2. exponemus. Vide ergo tu, Mæstline, nostri Calendarij certitudinem, quam videre nollis, quæ quidem tanta est, quantam per Cyclos, quibus necessatio alligatur, habere po-

Ecclesia in Deo non peccat, quia Æquinoctium a vero distat tantum non aut altero die, et aliter ad diem 21. reuertitur: quomodo enim non peccat ante correctionem, statendo illud die 21. quod die 21. debet.

Quando peccat si Pascha debita tempore non celebratur, & quando non.

test, neque illam unquam euerteret, etiam si omnes machinas adhibeas

SEDE videamus adhuc unum locum nostri aduersarij, ubi iterum concedit, medium Æquinoctium, si æquatio 400. annorum adhibeatur, multis seculis posse habere sedem fixam in certo aliquo die. Hic autem locus est ad calcem primi Capituli, ubi ita in Calendarium nouum, homo ridibundus, inuehitur. *Non minus ridiculum est, quod Calendarij huius auctores, quos Mathematicos esse conuenit, motum, seu anticipationem Æquinoctij veri, non aliter, quam ut motum medium computant. Sed quid quæso in Astronomia absurdius dici potest? cum omnis Astronomica scientia in eo potissimum consistat, ut doceat, quam inæquales sint motus veri, seu apparentes, & quantum a medijs differant. Quamobrem etsi media Æquinoctia hac triduis intra 400. annos omissione possent forsan multis seculis (non tamen omnibus, sicut patet in mea Dialectici Cap. xi. Animaduersione liij. secundi defectus Astronomici) habere sedem propemodum fixam in una certa die: Hoc tamen negotium non de Æquinoctio verno medio, quod incidit non in 21. sed in 23. Martij, agitur. Hoc ergo cum auctores Calendarij non perenderint, prostitutum se egregie deridendos, quod in ijs ballucinantur, que cuius ex Astronomia tyronibus nota esse conuenit. Sicut autem verum Æquinoctium a medio potest toto quatrinduo recedere in antecedentia, quemadmodum supra dictum est de anno 1200: Eo enim anno verum prius fuit medio 4. diebus, quantum scilicet 19. dies a 23. distat: quod fieri solet, quoties utraque prosthapharefsis Æquinoctiorum, & anomalie Solis annue fuerit maxima, & addenda: Ita quando utraque futura est maxima, & subtrahenda, (si mundus tam diu subsisteret: quanquam nouum Calendarium de nouissimo aliquo die nihil nouit, aliqui non continuaret suos canones ad 40. mille annos post CHRISTVM natum) ibi tum idem verum Æquinoctium sequetur post medium itidem quatrinduo, & incidet in 27. diem Martij. Vbi hic est 21. Martij? Laudibus vestris, vos Mathematici, videmini Calendarium vestrum nimis alte supra astra eleuasse, adeo ut Æquinoctium eius vertigine correptum, hinc inde nuscando, tandem ex sedili suo, quod firmum fixistis ei in 21. Martij, delapsum sit, & in illos alios dies deciderit. Succurrite ergo clienti vestro, ne nimium errando vos omnino deludat, & pudesciat, sicut iam statim sequitur. Adde enim & hoc, quod vos considerare velim. Hoc nostro quidem seculo, dum apogæum Solis adhuc circa Solstitium æstiuum moratur, sit, ut prosthapharefsis annua anomalia, que debetur motui eius die Æquinoctij verni, sit non tantum addenda, sed etiam prope maxima: Idcirco ipsum Æquinoctium vernum verum, propter prosthapharesim Æquinoctiorum alias addendam, alias subtrahendam, nucat a die 21. reciproce ad 19. & ad 23. Martij. Verum propter apogæi descensum versus Libram, sit, ut addenda hæc prosthapharefsis paulatim attenuetur. donec tandem omnino annihiletur. At ubi apogæum Solis superauerit Libra priores partes; eadem prosthapharefsis,*

phareffis, qua Aequinoctij verni diei cedit, augebitur denuò, sed subitulo subtractionis, &c. Hinc necessario subsequetur, ut reciproca Aequinoctialis diei nutatio non amplius dependeat a 21. Martij, sed transeat in diem 22. 23. 24. vsque in 25. eiusdem, a singulis eorum similiter biduo ante, & biduo post nutando. Itaque futurum erit, (loquor denuò ex sententia novi Calendarij, quod nullum diem nouissimum habet) ut Aequinoctium vernum verum tandem 21. Martij tandem penitus deserat, adeo ut etiam nulla nutatione eum amplius attingere possit. Fiet autem hoc circa annum CHRISTI 4700. Quaquam enim hoc idem Aequinoctium interea maiorem huius temporis partem conficiet extra diem 21. Martij, vagando per 20. 22. 23. 24. & 25. interdum tamen recipiabitur rursus etiam in 21. eiusdem. Verum ubi ad annum 4700. peruentum fuerit, reditus eius ad 21. Martij nullus unquam amplius expectandus erit, donec 15000. anni post CHRISTVM fuerint completi. Considerate iterum, vos Mathematici, quam PERPÉTVA, & FIXA sit sedes aequinoctij vestri in 21. Martij. Videtis hic, quod ipsum per decem mille annos, & ultra, non inuenietur in 21. sed vel in 22. 23. 24. 25. 26. vel etiam 27. die Martij. Et hoc quidem futurum est, adhuc eo tempore, quo Calendarium hoc nouum perfectissimam certitudinem sibi pollicetur. Nam calculum hunc ego nondum tam procul extendi, quin Calendarij auctorisuum calculum ad annos multo remotiores produxerit. Sic ergo, vos Calendarij noui defensores, cernitis, quam exquisitum habeatis Calendarium, tale nimirum, quod velut praefractus & indomitus equus, nec procedere, nec retrocedere vult, immo quod in primo vestibulo falsum apprehenditur, dum ad primam suam stationem, tanquam locum natium, redire nec vult, nec potest. in quo etiam pro 21. die, omnes reliqui a 19. vsque ad 27. vobis insimul obruduntur, item in quo Aequinoctium vernum verum, ut plurimum, in alijs illis diebus, varijs autem, immo si integras revolutiones diellarum anomaliarum spectetis, rarissime in 21. die versatur. Quid autem hac in paschali festo turbent, parebit ex sequentibus. Quare non amplius dubium vobis esse potest, quin sciatis, vos non tantum misere esse deceptos, sed etiam, ne soli sitis miseri, vos vestris Consilijs, & approbationibus, alios quoque, ad recipiendum hoc vitiosum Calendarium deceptisse. Sed quid interim conscientia vestra? Respondete si potestis.

HIC enim vero Tubingensis iste Thrafo, aliquanto hilarior, quasi parta victoria, in Calendarium debacchatur. In hac enim verbosa iactatione, si demas pauca illa verba, quibus affirmat, media Aequinoctia, tridui intra 400. annos omissione, posse forsan multis seculis habere sedem propemodum fixam in vna certa die; quot, DEVS Bone, mendacia, quot uana & absurda continentur? Primum enim, qui potest esse ridiculum, quod Calendarij huius auctores anticipationem Aequinoctij, instar motus medij, computant: qua itera ratione verum esse potest, hoc in negotio Calendarij non de Aequinoctio verno medio agi, cum plurimis argumentis Cap. 4. demonstratum sit, Ecclesiam in Paschæ solennitate celebranda medios duntaxat motus,

Ridiculum non esse, sed necessarium, ut aequinoctium verum in Calendario celebraretur, non auctoris uerum.

veris posthabitis, adhibere? Quod cum auctores Calendarij perpenderit, videat aduersarius, ne (quod ipse de illis affirmat) se prostituat egregie deridendum, quod in ijs hallucinatur, quæ cuius ex computi Ecclesiastici Tyronibus nota esse conuenit, nimirum medius motus, aut potius Cyclos ab Ecclesia vsurpari, veris motibus postpositis. Videat rursum, ne se ridiculum, & temerarium præbeat, cum homo nullius pretij, atque consilij, leges Ecclesiæ imponere audeat, eamque de diuturna consuetudine, possessioneque Cyclorum, aut mediorem motuum, temere velit deicere, verisque astringere motibus: præsertim cum is ipse asserat, vt supra ostendimus, subtilitates Astronomicas in rei veritate nihil conducere ad annum Politicum, & Patres Concilij Niceni nihil de his subtilitatibus monuisse. In quo quidem, si mentiri in animum induerat, mendacem (quod prouerbio fertur) memorem esse oportuit.

Mæstlinum temere uelle Ecclesiæ ueris motibus astringere.

Mæstlini falsò asserere, æquinoctium mediū fieri die 23. Martij, postq̃ quadragesimæ abesse a uero.

Quantum abesse possit mediū æquinoctium a uero.

DEINDE non uideo, ex qua Astronomia didicerit Ptolemæus iste Tubingensis, medium Æquinoctium in 23. Martij incidere, atque uerum ab eo posse toto quadriduo interdum distare. Nam si differentia inter uerum, & medium Æquinoctium est tempus æquationi præcessionis æquinoctiorum respondens, æquatio autem hæc ex tabulis Prutenicis, nunquam excedat Gradum 1. Min. 11. Sec. 22  $\frac{1}{2}$  non poterit utique unum ab altero abesse per diem  $1\frac{1}{2}$  ut pluribus superiore Cap. tradidimus. Quare cum hoc tempore uerum Æquinoctium fiat die 21. Martij, immo Mæstlino ipso auctore, ascendat ad diem 20. non poterit medium Æquinoctium in diem 23. incidere, sed necessario ante eum diem fiet. Præterea anno 1633. qui non longe admodum abest ab hoc tempore correctionis, cum anomalia præcessionis Æquinoctiorum denuò suam periodum incipiet, æquatio præcessionis Æquinoctiorum nulla erit, atque idcirco ambo Æquinoctia simul accident die 20. Martij post med. noc. ut proximo Cap. diximus. Vbi hic latet dies 23. pro Æquinoctio medio? Sunt ne dies 20. & 21. iidem, qui dies 23? Ego profecto ex ea Arithmetica, quæ mihi discenda fuit, (ita enim nobiscum tu iocaris) in hisce tribus diebus unum eundemque agnoscere non possum. Quod si tibi fuerit noua Arithmetica, quæso communica eam etiam cum alijs, ne tu unus sapere uideare.

Mæstlinum temere se ostendere, æquinoctium deo nisi posse ad 27. Martij.

IAM Æquinoctium uerum aliquando prolapsurum esse ad diem 27. usq; Martij, ut tu canillararis, propterea quod apogæo Solis in Libra constituto, æquatio præcessionis Æquinoctiorum subtrahenda est, ego nondum cognoscere potui, ne ex multorum quidem millium annorum calculo, ut ex proximo Cap. liquet. Quid enim? An non apogæum Solis anno 6004. in grad. 20. Libræ uertabitur, & tamen Æquinoctium limites dici 23. non transgredietur? Sanè dies 23. & 27. multum inter se differunt. Nonne etiam anno 10020. Æquinoctium paulo post 23. diem contingeret, apogæo Solis in grad. 10. Sagittarij commorante? Sed fac, Æquinoctium post 4700. usque ad 15000. annum deserere omnino diem



no diem 21. Martij, & ad finem mensis delabi, (quod contendis) nunquid post annum illum 15000. te etiam auctore, ad 21. non reuerteretur? Quod si durum tibi videtur, Ecclesiam toto eo tempore, quod inter annos 4700. & 15000. intercedit, a uero Æquinoctio aberrare, memento eam ante nouum Calendarium totos 10. dies, & quidem citra hominum offensionem, ab Æquinoctio abfuisse, ut mirandum propterea non sit, si interdum post Calendarij correctionem ab eodem distet duobus, aut tribus ad summum diebus: quod quidem ob inæqualem Æquinoctij progressionem accidit, si tabula Prutenicæ uerum docent: quanquam ab hoc etiam errore, si ita uisum fuerit, facile liberare se possit Ecclesia, si præcipiat dies aliquot intercalares extra ordinem uni anno adijci, ut supra monuimus: quod tamen necessarium non est, quandoquidem suapte natura Æquinoctium post aliquod temporis interuallum ad 21. Martij recurrit. Id quod ante correctionem non contingebat.

*Car abbas nō  
fr. Ecclesiam  
terram a uero  
æquinoctio ab-  
errare poss  
dixerat.*

**N A M** quod loquacitate plusquam scurrili Mæstlinus temere effudit hoc loco, & alibi quoque ad nauseam vsque inculcat, nouum Calendarium de nouissimo aliquo die nihil nosse, propterea quod in eo calculus ad 40. mille annos post CHRISTVM natum extensus est, quis non uidet, meras esse nugas, & non tam ad Calendarium euertendum prolatum ab eo esse, quam ut haberet, quod diceret; cum nouum Calendarium non propter nouissimum diem, sed ob Calendarij perpetuitatem, plures annos, & ætates in examen adducat? Certe omnes Astronomi tabulas suas multis annorum millibus accommodare docent, & tamen nemo propterea unquam dixit, illos de extremo die mundi nihil credere. Quod si Mæstlinus putat, auctorem Calendarij noui nullum diem nouissimum habere, propterea quod ad plures annos calculum suum extendit, non licebit utique per illum cuiquam calculum vltimum ad 1000. annos, immo neque ad 100. aut etiam pauciores extraherere, cum nemo tot annos ad nouissimum usque diem superesse, certò audeat affirmare. Sed videat homo religiosus, ac timidus, cuius scilicet aures, sicut olim B. Hieronymi, horribilis illa extremi iudicij tuba circumsonat, ne in tanta re nimium procaciter iocari uideatur, qui haud scio, an tam multis, tamque absurdis mendacijs fidelium aures onerare, pacemque Ecclesie perturbare conatus esset, si in nouissimo illo die, etiam de otiosis uerbis reddendam esse DEO rationem crederet.

*Mæstlini scurrili  
sermo de die  
nouissimo non  
Calendarij.*

**N E C** uerò nos, Mæstline, (quod tu insimulas) Calendarium in astra tollimus, ut periculum sit, ne Æquinoctium eius, uerrigine correptum (uti tu non sine aliqua fortassis vertigine capitis iocaris) hinc inde nutando, tandè ex sedili suo, quod firmum fiximus ei in 21. Martij, delabatur; sed modicis, uerisque laudibus id ornamus, cum in eo ita Æquinoctium diei 21. Martij affixum sit, ut hoc tempore, & futuris etiam seculis quamplurimis, ab eo nuret reciproce (ut tuo utar testimonia) ad 19. & ad 23. usque Martij diem: adeo ut dies 21. Martij ex hac obseruatione, sit medius terminus inter 19. & 23. Martij, ac proinde me-

*Martij. 21.*

*Callidus hōis  
Martij lauare  
et hinc  
diem in 21. die  
Martij, qui inter  
19. & 23. ad quos  
nunc exten-  
dit, modus ē.*

rito

ritò retinendus, ut immobilis, in computo Ecclesiastico, in quo non motus inæquales, sed æquales potissimum considerari debent, ut ex superioribus constat. Vide igitur, ne accersendi tibi sint, qui tuæ potius, quàm Calendarij, vertigini succurrant.

NOS quidem Calendarij noui defensores, quàm exquisitum habeamus Calendarium, non poenitet, tale nimirum, vt veluti domitus ac mitis equus, vtrunque res postulat, nullo negotio tum procedat, tum regrediat. Nam Æquinoctium secundum mediam anni magnitudinem infede sua, quam ei in 21. Martij assignauimus, ita conseruat, atque custodit, vt multis annorum seculis in medio Æquinoctij veri huc atque illuc, per Prutenicas tabulas, liberè euagantis consistat. Quo quid amplius in Computo Ecclesiastico desiderari potest? Nam conseruationem hanc medijs Æquinoctij nihil in Paschali festo turbare, posterius ostendemus. Quare (tuis te alloquor verbis) non amplius dubium tibi esse potest, (si quid in te residet sanctitatis) quin videas, te non tantum misere esse deceptum in laudabili hoc opere Calendarij oppugnando, sed etiam, ne solus sis miser, te tuis prauis Consilijs, & improbationibus alios quoque a recipiendo hoc emendato Calendario temere, & inique dehortari. Sed quid interim conscientia tua? Depone, depone odium illud inuereratum in Pontificem Romanum, Calendariumque nouum cum vniuerso orbe Catholico amplectere. Experieris enim, si rem sine amore, sine odio, & sine inuidia iudicare voles, Calendarium Pontificis non esse tam vitiosum, quàm tibi persuades, sed nihilo minus decoris laudatoribus, quàm vituperatoribus dedecoris afferre.

Solutio e. astronomici Mælini.

AD quartum quoque argumentum, quo Mæstlinus Æquationem nostram præteritis annis non congruere, conatur ostendere, facile ex ijs, quæ dicta sunt, responderi potest. Quanquam enim calculus Astronomicus rite institutus ad superiora etiam tempora possit extendi, non tamen propterea æquatio nostra quadragesimo quoque anno adhibenda in omnes annos præteritos ad aliusim quadrare potest, sicut neque in futuros, vt in solutione proximi argumenti diximus; Nostra enim æquatio, cum sit vniformis, & æqualis, progressio autem, & regressio Æquinoctij inæqualis, propter inæqualem Solaris anni magnitudinem, neque in præteritos annos retracta, neque in futuros extensa, penitus celestibus motibus conuenire potest, vt superiori Cap. declarauimus. Satis est, vt æquatio Æquinoctium non longe a vero Æquinoctio exhibeat, siue præteritis ea annis accommodetur, siue futuris; ita tamen, vt nonnunquam cum præteritis, futurisque annis conferriat: id quod æquatio Calendarij noui omnino præstat. Nam mirifice ea temporibus Ptolemæi responderet, qui circa annum Domini 130. floruit, cum exhibeat tunc Æquinoctium uernum die 21. Martij propter 11. dies, qui ablati fuissent vsque ad correctionis annum in annis 200. 300. 500. 600. 700. 900. 1000. 1100. 1300. 1400. 1500. (reliqui enim anni centesimi 400. 800. 1200. bissextilis permansissent) si tunc æquatio

Æquatione noui Calendarij exij. Vbi respicere ad nullis annis præteritis, ac futuris.

tio nostra fuisset in usu: quo quidem die fere Ptolemæus id fieri obseruauit. Rursus eadem æquatio exquisitissime Æquinoctium nonnullis annis futuris in die 21. Martij conseruat, nimirum circa annos Domini 1653. 2080. 2296. 2512. 2724. 3156. 3368. 15004. quibus temporibus Æquinoctium circa diem 21. Martij contingere superiore Cap. planum fecimus.

RECTE igitur æquatio nostra & præteritis, & futuris annis congruere dicenda est, cum eius Æquinoctium in medio quodammodo progressus, regressusque veri æquinoctij existat, hoc est, modo ante verum, modo post, modo denique vna cum eo contingat, instar mediorum Nouiluniorum cum veris Nouilunijs collatorum. Quæ cum ita sint, mirum non est, Æquinoctium anni 1200. quem aduersarius loco exempli ponit, si nostra æquatio adhibeatur, non omni ex parte cum vero Æquinoctio conuenire. Fieri enim non potest, ut æquatio uniformis, & æquabilis, quæcunque illa sit, motui uero plane respondeat, ut superiori Cap. explicatum est. Quamquam si rem paulo attentius uolemus considerare, reperiemus, eo anno nostrum Æquinoctium a uero parum distare. Nam uernum Æquinoctium uerum incidit tunc, ut tabulæ Prutenicæ docent, in 12. diem Martij hor. 6. post. mer. ita ut non immeritò diei 13. adscribi possit. Quare si usus emendati Calendarij eo tempore extitisset, dies 13. fuisset 20. propterea quod illorum 10. dierum anno t 582. omissorum tres posteriores cedunt tribus centesimis annis inter annum 1200. & 1600. Mirum autem non est, neque nouum apud Astronomos, Æquinoctium in anno bissextili, qualis fuit annus 1200. cadere in 20. diem Martij, si in anno communi in 21. incidit; cum Æquinoctium, propter annos bissextilis, & communes, duos dies deposcat, ut supra diximus.

EODEM serè modo quintum & postremum Marstini argumentum refellitur, quo ostendit, æquationem nostram temporibus Concilij Nicæni non congruere, eo quod ea, ut ait, ad annos præteritos retracta indicet, Æquinoctium temporibus Nicæni Concilij factum esse die 20. Martij, non autem 21. ut asserimus: quippe cum dies tantum 9. ad 10. usque tempus elidendi fuissent annis 1500. 1400. 1300. 1200. 1000. 900. 700. 600. 500. reliquis centesimis annis 1200. 800. 400. bissextilibus manentibus. Respondemus enim, ut supra respondimus, æquationem nostram æquabilem, ac regularem non posse quibusque annis siue præteritis, siue futuris ad unguem conuenire, propter motum Æquinoctij irregularem: sed satis esse, ut aliquibus respondeat, in alijs autem exhibeat Æquinoctium parum a uero distans, ut paulo ante explicauimus.

QVOD autem nostra æquatio pauciores interdum dies, quàm oporteat, elidendos offerat, si retroactis annis adhibeatur, mirum uideri non debet, cum medio serè tempore inter Ortum CHRISTI Domini, & annum correctionis 1582. anno uidelicet circiter 880. quo Albategnius uixit, anni magnitudo fuerit omnium minima, ac proinde an-

Solutio quorundam  
argumenti Marstini.

Æquatio uel  
Calendarij cur non  
uollet annis præteritis,  
& futuris  
pauciores dies, quàm  
res exigat, ostendat  
etiam tunc, cum  
lis aut plane.

de anticipatio *Æquinoctij* uelocissima. Hinc enim efficitur, ut paucioribus annis, quàm 134. hoc est, crebrius, quàm æquabilis, ac uniformis nostra æquatio requirit, propter minimam illam anni magnitudinem, omittendus tunc fuisset dies intercalaris: quemadmodum annis proxime futuris, quia annus ferè maximus est, rariis omittendus esset, si æquatio profus uero motui deberet respondere. Quod quia non fit, propter æquationem nostram, quam statuimus æqualem semper, & uniformem, consequens est necessario, ut propter nimis crebram diei intercalaris exemptionem annis 1700. 1800. 1900. faciendam, *Æquinoctium* a 21. Martij uersus finem mensis prolabatur aliquantum, ut supra ostendimus.

PORRO neque omnino uerum est, quod *Mæstlinus* ait, *Æquinoctium*, si nostra æquatio præteritis annis accommodetur, cadere in 20. diem Martij, tempore Concilij Nicæni. Nam si æquatio nostra rectè reuocetur ad annos antea actos, inueniemus dies 10. eximendos offerri usque ad tempora Concilij Nicæni. Nam anno 300. a quo præter annus illius Concilij absuit, eximendus fuisset quoque dies unus, si tunc æquatio hæc in usu fuisset, ac proinde *Æquinoctium* exhiberetur circa illud tempus die 21. Martij: adeo ut non solum annis, quibus *Ptolemæus* uixit, sed temporibus etiam Nicæni Concilij, quod non multo post *Ptolemæi* tempora celebratum est, nostra congruat æquatio. Malitiose igitur *Mæstlinus*, aut certe, quod ipse minime uideri uult, imperitè fecit, cum æquationem nostram ad annum dumtaxat 500. retraxit, cum eam ad annum 300. retrahere debuisset, qui prior fuit illi Concilio, quàm annus 500.

QVOD si urgeat aduersarij, quamuis æquatio ad retroacta tempora reducta eximat 10. dies usque ad annum 300. inclusive, qui uicinus fuit Concilio Nicæno, tamen si eadem æquatio a tempore Concilij incepisset, & ad nostra usque tempora esset producta, eximeret dumtaxat 9. dies, ut ipse in argumento sumebat: Occurrendum est, hoc non esse absurdum, propter causam paulo ante allatam, quia nimirum tempore interiecto annus fuit minimus. Dicitur quoque potest, tunc omittendum fuisse diem intercalarem anno 400. eo quod procul à Concilio, nimirum annis circiter 80. absuerit, ut *Æquinoctium* in sua sede detineretur, atque idcirco usque ad annum 1600. inclusive eximi oportuisset dies 10. in hisce centesimis 400. 500. 600. 800. 900. 1000. 1200. 1300. 1400. 1600. manente quarto quoque centesimo, quales fuissent, 700. 1100. 1300. bissextili.

SED ut ut est, siue nostra æquatio anno Concilij Nicæni respondeat omnino, siue non, certum apud nos fit, & ratum, 10. dies omnino eximendos fuisse, ut *Æquinoctium* ex die 11. Martij, ad quem progressum fuerat, ad 21. reuocaretur: quemadmodum si ad diem 29. Incarnationis Dominice (quod non pauci optabant) reuocandum fuisset, eximi oportuisset dies 14. tamen si ab Incarnatione Domini ad nostra usque tempora *Æquinoctium* non tot diebus sedem suam ant-

teuer-

Æquatio noni  
Calendarij quo  
facto ad tempora  
Concilij Nicæni  
retrahitur habet  
20 dies eximen-  
dos.

Necessarij in se,  
sed diem exipio  
ad, ut æquationem  
ex die 11. in 21.  
reduceret, sine  
æquatione 10 dies,  
fuisse emittendos  
atque ad Calendarium  
Nicænum ad.

teuerit, quippe cum ex obseruationibus Ptolemaei liquidò constet, tempore Incarnationis VERBI DEI Æquinoctium in 23. diem Martij incidisse.

ATQVE hæc dicta sint aduersus argumenta Mæstlini, quæ contra æquationem anni Solaris in nouo Calendario præscriptam malitiose, ac ueteratorie excogitauit. Ad quæ tamen, & ad omnia alia, quacunque afferri possunt, respondere licebit, si dicamus, cuncta illius argumenta sumi ex vero motu, eoque ex tabulis Prutenicis depropto, qui ualde inæqualis est, ac irregularis, & nulli Cyclo accommodari potest. Æquationem autem nostram niti motu medio, qui æqualis est, & magnitudine anni medij, qui regularis quoque, & æquabilis est. Itaque stabilitate sua, & æqualitate belle, atque concinne compensat veri Æquinoctij progressionem, regressionemque inæqualem, atque irregularem, ad plurima annorum millia; vt nunquam Æquinoctium huiusce æquationis a verò longius, quam duobus ad summum diebus, aut paulo amplius, recedat, modo illud anteuertendo, modo subsequendo: quod quidem satis est ad Pascha rite celebrandum ex Decreto Ecclesiæ, quæ in temporum supputatione motus medios, ac regulares, aut potius Cyclos, veris inæquabilibusque motibus curiositati, ac diligentia Astronomorum relicta, ex antiquissima consuetudine adhibet, atque considerat.

*Scypho generis ad nia arguenda, quæ circa æquinoctij Calendarij non afferri possunt.*

QVOD si fortè longo temporis intervallo acciderit, (quod fieri posse, ingenue fatemur, propter Astronomicarum tabularum inconstantiam) Æquinoctium noui Calendarij plus æquo a uero discessisse, restituendum erit verum, vt sæpe dictum est, ad diem 21. Martij, per intercalationem, uel intercalationis omissionem extra ordinem adhibendam, & deinceps uel eadem æquandi formula, quæ prius, retinenda, uel certe alia illi tempori aptior, ex Astronomorum sententia, præscribenda; ita tamen ut in Calendario, quod ad Epactarum dispositionem attinet, nulla mutatio fiat. Quia ratione, etsi Æquinoctium aliquando restitutione egeat, aut æquationis ratio mutanda sit, Calendarium tamen ipsum in Bulla Pontificis perpetuum appellatur, atque eiusmodi, quod ad quamcunque anni magnitudinem, per interruptam, aut uariatam æquationem accommodari possit, cum ipsum interim cum Epactis intactum, atque stabile, immutabileque proforsus permaneat, vt planius lib. 11. in æquatione Lunæ explicabitur.

*Calendarium uouum cur perpetuum dicatur à Pontifice.*

QVOCIRCA, quod tandem argumentum excogitari poterit, quod aduersus Calendarium eo, quo dictum est, modo perpetuum vim ullam habeat? Quamquam enim æquatio Solaris anni longo tempore Æquinoctium in 21. die non ita conferuet, vt emendatione non indigeat, non ramen propterea Calendarium vitiosum existimari debet, aut imperfectum, cum nulla re in eo mutata, Æquinoctium nullo negotio, per æquationem aliquo modo uariatam, si ita uisum fuerit, emendari possit. Atque alio certe modo, quam dictum est, nullum Calendarium construi potest, quod aut perpetuum sit, aut diuturnum, quippe

*Nullum Calendarium alio modo conditum posse, &*

L cum.

Nulli Callidiori  
alio nisi ostendi  
posse, quam qua  
Gregorianam &  
constructi, quod  
se perfecti, pro-  
tuumq; aut du-  
turum.

Quid requireat  
ut Calendarium  
aliquid abfolu-  
tum, & diuina  
sua potest.

Maximum, si u-  
lisset, ex compo-  
sitis restitutionis  
Calendarij perfecti  
se uis perfectum  
ut intelligere.

Cum omnia, quæ Astronomi de anni Solaris magnitudine, & inæqualitate subtiliter, & acute tradiderunt, incerta sint, ac dubia: ut de nulla eius æquatione, siue ea ad motum medium, siue ad uerum instituat, constantem, aut perpetuam, diuturnamue nobis ueritatem possimus polliceri.

QUOD si æquatio aliqua Solaris anni, cum Cyclo Lunari per dies Calendarij disposito, eo artificio instituat, ut nihil unquam in Calendario sit inuouandum, et si error aliquis in Æquinoctio in sede constituta conseruando deprehendatur, ita ut æquationem anni Solaris oporteat mutari ea ratione, quam supra tradidimus: tum demum Calendarium ipsum perfectum, absolutumque recte, ac merito censeari possit.

Cuiusmodi est Calendarium nouum a GREGORIO XIII. P. M. anno 1582. diuulgatum, ut partim ex ijs, quæ dicta sunt, liquet, partim uero, & multo quidem euidentius ex ijs, quæ dicentur, apparebit. Hæc si sincero, tranquilloque animo Mæstlinus perpen disset, profecto non tot uerba, & maledicta in nouum Calendarium tam temere euouauisset. Et uero nullo negotio, si summa in Pontificem Romanum maieculentia, & liuore non fuisset impeditus, poterat omnia hæc ex Compendio restitutionis Calendarij ad Christianos Principes misso intelligere, ubi apertissime declaratur, Cyclum Epactarum ad quamcunque anni magnitudinem accommodari posse, adeo ut in eo Calendario descripto, intercalationisque ratione quadringentesimo quoque anno, ut diximus, & eius etiam cycli æquatione, de qua infra differemus, adhibita, ita in posterum anni atque menses consensuri sint cum Solis, ac Lunæ ratione, ut nulla deinceps uarietas, aut dissensio, quæ alcius momenti sit, possit existere. Quod si quando acciderit, ut discrepantia aliqua oriatur, posse omnia facillima ratione in suum statum restitui, idem Compendium luculenter testatur. Eam namq; ob causam in eo duplex tabella æquationis Epactarum constructa est, una anno Alphonfino, qui medius est, & æqualis, congruens, altera respondens anno Copernici inæquali, atque irregulari: ut nemo iure nobis possit obiicere, nos non præuidisse, quæ contra Calendarium opponi possent, aut non intellexisse, quatenus id possit dici perpetuum, & nulli unquam mutationi obnoxium.

SED de Calendarij defensione, quod ad æquinoctium spectat, satis superest, ut Epactas quoque, literas Dominicales, & festa mobilia eiusdem Calendarij, aduersus eundem Tubingensem Mathematicum defendamus.

PRIMI LIBRI FINIS.

APO-





# APOLOGIAE CALENDARII NOVI

ADVERSUS MICHAELEM MAESTLINVM  
Mathematicum Tubingensem

## LIBER SECVNDVS.



QVO PACTO CYCLVS DECENNOVEN-  
nalis annos 19. Solares exæquet.

### CAPVT I.



**I**X P E D I T I S superiore libro ijs, quæ ad  
Æquinoctium spectât, restat vt hoc altero libro  
de Nouilunijs, plenilunijs quæ, ex vsu consue-  
tudineque Ecclesiæ agamus, omniaque aduer-  
sarij argumenta, quibus & Nouilunia, Quar-  
tasdecimas Paschales, & Cyclum literarum Do-  
minicalium oppugnat, diluamus. Primum igitur,  
vt, qua ratione Cyclus decennouennalis  
aurei numeri annis 19. Solaribus congruat,  
aperiamus; Annus Lunaris, quemadmodum

de Solari Cap.v. proximi libri diximus, duplex est, Ciuilis vnus vel Po-  
liticus, Astronomicus alter. Ciuilis ex diebus integris constat, & est

L 2 duplex:

Annus Lunaris ci-  
uilis quod, pauci  
plur, & qua. ruz.

duplex: Communis, atque Embolismicus. Communis continet dies modò 354. modo (quod rarò euenit) 353. quorum ille plenus, hic cauus, seu deficiens appellari solet, atque vterque 12. Lunationes comprehendit. Embolismicus autem continet plerunquè dies 384. interdù vero (sed rarius) 383. Et prior quidè plenus, posterior verò cauus eodem modo dicitur, atque vterque 13. Lunationibus continetur. Neque aliter Lunaris annus Ciuilis, quàm per integros dies, in Calendario disponi potest, aut supputari, quemadmodum neque Solaris; cuius rei rationem abunde Cap. v. superioris libri reddidimus. Eadem enim ratio anni Solaris in Lunarem conuenit.

Annus Lunaris  
Astronomicus quod,  
& quatuor.

ANNVS Lunaris Astronomicus medius, æqualisve (de vero namque, quòd admodum inæqualis sit, ac varius, & ad Astronomos pertineat, nihil hoc loco dicendum est) præter dies integros complectitur horas aliquot, horarumquè fragmenta. Vt annus communis 12. Lunationum continet Dies 354. Hor. 8. Min. 48. Sec. 38. Ter. 12. ferè: Embolismicus verò 13. Lunationum Dies circiter 383. Hor. 21. Min.

Mensis Lunaris  
magnitudo secun-  
dum motum me-  
dium.

32. Sec. 41. Ter. 23. Vna enim Lunatio, siue mensis Lunaris, secundum medium cùrsus, hoc est, interuallum temporis ab vno Nouilunio medio ad aliud, complectitur Dies 29. Hor. 12. Min. 44. Sec. 3. Ter. 11. fermè, ex tabulis Prutenicis, quæ hodie certiores habentur. Quæ Lunaris mensis magnitudo parum ab ea distat, quam Ptolemæus, & Nicolaus Copernicus nobis tradiderunt, & quæ in Alphonis tabulis describitur: vt vehementer mirer, vbi Computistæ inuenerint vnus

Mensis Lunaris  
magnitudo secun-  
dum Caputitas  
incho mirer.

mensis Lunaris magnitudinem Dierum 29. Hor. 12. Min. 44. Sec. 3. Ter. 3. cum eam omnes Astronomi statuunt maiorem. Ex magnitudine mensis Lunaris a nobis constituta sequitur, dimidiatum mensem Lunarem comprehendere Dies 14. Hor. 18. Min. 22. Sec. 1. Ter. 36. Quartam verò eiusdem mensis Lunaris partem, Dies 7. Hor. 9. Min. 11. Sec. 0. Ter. 48. Et si autem numeratio ista mensis Lunaris per dies, horas, horarumquè fragmenta, in Calendario, quod dies solum integros continet, describi non potest, eius tamen cognitio per necessaria est, vt menses Lunares ciuiles, siue Politici ita instituantur, vt cum anno Solari possint congruere. Quod qua ratione per Cyclum decennouennale fiat, hoc loco explicandum est.

Lunaris mensis  
magnitudo.

ITAQVE in Cyclo decennouennale constituitur mensis Lunaris Ciuilis, Dierum 29. Hor. 12. duntaxat, omisiss horarum fragmentis. Et quoniam in Calendario horæ describi non possunt; disponuntur numeri Cycli decennouennalis ad Nouiluniam inquirenda eo artificio, vt Lunationes alternis contineant dies 30. & 29. Ita enim fit, vt 12. horas, quæ antecedenti Lunationi plus æquo tribuantur, insequens Lunatio auferat, duæquè Lunationes complectantur dies 59. duodecim verò Lunationes dies 354. qui annum Lunarem ciuilem constituunt; atque idcirco annus Lunaris ciuilis communis differat 11. diebus ab anno Solari communi dierum 365. Ex quo efficitur, vt Nouilunia insequentis anni contingant plerunquè 11. diebus prius, quàm Nouilunia.

Lunationes I Ca  
lebratio cur fit  
alternis dierum  
30. & 29.

nia anni superioris; ita vt *si v. g.* Nouilunium aliquod sit die 29. alicuius mensis hoc anno, idem anno insequenti sururum sit die 18. eiusdem mensis; anno tertio, die 7. atque ita deinceps, donec 19. anni compleantur, post quos Nouilunium illud iterum in diem 29. incidet: propterea quod omnes menses Lunares in 19. annis Solaribus comprehensi tot dies, atque horas ferè complectuntur, ex quot anni 19. Solares constituuntur. Nam anni 19. Solares (si tribuas cuilibet, ex Iulij Cæsaris institutione, dies 365. hor. 6.) continent dies 6939. hor. 18. in quibus conficiuntur Lunationes 235. & aliquid amplius, secundum cursum Lunæ medium; totidemque Lunationes ciuiles in iisdem annis 19. Solaribus includuntur. Lunationes namque 235. mediæ exigunt Dies 6939. & Horas insuper 16. duntaxat, Min. 32. Sec. 28. Ter. 5. ita vt anni 19. Solares superent 235 Lunationes medias Hora 1. Min. 27. Sec. 31. Ter. 55. Quod fit, vt Nouilunium media, transactis 19. annis Solaribus, contingat quidem eisdem diebus mensum, quibus ante annos 19. fiebant, non autem eisdem prorsus horis, sed aliquanto prius, ea nimirum, quam diximus, seruata excessu ratione. Tantulum est temporis spatium, quo Luna sedes sibi in Calendario constitutas, in 19. annis anteuertit. Ex quo fit, vt in 76. annis, hoc est, in 4. Cyclis decennouennalibus easdem sedes Luna anticipet Hor. 5. Min. 50. Sec. 7. Ter. 40. ac tandem in annis 312½. die fermè toto. Hinc factum est, vt Nouilunia a Concilio Nicæno ad nostram usque ætatem quatruido, & eo amplius, ad mensium initia sint progressa.

CONTINERENT autem in 19. annis Solaribus Lunationes ciuiles 235. ita plantum faciemus. Quoniam in anno quolibet existunt 12. Lunationes dierum 30. & 29. alternæ, quæ constituunt dies 354. habebuntur in 19. annis Lunationes 228. & insuper dies 209. constati ex 11. diebus, quibus Solaris annus Lunarè, ut supra diximus, superat. Ex his 209. diebus constituuntur 7. Lunationes extraordinariæ, quæ Embolismicæ dicuntur, sex quidem dierum 30. singulæ, & vna dierum 29. ut infra dicemus. Atque hæ septem Lunationes extraordinariæ illis 228. adiectæ conficiunt numerum 235. Lunationum. Rectè ergo Cyclos Lunæ comprehendere dicitur annos Solares 19. cum in hoc spatio temporis compleantur 235. Lunationes, quot nimirum in eodem intervallo secundum medium Lunæ cursum fieri possunt, nisi quod manet illa differentia, quam diximus, Horæ 1. Min. 27. Sec. 31. Ter. 55. Sed doceamus paulo accuratius, quo pacto Lunationes 235. Ciuiles annis 19. Solaribus comprehensæ expleant tempus totidem Lunationum Astronomicarum secundum motum medium. Nam cum in Ciuilibus omittantur horarum fragmenta, nimirum Min. 44. Sec. 3. Ter. 11. vnus horæ in qualibet Lunatione, non videntur Astronomicis Lunationibus Ciuiles æquari posse. Veruntamen fragmenta illa relicta bellissime compensari per dies bissextiles, & septem Lunationes extraordinarias, hinc cognosces.

LUNATIONES ciuiles 235. si cuilibet tribuantur dies 29 ½ hoc

*Nonnullis per quolibet annum obtingat plerique 11. diebus prius, q. proxime antecedente anno.*

*Anni 19. Solares quot dies continent.*

*In 19. annis solares sunt Luna tates mediæ 235.*

*Quanta sit differentia inter dies annorum 19. Solaris, & dies Lunationum 235. mediarum.*

*Quanta sit anticipatio mediarum Lunationum in 19. annis, & quanta in 76.*

*Lunationes mediæ anticipatio unum diem in annis 312. & dimidio.*

*In 19. annis Solaribus continentur 235. Lunationes ciuiles.*

Quo pacto 235.  
Lunationes ciu-  
iles in 19. annis  
in 19. diebus contē-  
tae explentur tem-  
poraliter Lun-  
ationis mediā  
et in quolibet  
annorum 19. Solarium  
41. hor. 3. Ter. 11.

hoc est, si eas alternis constituamus dierum 30. & 29. (quod Cychum postulare diximus,) conficiunt Dies 693 2. & Horas 12. Totidem vero Lunationes Astronomicæ mediæ complectuntur Dies 693 9. Horas 16. Min. 3 2. Sec. 28. Ter. 5. Ad explendum ergo hoc tempus, desunt Lunationibus 23 5. Ciuilibus dies 7. & horæ 4  $\frac{1}{2}$ . & paulo amplius: qui defectus ita suppletur. In toto Cyclo decentiennali, præter dies integros annorum Solarium, supersunt horæ 114. collectæ ex 6. horis quolibet anno ommissis, quæ constituunt dies 4. intercalares, & horas 18. Dies ergo 4. in 4. annis bissextilibus tribuuntur quatuor Lunationibus Februarij 29. dierum, vt contineant dies 30. Auctæ igitur iam sunt Lunationes ciuiles quatuor diebus, sic, vt desint solummodo dies 3. & horæ 4  $\frac{1}{2}$  & paulo amplius; quem defectum ita quoque supplemus. Quoniam ex 7. Lunationibus Embolismicis, siue extraordinarijs, prioribus sex tribuimus tres dies, cum singulas constituerimus dierum 30. ita vt omnes sex superet sex Lunationes ordinarias dierum 29  $\frac{1}{2}$ . sexties duodecim horis, hoc est, tribus diebus; deerunt nobis iam horæ duntaxat 4  $\frac{1}{2}$ . & paulo amplius: Immo quia Lunationi septimæ, & vltimæ extraordinariæ, quæ in Cyclo continet dies tantum 29. dedimus horas 12. quas non habet. (Eam enim, sicut & alias, constituimus dierum 29  $\frac{1}{2}$ . quando omnes Lunationes 23 5. ciuiles comprehendere diximus dies 693 2. & horas 12.) deerunt horæ 16  $\frac{1}{2}$ . & paulo amplius; quæ restituantur per horas illas 18. quas in 19. annis, præter 4. dies intercalares, superesse diximus, remanebitque eadem illa differentia Horæ 1. Min. 27. Sec. 3 1. Ter. 5 5. qua anni 19. Solares superant Lunationes medias 23 5. Aptè igitur, & concinne Cyclos decennoennalis Lunæ annis 19. Solaribus congruit, cum Lunationes 23 5. ciuiles in ijs comprehensæ explant ferè tempus totidem Lunationum Astronomicarum mediocrium, vt exposuimus.

QVOD liquidius fortasse ita percipietur. Lunationes 228. ciuiles in 20. annis Solaribus comprehensæ, si cuiilibet anno tribuamus 12. Lunationes alternis dierum 30. & 29. constituunt dies 6726. quibus si addantur dies 209. ex 11. diebus, qui præter 12. Lunationes in quolibet anno Solari supersunt, collecti, fiet summa dierum 6935. quibus rursus si adijciantur 4. dies intercalares, & 18. horæ in 19. annis Solaribus contentæ, efficiuntur dies 6939. hor. 18. quot in 19. annis Solaribus continentur. Itaque etiamsi 23 5. Lunationes, vnamquamque statuendo dierum 29  $\frac{1}{2}$ . vltima excepta, quæ solum 29. dies habet, constituent dies tantummodo 6932. inseruntur tamen, atque adduntur extra ordinem in vniuerso ambitu Cycli decennoennalis reliqui dies 7  $\frac{1}{2}$ . qui colliguntur partim ex 4. diebus intercalaribus, & horis 18. partim ex 3. diebus, quos plus æquo sex Lunationibus extraordinarijs tribuimus, vt efficiatur numerus dierum 6939. hor. 18. quot ferè ad 23 5. Lunationes medias Astronomicas complendas requiruntur. Differt enim hoc tempus 23 5. Lunationum ab illo annorum 19. Solarium. Hora duntaxat 1. Min. 27. Sec. 3 1. Ter. 5 5, ut supra dictum est. At-

que

que hi  $7\frac{1}{2}$ . dies extra ordinem infiti suppleant propemodum Minuta illa 44. Sec. 3. Ter. 11. que in quaque Lunatione Ciuili omittuntur, & 12. alias horas, quas postremæ Lunationi extraordinariæ detrahimus; quippe quam dierum solum 29. constituimus, cum tamen aliæ omnes contineant dies  $29\frac{1}{2}$ . sex prioribus extraordinarijs exceptis, quarum singulæ 30. diebus constant, Nam Min. 44. Sec. 3. Ter. 11. in 23 s. Lunationes multiplicata, efficiunt dies 7. Hor. 4. Min. 32. Sec. 28. Ter. 5. quibus si adiungantur 12. illæ horæ in yltima Lunatione extraordinaria omisæ, fit numerus Dierum 7. Hor. 16. Min. 32. Sec. 28. Ter. 5. qui a numero dierum 7. hor. 18. differet tantum Hora 1. Min. 27. Sec. 31. Ter. 55. quantam differentiam supra diximus esse inter 235. Lunationes Astronomicas, secundum cursum Lunæ mediæ, & 19. annos Solares. Hic igitur est calculus Cycli Lunaris 19. annorum, siue Aurei numeri, quem mirabili sanè artificio Meton Atheniensis circa Olympiadem 86. excogitasse perhibetur, vt merito apud omnes ferè Nationes ad Nouilunij indaganda receptrus sit.

Vnde in 19. annis suppleunt Min. 44. Sec. 3. Ter. 11. que in quaque Lunatione Ciuili omittuntur, quæ cum 12. horis aliis Lunationi extraordinariæ additis.

Meton Atheniensis, excogitasse perhibetur, circa Olympiadem 86.

## QVO PACTO AVREI NUMERI IN CALENDARIO DISPONANTUR, & cur, ijs amotis, in eorum locum Epactæ substitutæ sint.

### CAP. II.



**C**VM veteres cognouissent Nouilunij, transactis 19. annis, ad eosdem dies reuerti, descripserunt in Calendario totidem numeros ab 1. vsque ad 19. quos aureos dixerunt, iuxta eos dies, in quibus quolibet annorum 19. spatio Nouilunij contingebant, ita vt 1. ei diei præfixerint, in quo currente aureo numero 1. Nouilunij fiebat; Et 2. illi diei, in quem Nouilunium incidebat, currente aureo numero 2. & sic de cæteris. Qua tamen in re diligenter obseruarunt, vt Lunationes essent æternis 30. & 29. dierum; Et ut Nouilunij vnus anni præuenirent antecedentis anni Nouilunij plerunque 11. diebus, propter illos 11. dies, quibus annus Solaris communis dierum 365. annum communem Lunarem dierum 354. superat. Ex hac descriptione aureorum numerorum emerfit inter illos ordo, & series eiusmodi, vt in Calendario non seruent ordinem naturalem numerorum, sed maior ferè numerus antecedit proxime minorem, 11. diebus, propter illos 11. dies, quibus annus Solaris Lunarem excedit: ita vt collocato v. g. aureo numero 1. prope diem aliquem cuiuslibet mensis, proxime maior aureus numerus 2. eum præcurrat versus principium mensis, vnde cum diebus, decem diebus interpositis: propterea quod anno insequenti Nouilunium eiusdem mensis vnde cum diebus antecedit superioris anni Noui-

Quæ ordine 20. rei anni 12. ne- teribus in Calen- dario collocati- fat.

ni Nouilunium. Ita quoque aureum numerum 19. in Calendario antecedit versus initiū mensis vndecim diebus aureus numerus 1. qui proxime sequitur aureum numerum 19. in serie numerorum naturali. Eademque ratio est in cæteris aureis numeris. Rarò admodum antecedit maior proxime minorem decem tantùm diebus, & multo rarius duodecim: quod tamen interdum contingit, natura Cycli decennouennalis id ita postulante.

In Calendario qui libet aureus numerus pignori 3 proxime antecedit, per additionem 8. vel 7 subtrahitur 11. A proximo vero si sequens 7 additur 11. vel 7 subtrahitur 8.

Minor aureus 19 merus in Calendario maioris anteceditem plerumque sequitur proxime: maior vero minorem non proxime, sed vno relicto die vacuo.

Quæ ratione ea primo aureo numero Calendarij, aut ex postremo, omnes alij Calendario inscribuntur.

HINC fir, vt in Calendario quilibet aureus numerus sequens constituat per additionem octonarij ad antecedentem aureum numerum, abiectis tamen 19. si summa maior fuerit, quàm 19. vel (quod idem est) per subtractionem 11. ex antecedenti aureo numero, additis prius 19. si superior aureus numerus maior, quàm 11. non fuerit, vt subtractio fieri possit. Rursus efficitur, vt vicissim antecedens quisque aureus numerus formetur per adiectionem 11. ad sequentem, abiectis tamen 19. si maior fuerit summa, quàm 19. vel (& in idem recidit) per subtractionem 8. ex aureo numero sequenti, additis prius 19. si sequens numerus maior non fuerit, quàm 8.

EX eadem dispositione aureorum numerorum in Calendario sequitur huiusmodi inter eos colligatio, vt sequens, si minor est, quàm antecedens, antecedentem sequatur proximè, non proxime autem, sed in tertio loco, relicto nimirum vno die vacuo, si maior. Quod tamen quibusdam in locis Calendarij non seruatur, sed interdum, etsi rarò, maior proxime etiam sequitur minorem, Cyclo decennouennali id necessario ita exigente, ut Lunationes videlicet constituantur alternæ 30. & 29. ferme dierum. Itaque cognito aureo numero, qui in principio Ianuarij scribitur, siue primo die id fiat, siue secundo, (tèpore Concilij Nicæni ponebatur aureus numerus 3. ad primum diem Ianuarij: Nunc autem post Calendarij correctionem, si aurei numeri in Calendario essent describendi, præfigendus esset aureus numerus 9. secundo diei) formabuntur ab eo omnes alij aurei numeri insequentes per additionem 8. uel subtractionem 11. vt dictum est, seruato hoc ordine, vt minor maiorem sequatur proxime, maior autem minorem non proximè, paucis locis in Calendario exceptis, de quibus mox nonnihil dicemus. Item cognito aureo numero, qui vltimus est in Decembri, siue postremum diem occupet, siue penultimum, formabuntur ab eo omnes alij aurei numeri antecedentes per additionem 11. uel subtractionem 8. &c. Sed quoniam vnica regula pro illis locis, in quibus maior numerus minorem sequitur proximè, tradi non potest, propterea quod non semper idè aureus numerus in principio Ianuarij, aut fine Decembri ponitur, sed alius alij succedit, quoad omnes aurei numeri Ianuarij principium occupauerint, æquatione Lunæ id ita postulante, vt infra dicemus; factilius eosdem aureos numeros in Calendario digere vni beneficio Epactarum in Calendario descriptarū, quarum dispositio & facillima est, & immutabilis, vt paulo post docebimus.

NON videtur tamen prætermittenda aureorum numerorum dispositio



fitio in Calendario, quo ante correctionem Gregorianam vsa est Ecclesia, & quo nunc post correctionem vteretur, si in eo aurei numeri, non autem Epactæ, deberent disponi: vt intelligatur, quibus in locis maior aureus numerus minorem sequatur proximè. Posito ergo numero 3. ad primum diem anni, vt tempore Nicæni Concilij factum est, formabuntur omnes alij per continuam additionem 8. reiectis semper 19. quando summa maior fuerit, quam 19. & posito minore proximè sub maiore, maiore verò sub minore non proximè, paucis hisce locis exceptis, vt Lunationes fiant alternis 30. & 29. dierum. Die 3. Februarij scribatur numerus 19. proximè sub minore 11. Et die 6. Aprilis; 4. Iunij; & 2. Augusti, numerus 16. proximè sub minore 8. Item die 3. Octobris, & 1. Decembris, numerus 13. proximè sub minore 5. Postremò, dispositis hoc ordine omnibus aureis numeris, promoueat in Julio, & omnibus alijs quinque mensibus insequentibus, vsque ad finem anni, aureus numerus 19. ad superiorem diem, vt proximè sub minore numero 11. collocetur: atque in eisdem mensibus numerus minor 8. scribatur non proximè sub 19. sed vno die vacuo relicto. Non me fugit, Campanum, & alios nonnullos, in Decembri non apponere numerum 13. ad primum diem, sed ad secundum, vna cum aureo numero 2. sed quia huic rei alij omnes reclamant, quòd absurdum sit, in vno Cyclo decennouennali duo Nouilunia in eundem diem incidere, qualia sunt ab aureis numeris 13. & 2. indicata, cum hæc, ex Campani dispositione, cadat in diem 2. Decembris; maluimus cum alijs Còputistis describere numerum 13. ad diem 1. Decembris proximè post minorè 5. vltimo diei Nouembris affixu. Hoc igitur modo aurei numeri ex sententia Concilij Nicæni in Calendario ante correctionem sunt collocati. Hoc verò tempore post correctionem ita essent collocandi. Descripto aureo numero 9. ad diem 1. Ianuarij, sortirentur alij omnes per continuam additionem 8. ut prius, hisce locis, propter Lunationes alternas 30. ac 29. dierum, exceptis. Ad diem 5. Februarij; 5. Aprilis; 3. Iunij; 1. Augusti; 29. Septembris, & 27. Nouembris, scribendus esset aureus numerus 14. proximè post minorem aureum numerum 6. Item vltimo die Decembris statuendus aureus numerus 19. proximè sub minori 11. Sed age, vt hoc discrimen magis appareat, vtrumque Calendarium cum aureis numeris eo, quo diximus, modo per dies anni digestis ante oculos proponamus.

*Quibus in locis maior numerus minorem sequatur prima in Calendario veteri, & in anno huius temporis, & ante concilium Nicænum fuerunt descripti.*

S E Q V I T V R

CALENDARIVM ECCLESIASTICVM,  
 quo Ecclesia à Concilio Nicæno vsque ad anni  
 correctionem à Gregorio XIII.  
 factam vsa est.

M IANVA-

IANVARIVS				FEBRVARIVS			
Aurei numeri	Litereꝝ Dñic.		Dies Mensis	Aurei numeri	Litereꝝ Dñic.		Dies Mensis
iiij	A	CAL.	1		d	CAL.	1
	b	iiij	2	xj	e	iiij	2
xj	c	iiij	3	xix	f	iiij	3
	d	Prid.	4	viiij	g	Prid.	4
xix	e	NON.	5		A	NON.	5
viiij	f	viiij	6	xvj.	b	viiij	6
	g	viiij	7	v	c	viiij	7
xvj	A	viiij	8		d	vi	8
v	b	v	9	xiiij	e	v	9
	c	iiij	10		f	iiij	10
xiiij	d	iiij	11	ij	g	iiij	11
ij	e	Prid.	12	x	A	Prid.	12
	f	IDIB.	13		b	IDIB.	13
x	g	xix	14	xviiij	c	xvi	14
	A	xviiij	15	vij	d	xv	15
	b	xvij	16		e	xiiij	16
xviiij	c	xvi	17	xv	f	xij	17
vij	d	xv	18	iiiiij	g	xij	18
	e	xiiij	19		A	xi	19
xv	f	xiiij	20	xij	b	x	20
iiiiij	g	xij	21	j	c	ix	21
	A	xi	22		d	viiij	22
xij	b	x	23	ix	e	viiij	23
j	c	ix	24		f	vi	24
	d	viiij	25	xvij	g	v	25
ix	e	viiij	26	vij	A	iiij	26
xvij	f	vi	27		b	iiij	27
	g	v	28	xiiiiij	c	Prid.	28
vj	A	iiij	29				
xiiiiij	b	iiij	30				
iiij	c	Prid.	31				

MARTIVS				APRILIS			
Aurei numeri	Litere Dñic.		Dies Mensis	Aurei numeri	Litere Dñic.		Dies Mensis
iiij	d	CAL.	1		g	CAL.	1
	e	vi	2	xj	A	iiij	2
xj	f	v	3		b	iiij	3
	g	iiij	4	xix	c	Prid.	4
xix	A	iiij	5	viiij	d	NON.	5
viiij	b	Prid.	6	xvj	e	viiij	6
	c	NON.	7	v	f	viiij	7
xvj	d	viiij	8		g	vi	8
v	e	viiij	9	xiiij	A	v	9
	f	vi	10		ij	iiij	10
xiiij	g	v	11		cd	iiij	11
iiij	A	iiij	12	x	d	Prid.	12
	b	iiij	13		e	IDIB.	13
x	c	Prid.	14	xviiij	f	xviiij	14
	d	IDIB.	15	viiij	g	xvij	15
xviiij	e	xvij	16		A	xvi	16
viiij	f	xvi	17	xv	b	xv	17
	g	xv	18	iiij	c	xiiij	18
xv	A	xiiij	19		d	xiiij	19
iiij	b	xiiij	20	xij	e	xiiij	20
	c	xiiij	21	j	f	xi	21
xij	d	xi	22		g	x	22
	e	x	23	ix	A	ix	23
	f	ix	24		b	viiij	24
ix	g	viiij	25	xviij	c	viiij	25
	A	viiij	26	vij	d	vi	26
xviij	b	vi	27		e	v	27
	c	v	28	xiiiij	f	iiij	28
vij	d	iiij	29	iiij	g	iiij	29
xiiiij	e	iiij	30	ij	A	Prid.	30
iiij	f	Prid.	31				

MAIVS			
Aurei numeri	Litereꝝ Dñic.		Dies Mensis
xj	b	<i>CAL.</i>	1
	c	<i>vi</i>	2
xix	d	<i>v</i>	3
viiij	e	<i>iiii</i>	4
	f	<i>iii</i>	5
xvj	g	<i>Prid.</i>	6
v.	A	<i>NON.</i>	7
	b	<i>viii</i>	8
xiiij	c	<i>vii</i>	9
ij	d	<i>vi</i>	10
	e	<i>v</i>	11
x	f	<i>iiii</i>	12
	g	<i>iii</i>	13
xviiij	A	<i>Prid.</i>	14
viij	b	<i>IDIB.</i>	15
	c	<i>xvii</i>	16
xv	d	<i>xvi</i>	17
iiiiij	e	<i>xv</i>	18
	f	<i>xiiii</i>	19
xiiij	g	<i>xiii</i>	20
	A	<i>xii</i>	21
	b	<i>xi</i>	22
ix	c	<i>x</i>	23
	d	<i>ix</i>	24
xvij	e	<i>viii</i>	25
vij	f	<i>vii</i>	26
	g	<i>vi</i>	27
xiiiiij	A	<i>v</i>	28
iiiiij	b	<i>iiii</i>	29
	c	<i>iii</i>	30
xj	d	<i>Prid.</i>	31

IVNIVS			
Aurei numeri	Litereꝝ Dñic.		Dies Mensis
	e	<i>CAL.</i>	1
xix	f	<i>iiii</i>	2
viiij	g	<i>iii</i>	3
xvj	A	<i>Prid.</i>	4
v	b	<i>NON.</i>	5
	c	<i>viii</i>	6
xiiij	d	<i>vii</i>	7
ij	e	<i>vi</i>	8
	f	<i>v</i>	9
x	g	<i>iiii</i>	10
	A	<i>iii</i>	11
xviiij	b	<i>Prid.</i>	12
viiij	c	<i>IDIB.</i>	13
	d	<i>xviii</i>	14
xv	e	<i>xvii</i>	15
iiiiij	f	<i>xvi</i>	16
	g	<i>xv</i>	17
xiiij	A	<i>xiiii</i>	18
	b	<i>xiii</i>	19
	c	<i>xii</i>	20
ix	d	<i>xi</i>	21
	e	<i>x</i>	22
xviiij	f	<i>ix</i>	23
vij	g	<i>viii</i>	24
	A	<i>vii</i>	25
xiiiiij	b	<i>vi</i>	26
iiiiij	c	<i>v</i>	27
	d	<i>iiii</i>	28
xj	e	<i>iii</i>	29
	f	<i>Prid.</i>	30

IVLIVS				AVGVSTVS			
Aurei numeri	Litere Dñic.		Dies Mensis	Aurei numeri	Litere Dñic.		Dies Mensis
xix vii	g A b	CAL. vi v	1 2 3	vii xv v	g c e	CAL. iiij ij	1 2 3
xvj v	c d e	iiij ij Prid.	4 5 6	xii o i	f g A	Prid. NON. viij	4 5 6
xii 8 i o	f g A	NON. viij vij	7 8 9	x e	b c d	vij vi v	7 8 9
x xvii	b c d	vi v iiij	10 11 12	xvii vi v	e f g	iiij ij Prid.	10 11 12
vij xi xv	e f g	ij Prid. IDIB.	13 14 15	xv xiiij xi	A b c	IDIB. xiiij xvij	13 14 15
iiii xiij	A b c	xvij xvi xv	16 17 18	xij j	d e f	xvi xv xiiij	16 17 18
j ix	d e f	xiiij xiiij xij	19 20 21	ix xviij	g A b	xij xi x	19 20 21
xvij vj	g A b	xi x ix	22 23 24	xvj xiiij	c d e	x ix vij	22 23 24
xiiij ii	c d e	vij vij vi	25 26 27	iiij xi	f g A	vij vi v	25 26 27
xj xix	f g A b	v iiij ij Prid.	28 29 30 31	ix viiij	b c d e	iiij ij Prid.	28 29 30

SEPTEMBER				OCTOBER			
Aurei numeri	Litere Dñic.		Dies Mensis	Aurei numeri	Litere Dñic.		Dies Mensis
xvj	f	CAL.	1	xvj	A	CAL.	1
v	g	iiii	2	v	b	vi	2
	A	iii	3	xiiij	c	v	3
xiiij	b	Prid.	4	ij	d	iiii	4
ij	c	NON.	5	i	e	iii	5
	d	viii	6		f	Prid.	6
x	e	vii	7		g	NON.	7
o	f	vi	8	xviiij	A	viii	8
xviiij	g	v	9	xvij	b	vii	9
xvij	A	iiii	10	xi	c	vi	10
xvi	b	iii	11	xv	d	v	11
xv	c	Prid.	12	xiiii	e	iiii	12
xiiii	d	IDIB.	13	iii	f	iii	13
xiii	e	xviii	14	xij	g	Prid.	14
xii	f	xvii	15	i	A	IDIB.	15
xi	g	xvi	16		b	xvii	16
x	A	xv	17	ix	c	xvi	17
o	b	xiiii	18	ix	d	xv	18
xviii	c	xiii	19	xvij	e	xiiii	19
xvii	d	xii	20	xvi	f	xiii	20
xvi	e	xi	21	xv	g	xii	21
xv	f	x	22	xiiii	A	xi	22
xiiii	g	ix	23	xiii	b	x	23
xiii	A	viii	24	xii	c	ix	24
xii	b	vii	25	xi	d	viii	25
xi	c	vi	26	xix	e	vii	26
x	d	v	27	xix	f	vi	27
xviii	e	iiii	28	xviii	g	v	28
xvii	f	iii	29	xvii	A	iiii	29
xvi	g	Prid.	30	xvi	b	iii	30
xv	A			xv	c	Prid.	31

NOVEM-



NOVEMBER				DECEMBER			
Aurei numeri	Litere Dñic.		Dies Mensis	Aurei numeri	Litere Dñic.		Dies Mensis
xii ij	d	CAL.	1	xi ij	f	CAL.	1
	e	iiii	2		g	iiii	2
	f	iii	3		A	iii	3
x	g	Prid.	4	x	b	Prid.	4
	A	NON.	5		c	NON.	5
	b	viii	6		d	viii	6
xviii vij	c	vii	7	vij	e	vii	7
	d	vi	8		f	vi	8
	e	v	9		g	v	9
xv iiij	f	iiii	10	iiij	A	iiii	10
	g	iii	11		b	iii	11
	A	Prid.	12		c	Prid.	12
xij j	b	IDIB.	13	j	d	IDIB.	13
	c	xviii	14		e	xix	14
	d	xvii	15		f	xviii	15
ix xvij	e	xvi	16	xvij	g	xviii	16
	f	xv	17		A	xvi	17
	g	xiiii	18		b	xv	18
vj xiiij	A	xiii	19	vj	c	xiiii	19
	b	xii	20		d	xiii	20
	c	xi	21		e	xii	21
iiij xj	d	x	22	xj	f	xi	22
	e	ix	23		g	x	23
	f	viii	24		A	ix	24
xix vij	g	vii	25	vij	b	viii	25
	A	vi	26		c	vii	26
	b	v	27		d	vi	27
xvj v	c	iiii	28	xvj	e	v	28
	d	iii	29		f	iiii	29
	e	Prid.	30		g	iii	30
			30	A	Prid.	31	

IN hoc Calendario uides profecto, singulos aureos numeros duodecies positos esse, toties nimirum, quot in anno Lunari communi Nationes continentur, exceptis ijs septem numeris, qui post diem 20. Decembris tertidecimo loco sunt repetiti, qui uidelicet priores quodque dies Ianuarij occupant. Quod idcirco te monitum uolo, ne putes, aureos numeros instar Cycli in Calendario disponi, ut scilicet aureus numerus primi diei Ianuarij formetur ab aureo numero ultimo anni per additionem 8. sicut ceteri. Hæc enim generatio sequentium aut eorum numerorum per additionem 8. ad superiores aureos numeros cessat omnino in fine anni, ac denuo incipit in principio anni ab eodem aureo numero, a quo prius incepit, nulla habita ratione aurei numeri, qui ultimus est mense Decembri. Idem profusus cernitur in Calendario, quod sequitur, ubi aurei numeri ita dispositi sunt, ut Nouilunia indicent ab anno restituto usque ad annum 1700. non secus, atque ab Epactis eadem Nouilunia in nouo Calendario monstrantur.

Scilicet aurei numeri in Calendario non sicut sicut cycli, ut prius ab ultimo formetur per additionem 8. quomodo aliorum quilibet a superiore pignatur.

10							
11							
12							
13							
14							
15							
16							
17							
18							
19							
20							
21							
22							
23							
24							
25							
26							
27							
28							
29							
30							
31							

SEQVITVR

CALENDARIVM ECCLESIASTICVM

quo post anni Correctionem à Gregorio XIII factam Ecclesia uti debet usque ad annum 1700. si aurei numeri pro Epactis in eo descripti essent.

1							
2							
3							
4							
5							
6							
7							
8							
9							
10							
11							
12							
13							
14							
15							
16							
17							
18							
19							
20							
21							
22							
23							
24							
25							
26							
27							
28							
29							
30							
31							

IANVA-

## IANVARIVS

Aurei num.	Litere Dñic.		Dies Mēsis
ix	A	CAL.	1
	b	iiii	2
	c	iii	3
xvij vj	d	Prid.	4
	e	NON.	5
	f	viii	6
xiiij iij	g	vii	7
	A	vi	8
	b	v	9
xj	c	iiii	10
	d	iii	11
	e	Prid.	12
viiij xvj	f	IDIB.	13
	g	xix	14
	A	xviii	15
v	b	xvii	16
	c	xvi	17
	d	xv	18
iij x	e	xiiii	19
	f	xiii	20
	g	xii	21
xvij vij	A	xi	22
	b	x	23
	c	ix	24
xv iiij	d	viii	25
	e	vii	26
	f	vi	27
xiij j	g	v	28
	A	iiii	29
	b	iii	30
	c	Prid.	31

## FEBRVARIVS

Aurei num.	Litere Dñic.		Dies Mēsis
ix	d	CAL.	1
	e	iiii	2
	f	iii	3
xvij vj xiij ij	g	Prid.	4
	A	NON.	5
	b	viii	6
xj	c	vii	7
	d	vi	8
	e	v	9
xix viiij	f	iiii	10
	g	iii	11
	A	Prid.	12
xvj v	b	IDIB.	13
	c	xvi	14
	d	xv	15
xiiij ij	e	xiiii	16
	f	xiii	17
	g	xii	18
x xvij	A	xi	19
	b	x	20
	c	ix	21
vij xv	d	viii	22
	e	vii	23
	f	vi	24
iiij xiij	g	v	25
	A	iiii	26
	b	iii	27
j	c	Prid.	28

N MAR-

MARTIVS				APRILIS				
Aurei num.	Litereꝝ Dñic.		Dies Mēsis	Aurei num.	Litereꝝ Dñic.		Dies Mēsis	
ix	d	CAL.	1	ix	g	CAL.	1	
	e	vi	2		xvij	A	iiij	2
	f	v	3			b	ij	3
xvij	g	iiij	4	vj		c	Prid	4
	A	ij	5		xiiij	d	NON.	5
	b	Prid	6			e	vij	6
xiiij	c	NON.	7	xj		f	vij	7
	d	vij	8		g	vi	8	
	e	vii	9			A	v	9
xj	f	vi	10	xix		b	iiij	10
	g	v	11		viiij	c	ij	11
	A	iiij	12			d	Prid.	12
viiij	b	ij	13	xvj		e	IDIB.	13
	c	Prid.	14		v	f	xviij	14
	d	IDIB.	15			g	xvij	15
v	e	xvij	16	xiiij		A	xvi	16
	f	xvi	17		ij	b	xv	17
	g	xv	18			c	xiiij	18
ij	A	xiiij	19	x		d	xij	19
	b	xij	20		xviiij	e	ij	20
	c	ij	21			f	xi	21
xviiij	d	xi	22	vij		g	x	22
	e	x	23		A	A	ix	23
	f	ix	24			b	vij	24
xv	g	vij	25	iiij		c	vij	25
	A	viij	26		xij	d	vi	26
	b	vs	27			e	v	27
xiiij	c	v	28	j		f	iiij	28
	d	iiij	29		ix	g	ij	29
	e	ij	30			A	Prid.	30
	f	Prid.	31					

M A I V S				I V N I V S			
Aurei num.	Litere Dñic.		Dies Mēsis	Aurei num.	Litere Dñic.		Dies Mēsis
xvij vj	b	CAL.	1	xvij	e	CAL.	1
	c	vi	2	vj	f	iiii	2
	d	v	3	xiiij	g	iiii	3
xiiij iiij	e	iiii	4	iiij	A	Prid.	4
	f	iiii	5	xj	b	NON.	5
	g	Prid.	6		c	viii	6
xj	A	NON.	7	xix viiij	d	vii	7
	b	viii	8		e	vi	8
	c	vii	9		f	v	9
xix viiij	d	vi	10	xvj v	g	iiii	10
	e	v	11		A	iiii	11
	f	iiii	12		b	Prid.	12
xvj v	g	iii	13	xiiij ij	c	IDIB	13
	A	Prid.	14		d	xviii	14
	b	IDIB.	15		e	xvii	15
xiiij ij	c	xvii	16	x	f	xvi	16
	d	xvi	17		g	xv	17
	e	xv	18		A	xiiii	18
x xviiij	f	xiiii	19	xviiij vij	b	xiii	19
	g	xiii	20		c	xii	20
	A	xii	21		d	xi	21
vij xv	b	xi	22	xv iiiiij	e	x	22
	c	x	23		f	ix	23
	d	ix	24		g	viii	24
iiiiij xiiij	e	viii	25	xij j	A	vii	25
	f	vii	26		b	vi	26
	g	vi	27		c	v	27
j ix	A	v	28	ix xvij	d	iiii	28
	b	iiii	29		e	iii	29
	d	iii	30		f	Prid.	30
		Prid.	31				

IV LIVS				AVGVSTVS			
Aurei num.	Litere Dñic.		Dies Mēsis	Aurei num.	Litere Dñic.		Dies Mēsis
vj	g	CAL.	1	xiiij	c	CAL.	1
	A	vi	2	iiij	d	iiij	2
xiiij	b	v	3		e	ij	3
iiij	c	iiij	4	xj	f	Prid.	4
xj	d	ij	5	xix	g	NON.	5
	e	Prid.	6		A	vij	6
xix	f	NON.	7	viiij	b	vij	7
viiij	g	vij	8		c	vi	8
	A	vii	9	xvj	d	v	9
xvj	b	vi	10	v	e	iiij	10
	c	v	11		f	ij	11
v	d	iiij	12	xiiij	g	Prid.	12
	e	ij	13	ij	A	IDIB.	13
xiiij	f	Prid.	14		b	xix	14
ij	g	IDIB.	15	x	c	xviiij	15
	A	xvij	16		d	xvij	16
x	b	xvi	17	xviiij	e	xvi	17
	c	xv	18	vij	f	xv	18
xviiij	d	xiiij	19		g	xiiij	19
vij	e	xij	20	xv	A	xij	20
	f	xy	21	iiij	b	xj	21
xv	g	xi	22		c	xi	22
iiij	A	x	23	xij	d	x	23
	b	ix	24	j	e	ix	24
xij	c	vij	25		f	vij	25
j	d	vij	26	ix	g	vij	26
	e	vi	27		A	vi	27
ix	f	v	28	xvij	b	v	28
	g	iiij	29	vj	c	iiij	29
xvij	A	ij	30		d	ij	30
vj	b	Prid.	31	xiiij	e	Prid.	31



## SEPTEMBER

Aurei num.	Litereꝝ Dñic.	Dies Mēsis
iiij	f	CAL. 1
xj	g	iiij 2.
	A	iiij 3
xix	b	Prid. 4
	c	NON. 5
viiij	d	viiij 6
	e	7
xyj	f	viij 8
	g	viij 9
xiiij	A	iiij 10
	b	iiij 11
	c	Prid. 12
x	d	IDIB. 13
	e	xviiij 14
	f	xviij 15
xviiij	g	xvi 16
	A	xv 17
	b	xiiij 18
xv	c	xiiij 19
	d	xix 20
	e	xi 21
xiiij	f	x 22
	g	ix 23
	A	viiij 24
ix	b	viiij 25
	c	viij 26
	d	v 27
vj	e	iiij 28
	f	iiij 29
	g	Prid. 30

## OCTOBER

Aurei num.	Litereꝝ Dñic.	Dies Mēsis
xj	A	CAL. 1
	b	vi 2
	c	v 3
xix	d	iiii 4
	e	iiii 5
	f	Prid. 6
xvj	g	NON. 7
	A	viii 8
	b	vii 9
xiiij	c	vi 10
	d	v 11
	e	iiii 12
x	f	iii 13
	g	Prid. 14
	A	IDIB. 15
xviiij	b	xvii 16
	c	xvi 17
	d	xv 18
iiij	e	xiiii 19
	f	xiii 20
	g	xii 21
j	A	xi 22
	b	x 23
	c	ix 24
xviij	d	viii 25
	e	vii 26
	f	vi 27
xiiij	g	v 28
	A	iiii 29
	b	iiii 30
iiij	c	Prid. 31

NOVEM-

NOVEMBER				DECEMBER			
Aurei num.	Litere Dñic.		Dies Mēfis	Aurei num.	Litere Dñic.		Dies Mēfis
xj	d	CAL.	1		f	CAL.	1
	e	iiij	2	xix	g	iiii	2
xix	f	iiij	3	viiij	A	iii	3
viiij	g	Prid.	4		b	Prid.	4
	A	NON.	5	xvj	c	NON.	5
xvj	b	viiij	6	v	d	viii	6
v	c	viiij	7		e	vii	7
	d	vi	8	xiiij	f	vi	8
xiiij	e	v	9	ij	g	v	9
ij	f	iiij	10		A	iiii	10
	g	iiij	11	x	b	iii	11
x	A	Prid.	12		c	Prid.	12
	b	ID/B.	13	xviiij	d	ID/B.	13
xviiij	c	xviiij	14	vij	e	xix	14
vij	d	xvij	15		f	xviiij	15
	e	xvi	16	xv	g	xvii	16
xv	f	xv	17	iiij	A	xvi	17
iiij	g	xviiij	18		b	xv	18
	A	xiiij	19	xij	c	xiiii	19
xij	b	xij	20	ij	d	xiii	20
	c	xi	21		e	xii	21
	d	x	22	ix	f	xi	22
ix	e	ix	23		g	x	23
	f	viiij	24	xvij	A	ix	24
xvij	g	viiij	25	vj	b	viii	25
vj	A	vi	26		c	vii	26
xiiij	b	v	27	xiiij	d	vi	27
iiij	c	iiij	28		e	v	28
	d	iiij	29	ij	f	iiii	29
xj	e	Prid.	30	xj	g	iii	30
				xix	A	Prid.	31

C A V S A verò, cur sequens aureus numerus formetur ab antecedente per additionem 8. vel subtractionem 11. Item antecedens ab insequenti per additionem 11. vel subtractionem 8. Et cur aurei numeri in Calendario non scribantur continuato ordine, sed vt plurimum inter binos singuli dies relinquuntur vacui, hæc est. Octo anni Solares, cuiuslibet tribuendo dies 365. hor. 6. comprehendunt 2922. dies, in quibus fiunt 99. ferè Lunationes. Solùm vltimæ Lunationi deest Dies 1. Horæ 12. Min. 41. Sec. 15. Ter. 9. Nam 99. Lunationes secundum medium Lunæ cursum postulant Dies 2923. Hor. 12. Min. 41. Sec. 15. Ter. 9. Igitur Lunationes post 8. annos elapsos non incipiunt iisdem diebus, quibus ante 8. annos Nouilunia fiebant, sed vno & dimidiato ferè die tardius. Quare post quemuis aureum numerum scribitur in Calendario aureus numerus octo vnitatebus illo maior, vt significet, post octo annos Nouilunia non in eos dies, quibus antecedens aureus numerus ascriptus est, incidere, sed in illos, quibus sequens aureus numerus ab antecedente per additionem 8. formatus præfigitur. Et quoniam, si sequens aureus numerus antecedentem proxime insequatur, Lunatio sequentis aurei numeri anticipatur 12. horis, scribendus erit alter aureus numerus sequens non proxime post illum, sed vno die vacuo relicto, ne eius Lunatio die integro anticipetur: Ita vt hic aureus numerus tertius a primo, a quo per additionem 16. formatur, tertio post eum loco scribatur, quemadmodum & eius Lunatio tribus diebus tardius, quàm illius, incipit. Hæc est causa, cur sequens aureus numerus componatur ex additione 8. ad antecedentem, ponanturque simul bini, inter binos singulis diebus vacuis relictis, præter paucos quosdam numeros aureos, qui eum ordinem propter æquationem Lunæ necessariam interrumpunt.

C V R autem maiorem aureum numerum minor proxime sequatur potius, quàm maior minorem, quod tamen æque bene fieri poterat, casu quodam accidisse videtur. Quoniam enim Luna in quolibet die anni maior est 11. diebus, quàm in eodem die anni superioris, propter illos 11. dies, quibus Solaris annus Lunarem superat; fit vt quemuis aureum numerum in Calendario antecedit aureus numerus sequentis anni, 11. diebus, vt nimirum 11. diebus prius contingat tunc Lunam esse primam, quàm anno antecedenti. Hinc factum est, vt minor aureus numerus proxime sub maiore plerunque scriberetur, maior autem sub minore non proxime: quod potius illi dispositioni aurei numeri, & casui cuidam fortuito tribuendum videtur, quàm certæ alicui rationi, quæ cogat minorem proxime sub maiori scribi potius, quàm maiorem sub minori, cum vtrovis modo ratio Lunationum constaret. Atque hæc dicta sint de causa, cur sequens aureus numerus a præcedenti formetur per additionem 8. & cur aurei numeri nõ seruent continuatū ordinē.

E X P L I C E M V S iam etiam rationem, cur antecedens aureus numerus ab insequenti formetur per additionem 11. quæ ita se habet. Vndecim anni Solares continent 4017. dies. & 18. horas, in quibus per-

Cur sequens aureus numerus ab antecedenti formetur per additionem 8. vel subtractionem 11. Antecedens vero a sequenti per additionem 11. vel subtractionem 8. Et cur nõ continuato ordine scribatur in Calendario.

perficiuntur Lunationes 136. superestque Dies 1. Hor. 14. Min. 8. Sec. 47. Ter. 4. Nam 136. Lunationes exigunt dies tantummodo 4016. Hor. 3. Min. 51. Sec. 12. Ter. 56. Igitur Nouilunia post 11. annos transactos non cadunt in eosdem dies, quibus ante 11. annos fiebant, sed vno die, & dimidiato serè citius. Quare ante quemlibet aureum numerum ponitur in Calendario numerus aureus vndecim vnitatibus illo maior, vt significet, post 11. annos Nouilunia non in eosdem dies incidere, quibus ante 11. annos contingebant, sed incipere prius, nimirum illis diebus, quibus antecessens aureus numerus a sequenti per additionem 11. formatus ascribitur. Itaque cum iam constet, numerum aureum quemcumque sequentem octo vnitatibus maiorem esse antecedente, & antecedentem quemuis maiorem esse insequenti vndecim vnitatibus, manifeste colligitur, sequentem ab antecedente formari posse vel per additionem 8. vel per subtractionem 11. antecedentem verò ab insequenti tum per additionem 11. tum per subtractionem 8. Atque hinc factum est, vt antiqui scriptores Cyclum decennouennalem, quem *εραδωζαμπλδα*, vocarunt, in *δωδωδα*, & *ισθωδα* distinxerint, quandoquidem tora eius progressio atque ordo in Calendario constituitur ex additione, subtractioneue 8. vel 11. vt exposuimus; & *δωδωζα* quidem cum 11. diebus, quibus Solaris annus Lunarem superat, totum Cyclum decennouennalem, *ισθωζα* verò cum decennouennali Cyclo perfectam Lunationem 30. dierum conficit.

Quo modo ex auri  
numero in  
Calendario dispo-  
sitis Nouilunia  
inuestigantur.

DISPOSITIO 19. aureis numeris in Calendario, ea arte, quam descripsimus, non erat difficile cognoscere tempus Nouilunij cuiuslibet mensis. Eo namque die Luna pronuntiabatur prima, siue Nouilunium dicebatur contingere, cui aureus numerus proposito anno currens præfixus erat: atque hinc Luna xiiii. Paschalis, & ex hac Pascha cum alijs festis mobilibus inuestigabatur.

Defectus auri  
numeri ad Nouilunium  
inuestiganda.

ATQVE hæc quidem omnia, quæ de auri numeri dispositione, atque vsu tradidimus, subtiliter valde, & magno ingenio excogitata sunt a veteribus, sed ea accuratior Astronomorum obseruatio non vsquequaque vera esse deprehendit. Non enim Nouilunia, transactis 19. annis Solaribus, ad easdem prorsus sedes reuertuntur, sed paulo ante 19. annos completos; ita vt quolibet spatio 19. annorum sedes pristinas præueniant Hora 11. Min. 27. Sec. 31. Ter. 55. Spatio verò quatuor Cyclorum decennouennalium, hoc est, 76. annorum, Horis 5. Min. 50. Sec. 7. Ter. 40. ac tandem annis 312  $\frac{1}{4}$ . die fermè integro, vt proximo Cap. ostensum est: atque adeo a Nicæni Concilij temporibus ad nostram vsque ætatem versus initia mensium ad quatuor dies, & amplius, progressa sint. Ex quo factum est, vt ad Nouilunia inquirenda per aureos numeros Concilij Nicæni (posito nimirum aureo numero 3; in principio Ianuarij) ante correctionem Calendarij ascendendum fuerit a loco auri numeri, proposito anno currentis vsque ad quintum diem inclusiue: quod quidem non nulli hæc quinque syllabis facere consueuerant, IN COELIS EST HIC, vel

Nouilunia quam  
vni anticipariunt  
à tempore Concilij  
Nicæni vsque  
ad annum correctionis.

istis,

istis, HIC NOVA LVNA, vel his, IN COELO LVNA.

ITA QVÆ vt aurei numeri ante correctionem Nouilunia recte indicarent, promouendi fuissent omnes per quinque dies, tribus diebus vacuis inter loca antiqua, & noua relictis, ita vt aureus numerus 19. qui ante correctionem quintum diem Ianuarij occupabat, primo diei ascribendus fuisset, seruata tamen ea lege, vt Lunationes alternæ constituerentur 30. & 29. dierum, vti factum est ante Calendarij emendationem in Breuiarijs, ac Missalibus à Pio V. correctis. Atque hoc quidem modo aurei numeri dispositi Nouilunia recte indicassent ijs annis, qui anni restitutionem proximè antecesserunt. Promotis autem hac ratione aureis numeris versus initia mensium, si retineri debuissent in Calendario post correctionem, hoc est, post 10. dierum extractionem, amouendi rursus fuissent versus mensium fines decem diebus, ita vt 9. dies interponerentur inter aureos numeros ante correctione anni promotos, & eosdem post correctionem postpositos, seruatis ijsdem Lunationibus alternis 30. & 29. dierum. Hac enim ratione post anni restitutionem recte aurei numeri Nouilunia secundum medium Lunæ cursum monstrarent. Caterum aurei numeri hoc modo correcti, & in propria loca restituti, quanquam aliquandiu Nouilunia recte indicaturi essent, perpetuo tamen, aut longo tempore id præstare non possent. Nam quotiescunque dies intercalaris ex centesimo aliquo anno auferretur, hoc est, centesimus aliquis annus fieret communis, nè Æquinoctium a 21. die Martij recedat, vt supra dictum est, Nouilunia omnia vno die tardius contingerent, quàm ab aureis numeris indicarentur. Quare quoties ex anno centesimo, qui natura sua est bissextilis, fieret annus communis, toties deorsum mouendi essent omnes aurei numeri per vnum diem, vt recte Nouilunia monstrarent. Rursus quoniam, vt proximo Cap. ostendimus, Nouilunia in 312  $\frac{1}{2}$ . annis vno die sedes suas in Calendario anteuertunt, efficitur, vt aurei numeri post quoslibet annos 312  $\frac{1}{2}$ . promouendi essent versus initia mensium vno die, vt Nouilunia indicarent, si tamen tunc dies intercalaris non esset omittendus. Atque hac ratione conficienda forent 30. Calendaria, ita vt dispositio aurei numeri 30. varietates haberet, promoti quolibet sursum, deorsumque per 30. dies, quot nimirum in vna Lunatione 30. dierum continentur, vt ex ijs, quæ sequuntur, manifestum erit. Verùm quia perincommodum hoc esset, ac molestum, optimo consilio factum est, vt aureis numeris de Calendario submotis, in eorum locum alij numeri succederent, qui perpetuo in vnico Calendario Nouilunia monstrarent, siue ea uersus initia mensium progrediantur, siue versus fines deuoluantur, nulla in Calendario facta mutatione, vt proximo Cap. dicemus.

HI autè numeri sunt 30. Epactæ ab 1. vsque ad xxx. siue ad ✱. Nam vltima Epacta xxx. signata est hoc signo ✱. potius, quàm numero xxx. propterea quod, si proprie loqui velimus, nulla Epacta possit esse xxx. cum Epacta quælibet minor esse debeat, quàm tempus integræ Luna-

O tionis.

*Quæ pacta aurei numeri in auro Calida 10 promouendi fuissent, ut Nouilunia indicarent, tam ante correctionem, quàm post.*

*Aureos numeros in Calendario correctos non posse perpetuo, aut 1650 tempore Nouilunia monstrare quare.*

*Si aurei numeros restitui debeant in Calendario, confusio esset 30. Calendarum.*

*Motus in locum auctorem nome numerum sufficit esse 30. Epactas.*

*Car omnis Epacta minor est debet, quàm 30.*

Epacta qd. hinc  
& cur sint 30.

tionis. Epactæ namque sunt numeri dierum, qui mense Decembri post vltimam Lunationem anni supersunt. Vt si Lunatio vltima anni terminetur postremo die Decembris, ita vt nulla dies supersit, Epacta insequentis anni erit 0. si penultimo die claudatur, Epacta erit 1. propter diem, qui superest. Si antepenultimo, hoc est, 29. die finiatur, Epacta erit ij. atque ita de reliquis, donec ad Lunationem perueniatur, quæ finem habet Calendis Decembris, ita vt 30. dies supersint. Tunc enim Lunatio illa non est vltima, sed penultima, quia dies illi 30. superflui vltimam constituunt, ac proinde Epacta tunc erit 0. vel xxx. quam signo \* . declaramus. Atque hæc est causa, quod 30. Epactæ possint esse in vniuersum, ab 1. vsque ad xxx. vel 0. uel \*. pp dies 1. 2. 3. &c. vsque ad 30. vel 0. qui superesse possunt post Lunationem mense Decembri terminatam. Et quanquam cum Lunatio aliqua finitur primo die Decembris, vel vltimo, Epacta insequentis anni sit xxx. vel 0. signanda tamen est Epacta illa xxx. vel 0. aliquo signo, nimirum hoc, \*. ut per illud Nouilunia anni insequentis inuestigentur, intelligaturque tunc in Decembri duas Lunationes esse terminatas, vnam postremo die, ac proinde nullum diem superfuisse, alteram verò prima die, atque ideo post illam 30. dies fuisse reliquos. Verùm accidit interdum, ut Epacta alicuius anni sit vnitatis maior, quam numerus dierum, qui post vltimam Lunationem antecedentis anni supersunt, quod quando contingat, dicitur, cū de inuentione Epactæ cuiuslibet anni agemus.

I D E M hic numerus 30. Epactarum colligitur ex 11. diebus, quibus annua Lunarem a Solari superari diximus. Nam si primo anno supersunt xj. dies, supererunt xxij. secundo, & xxxij. tertio, abiectione 30. vnam Lunationem constituentibus, reliqua scilicet Epacta iij. atque ita deinceps, additis semper 11. & abiectione 30. si summa maior sit, quam 30. componentur omnes 30. Epactæ, ita vt prima sit xj. & vltima xxx. vel 0. vel \*. post quam iterum per additionem 11. procreatur Epacta xj. vt hic apparet.

xj. xxij. iij. xiiij. xxv. vj. xvij. xxviii. ix. xx. j. xij. xxiiij. iiij.  
xv. xxvj. vij. xviii. xxix. x. xxj. ij. xiiij. xxiiii. v. xvj. xxvij. viij.  
xix. xxx. uel 0. uel \*.

Contingit nonnunquam, vt antecedenti Epactæ addenda sint 13. non 11. vt Epacta sequens formetur: quod quando fiat, dicitur in fra, cum de inuentione Epactæ cuiusuis anni agemus.

D I C V N T V R autem 30. hi numeri, Epactæ, Græca voce, quæ Latine idem sonat, quod dies ascititij, siue additij, aut interiecti. Adiunguntur enim in fine vltimi mensis Lunaris ad explendum numerum dierum anni Solaris, & ad inchoandam primam Lunationem subsequenti anni. Quo pacto autem huiusmodi Epactæ in Calendario collocatæ perpetuo Nouilunia indicare possint, nulla in Calendario facta mutatione, planum fiet ex ijs, quæ sequuntur: sed primo loco, qua arte ac industria per dies Calendarij disponantur, exponamus,

Q V O

Epacta cur sic  
sint hinc.



QVO ARTIFICIO EPACTÆ IN CA-  
lendario describantur.

## CAP. III.



**Q**VAMQVAM Epactæ secundum seriem natura-  
lem numerorum ab 1. vsque ad xxx. vel ad \*. describi  
possint in Calendario, visum tamen est magis expedi-  
te, si retrogrado ordine, a xxx. vel \*. per xxix. xxviii.  
xxvij. &c. progrediendo vsque ad 1. describantur, vt  
a dierum numero eiusdem Calendarij distinguantur,  
& vt magis naturaliter Nouilunia monstrent, vt ex sequentibus erit  
manifestum. Initio ergo facto ab Epacta \*. in principio Ianuarij,  
scribitur Epacta xxix. ad secundum diem; xxvij. ad tertium, & ita  
deinceps, ordine retrogrado, donec ad 1. peruentum fuerit, quæ  
Epacta diei 30. Ianuarij præfigitur, postquam eodem ordine repetun-  
tur omnes triginta Epactæ vsque ad finem Calendarij: Ita vt duode-  
cies tantum omnes Calendario inscribantur, præter has vndecim \*.  
xxix. xxviii. xxvij. xxvj. xxv. xxiiii. xxiii. xxij. xxj. xx. quæ terdecimo  
loco repetuntur in postremis vndecim diebus Decëbris. Excipitur quo-  
que Epacta 19. alio caractere, vel colore insignita. Hæc enim etiam  
vltimæ diei ad Epactam xx. apponitur, vt infra dicemus.

**V**T autem Epactæ rectè Nouilunia indicent, adhibenda erit in ea-  
rum descriptione hæc cautio. In secunda collocatione triginta Epac-  
tarum; Itemque in quarta, sexta, octaua, decima, ac duodecima,  
eidem diei, nimirum 5. Februarij; 5. Aprilis; 3. Iunij; 1. Augusti; 29.  
Septembris; & 27. Nouembris (in quos dies incidit Epacta xxv. ex su-  
periore dispositione) duæ hæc Epactæ xxv. xxiiii. simul ascribantur. Ex  
qua re efficitur, vt post duodecimam inscriptionem Epactarum super-  
sint 11. dies in Decëmbri, quibus iterum hæc Epactæ, \*. xxix. xxviii.  
xxvij. xxvj. xxv. xxiiii. xxiii. xxij. xxj. xx. præfiguntur, quæ videlicet  
prioribus vndecim diebus Ianuarij appositæ sunt; Omnes verò 30.  
Epactæ duodecies inscriptæ occupent dies duntaxat 354. quot anno  
Lunari communi contineri diximus; adeo vt Epactæ in Calendario fer-  
uare non possint rationem Cycli, sic vt Epacta primi diei Ianuarij sit  
proxime minor, quàm ea, quæ vltimo diei Decëbris, qui videlicet  
primum diem Ianuarij antecedit, ascripta est: sed earum ordo retro-  
gradus cesset in fine anni, & denuo incipiat in principio anni ab  
Epacta \*. vt prius.

**Q**VOD si duæ Epactæ in sex locis Calendarij eidem diei non apponerentur,  
sed singulæ ordine retrogrado se mutuo cõsequerentur, fieret oës 12.  
Lunationes cuiusque Epactæ 30. dierum, oësque Epactæ duodecies repetitæ  
occuparet 360. dies, qui numerus annu Lunare cõem sex dieb. superat,

O 2 quod

Epactæ cur in Ca-  
lendario di/pactæ  
sue ordine retro-  
grado.

Epactæ quo pa-  
ro in Calendario  
di/psonant.

Cur in sex locis  
Calendarij eidem  
diei duæ Epactæ  
ascribantur.

Lunationes hinc  
alternas 30. &  
29 dierum, ubi  
positum duarum  
Epactarum ad unum  
diem datum in sex  
locis Calendarij.

quod est absurdū. Vt igitur Lunationes existant alternis 30. & 29. dierum, necessē est sex locis binas Epactas simul ponere. Ita namque fiet, vt Lunationes constituentur alternæ 30. & 29. dierum. Cum enim Epacta xxiiij. cum alijs eam insequentibus ascenderit in Februario, verbi gratia, vna die supra locum suum naturalem versus mensis initium, propter diatrem Epactarum xxv. xxiiij. eidem diei 5. adscriptionem, efficitur, vt Lunationes incipientes a 30. Epactis Epactam xxiiij. vna cum xxv. eidem diei ascriptam antecedentibus, vt ab Epactis xxiiij. xxiiij. xxij. & a cæteris mensis Ianuarij, vsque ad Epactam xxv. Februarij, contineant dies tantummodo 29. Quod idem dictum volumus de Lunationibus earundem 30. Epactarum, quæ in alijs quinque locis Calendarij Epactam xxiiij. eidem diei cum Epacta xxv. ascriptam antecedunt.

Cum Epacta 25.  
alio characterē,  
colorēve sibi  
da. Scribentur alijs  
Epactis 29. in  
sex locis Calēda-  
rii.

DEINDE quoniam accidit nonnunquam, vt in vno eodemque Cyclo decennouennali vtraque harum Epactarum xxv. xxiiij. in vsu sit, vt infra patebit, scribenda erit Epacta 25. alio characterē, vel colore, ad Epactam xxvj. in sex illis locis, in quibus simul positæ sunt Epactæ xxv. xxiiij. In alijs autem locis ad Epactam xxv. scribenda est eadem Epacta 25. alio etiam characterē, vel colore. Nisi enim hoc fiat, continget, vt in vno & eodem Cyclo decennouennali, in quo vtraque Epacta xxv. xxiiij. est in vsu, duæ Lunationes sexies in anno incidant in vnum eundemque diem, & eidem diei duo aurei numeri ascribantur, ij nimirum, qui in tabula expansa, de qua sequenti Cap. dicturi sumus, duabus illis Epactis suprapositi sunt: quod est absurdum, & contra rationem Cycli decennouennalis i cum Nouilunia, vt supra ostendimus, ad eosdem dies, nisi post 19. annos elapsos, redire non possint.

Propter Epactā  
25. diuerso colore,  
characterēve  
scripi non possē  
in eodem cyclo  
decennouennali duo  
Nouilunia in eū-  
dem diem incidere.

HOC autem incommodum vitatur omnino per Epactam xxv. 25. bis in sex locis Calendarij diuersis characteribus, coloribusve inscriptam. Nam quotiescunque in aliquo Cyclo decennouennali Epacta xxv. currit simul cum aureo numero maiore, quàm 11. quales sunt posteriores hi octo aurei numeri 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. erit quidem in eodem tunc Cyclo Epacta xxiiij. etiam in vsu: Sed si tunc assumatur Epacta 25. diuerso characterē, aut colore notata, quæ in sex illis locis è regione Epactæ xxvj. locatur, non poterunt duo aurei numeri, aut duo Nouilunia, in eundem diem incidere; cum Epacta 25. diuerso illo characterē, siue colore notata, & Epacta xxiiij. duos semper dies diuersos in singulis mensibus occupent. Quando autem in Cyclo aliquo decennouennali Epacta xxv. una cum aureo numero non maiore quàm 11. currit, cuiusmodi sunt primi hi undecim aurei numeri 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. nunquā accidet, ut in eodē Cyclo Epacta xxiiij. cum xxv. sit in vsu. Quocirca assumenda tunc erit Epacta xxv. quæ in sex illis locis eidem diei cum Epacta xxiiij. ascribitur: quia cum Epacta xxiiij. in eodem tunc Cyclo in vsu non sit, periculum esse non potest, vt intra eundem Cyclum decennouennalem bis eodem die Nouilunium contingat. Eodem pacto etsi Epacta 25. diuerso colore,

lore, vel caractere insignita ponatur in sex diuersis locis è regione Epactæ xxvj. ad eundem diem, non tamen idcirco duo Nouilunia in eundem illum diem incident aute 19. annos transactos: quia curren- te Epacta xxv. cum aureo numero maiore quàm 11. (quo solum tem- pore Epacta illa 25. diuersi coloris, aut characteris vsurpatur, vt dixi- mus) nunquam in eodem Cyclo Epacta xxvj. ad Nouilunia inuestigan- da adhibebitur. Atque hæc omnia ex tabula expansa Epactarum, de qua paulo infra agemus, perspicua sient. Ibi enim in octo lineis, qui- bus literæ maiusculæ N, E, B, & minusculæ r, n, k, e, b, præfixæ sunt, (singulæ autem lineæ illius tabulæ singulos Cyclos decennouennales exhibent, vt postea intelligetur) reperies Epactam 25. diuerso nota- tam caractere coloreve, sub octo hisce aureis numeris maioribus, 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. Epactam verò xxiiij. sub 11. his mino- ribus, 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. nunquam autem Epactam xxvj. In aliis verò, 22. lineis, in quibus Epacta xxv. sub minoribus vndecim aureis numeris scribitur, inuenies quidem aliquando etiam Epactam xxvj. nunquam tamen simul occurrere conspicias Epactam xxiiij. Qua- mobrem si assumatur modo Epacta xxv. quæ è regione Epactæ xxiiij. locatur, modo Epacta 25. alterius characteris, vel coloris, quæ è re- gione Epactæ xxvj. collocata est, (habita nimirum ratione minoris, maiorisve aurei numeri, cum quo simul currit, vt paulo ante diximus) fieri nullo modo potest, vt intra eundem Cyclum decennouennalem duo Nouilunia in vnum eundemque diem patiter incidant, licet in sex lo- cis supra enumeratis è regione eiusdem diei Epactæ xxv. & xxiiij. posi- tæ sint, & Epacta 25. alterius coloris, characterisve eidem quoque diei cum Epacta xxvj. ascripta.

VERVM Epactam xxiiij. non posse esse in vsu, quando Epacta xxv. cum aliquo aureo numero minore quàm 12. siue non maiore quàm 11. currit, sed tunc solum, quando cum aureo numero maiore quàm 11. concurrit. Item Epactam xxvj. non vsurpari, cum Epacta 25. currit simul cum aureo numero maiore quàm 11. clarissime quoque ex collo- catione aureorum numerorum, atque Epactarum in Calendario colli- gitur. Quoniam enim vt supra diximus, minorem aureum numerum sequitur maior in Calendario non proxime, sed vno die interiecto, fit, vt si in Ianuario v. g. è regione diei 6. vbi ponitur Epacta xxv. scribatur aureus numerus quilibet minor quàm 12. cum quo Epacta xxv. simul currere ponatur, aureus numerus maior sequens scribendus sit ad diem 8. Ianuarij, relicto die 7. vacuo; ad eò vt in eo Cyclo decennouennali nullum Nouilunium die 7. contingere possit. Quare in eodem Cyclo Epacta xxiiij. quæ proxime sub xxv. posita est, vsui nullo pacto esse po- rest: alias Nouilunium in 7. diem Ianuarij incideret. Rursus quia ma- iorem aureum numerum in Calendario proxime insequitur minor, vt supra dictum est, efficitur, vt si è regione eiusdem diei 6. Ianuarij, cui Epacta xxv. præfixa est, ascribatur aureus numerus quilibet maior quàm 11. cum quo Epacta 25. currere ponatur, aureus numerus sub-

Cur in eodẽ Cy- clo Epacta xxiiij. non vsurparet, quando Epacta xxv. è regione ma- ioris ab minor quàm 11. concur- rit. Item aut Epacta xxvj. in eadẽ regione quàm Epacta 25. è regione minoris quàm 12. collocatur.

sequens

sequens scribendus sit ad diem 7. Ianuarij, proxime post illum maiorem, ita vt in eo Cyclo Nouilunium contingere possit die 7. Quapropter in eodem Cyclo Epacta xxiiij. proxime sub 2 5. posita, Nouilunium indicabit, ac proinde vsui futura erit. Quoniam verò maiorem aureum numerum antecedit minor non proxime, sed vno die relicto vacuo, efficitur, vt aureus numerus antecedens illum maiorem, cum quo Epacta 2 5. currere ponitur, collocandus sit ad diem 4. ita vt die 5. nullum tunc contingat Nouilunium. Quocirca Epacta xxvj. diei 5. adscripta nulla ratione tunc vsui esse potest, ne Nouilunium in eo Cyclo in diem 5. Ianuarij cadat.

Epactam 25. diuersi coloris, characterisve a regione Epactæ xxvj. posita, non perturbat Lunationes.

HÆC porrò anticipatio Epactæ 2 5. alterius coloris, vel characteris in Calendario tantum abest, vt Lunationes perturbet, vt eas potius in rectum ordinem redigat. Quoniam enim vnaquæque Lunatio in aliquo priorum 30. dierum Ianuarij terminata, prima est totius anni, vt postea dicemus, fit, vt currente illa Epacta 2 5. prima Lunatio anni die 5. Ianuarij terminata, efficiatur dierum 30. secunda verò die 3. Februarij finita, dierum tantum 29. (quæ fieret dierum etiam 30. si Epacta xxv. infra Epactam xxvj. assumeretur.) tertia deinde fiat iterum dierum 30. & quarta dierum 29. &c. vt ordo alternarum Lunationum 30. & 29. dierum postulat: Lunatio quoque tertiadecima, & extraordinaria illius anni (Nam quando Epacta 2 5. est in vsu, annus Lunaris est Embolismicus, vt postea dicitur) fiat 30. dierum, quæ; currente Epacta xxv. eidem diei cum xxiiij. adscripta, foret dierum duntaxat 29. Denique totidem sint Lunationes 30. dierum, currente Epacta 2 5. diuersi coloris, characterisve, quot requiruntur, cum alia Epacta xxv. est in vsu: tam enim ibi sunt 7. quàm hic; quanquam aliter ibi, quàm hic, progrediantur. Huc accedit, quod Lunatio Paschalis per Epactam 2 5. diuersi coloris, aut characteris inuestigata, magis exquisitè medio motui Lunæ respondet. Id quod perspicuum fiet, si Lunationes per aureos numeros maiores quàm 11. indicatæ diligenter cum calculo medij motus Lunæ conferantur. Plerunque enim eas paulo serius, quàm medius Lunæ motus postulat, ab aureis numeis maiotibus, quàm 11. ostensas deprehendemus. Quapropter cum Lunatio Paschalis incipiens die 4. Aprilis, quæ ab Epacta 2 5. diuerso ab alijs characterè, coloreve notata ostenditur, quam semper cum maiore aliquo aureo numero, quàm 11. currere supra diximus, incipiat vna die prius, quàm si ab Epacta xxv. diei 5. Aprilis adscripta, indicaretur, liquidò constat, Lunationem paschalem, quam prior illa Epacta 2 5. inchoat, esse magis consentaneam medio motui Lunæ, quàm die 5. Aprilis indicatur ab Epacta xxv. ad diem 5. Aprilis posita, currente cum eodem aureo numero maiore, quo cum illa currit, quòd hæc vno die serius incipiat.

Aequatio motus Lunari: cor poris facta sic per Epact. xxv. xxiij. simul p'fata, & per alias.

SE D roget quis, cur in æquatione mensium Lunarium, hoc est, in collocaatione duarum Epactarum ad vnum eundemque diem in sex locis Calendarij, vt Lunationes constituantur alternis dierum 30. & 29. assum-

assumptæ sint hæ duæ xxv. & xxiiij. postæ è regione diei 5. Februarij; 5. Aprilis; 3. Iunij, 1. Augusti; 29. Septembris; & 27. Nouembris; potius, quàm aliæ duæ, cum æque bene id fieri poterit in quibuscunque duabus Epactis, præsertim verò in Epactis \* & xxix. quæ in fine Ianuarij, & principio Februarij ponuntur, vt nimirum æquatio hæc institueretur, transacto primo mense Lunari 30. dierum, vt factum esse legimus a Iulio Cæsare in Cyclo aurei numeri, vt testatur Paulus Middelburgensis lib. 2. vbi Calendarium Romanum cum Cyclo Lunari Iulij Cæsaris proponit, in quo videmus, adhibitam esse æquationem ad finem Ianuarij, ac Martij in aureis numeris 1. & 9. factumque idem est ab auctore Calendarij noui, vt patet in Compendio nouæ rationis restituendi Calendarij anno 1577. ad Principes Christianos a GREGORIO XIII. transmissio. Ibi enim æquatio Lunæ facta est vltima die Ianuarij, vltima Martij, & 29. Maij, &c. quibus diebus duæ hæ Epactæ \* & xxix. simul adscriptæ sunt, quarum \* significat Epactam xxx. aut 0. quemadmodum in nouo Calendario Epacta \* & supra eosdem dies è regione Epactæ 1. postea est Epacta \* quæ idem significat in eo compendio, quod \* habetque solum figuram differentem: quemadmodum in nouo Calendario Epacta 25. diuerso caractere, vel colore formata, scripta est supra Epactas xxv. & xxiiij. quæ ad eandem diem ponuntur, habetque superior Epacta 25. ab inferiori xxv. solum figuram, aut colorem discrepantem. Si inquam, ita roget quis, is sciat, electas fuisse potissimum duas hæc Epactas xxv. & xxiiij. ad æquationem Lunæ, quòd hac ratione Lunationes secundum Cyclum 30. Epactarum, præsertim 30. Lunationes Paschales, magis congruentes efficiantur Lunationibus aureorum numerorum Concilij Nicæni, cuius decreta, sanctionesque in omnibus, quoad eius fieri potuit, & vt par fuit, retinimus. Iisdem enim propemodum locis factam esse æquationem Lunæ videmus per aureos numeros antiqui Calendarij, quibus facta eadem est in Calendario nouo per Epactas xxv. & xxiiij.

DEINDE quemadmodum in illo Cyclo aurei numeri omnes 19. Lunationes paschales continent tantum dies 29. & prima quidè octauo die Martij, vltima verò quinto Aprilis incipit, ita quoque in nouo hoc Epactarum Cyclo omnes 30. Lunationes paschales eisdem diebus extremis, hoc est, 8. Martij, & 5. Aprilis clauduntur, continentque singulæ 29. dies, exceptis duabus Lunationibus Epactarum 25. & xxiiij. quando 25. (quod raro accidit) cum aliquo aureo numero ex posterioribus octo, qui maiores sunt, quàm 11. concurrat. Hæ duæ namque solæ sunt 30. dierum: quod mirum videri non debet. Cum enim Patres Nicæni Concilij Nouilunij paschalibus dies 29. assignauerint, qui ab 8. Martij vsque ad 5. Aprilis numerantur, facile in illis disponi poterunt 19. aurei numeri ea lege, vt singuli Lunationem conficerent 29. dierum. At cum sint 30. Epactæ, disponi in eisdem illis 29. diebus nullo modo omnes possunt, nisi in vno aliquo die eodem duæ si-

mul

Car non est la  
cette note pascha-  
le en un an Cal-  
drien que 29. die-  
res que en autre

mut collocentur, vt factum est in die 5. Aprilis. Ex quo euenit, vt Lunatio Epactæ xxiii. ac proinde & Epactæ 25. supra xxiii. positæ, dierum 30. constitueretur; quod non contigisset, si æquatio Lunæ post 5. Aprilis esset adhibita. Sed tunc, vt singulari Epactæ singulas constituerent Lunationes Paschales, oportuisset Nouilunijs Paschalibus 30. dies tribuere, ita vt vltimum per Epactam xxiii. monstratum, post 5. Aprilis inciperet: quod adhuc in Ecclesia inauditum est.

QVOD si Lunæ æquatio institueretur in fine Martij, vt in Compendio nouæ rationis restituendi Calendarij significabatur, efficerentur septem Lunationes Paschales 30. dierum, ut in eo Calendario perspicue apparet. Vt igitur Nouilunia Paschalia noui Calendarij eisdem limitibus, quibus a Concilio Nicæno ad nouum usque Calendarium, concluderentur, & duæ solum Paschales Lunationes 30. dies complecterentur, ac proinde minus a consuetudine antiqua Ecclesiæ recederemus, reiecta æquatione illa in eo Compendio descripta, elegimus hanc, quam exposuimus; quippe cum secundum eam deprehendantur Nouilunia omnia, præsertim uero Paschalia, eisdem prorsus diebus tempore Concilij Nicæni contigisse, quibus eadem aurei numeri antiqui Calendarij facta esse demonstrant: quod secundum aliam æquationem Compendij nulla ratione euenit. Idque manifestum cuius erit, si Epactas tam Calendarij noui, quam illius, quod in eod. Compendio describitur, in aureo numeros resoluat: quod qua ratione fieri debeat, paulo infra docebimus.

Car. Epacta 19. alio colore, aut charactere ad vltimam di. Decemb. hinc è regiore Epactæ 25. posita est.

AD hæc, in fine Decembris iuxta Epactam xx. apponenda quoque est Epacta 19. diuerso ab alijs caractere, uel colore, quæ Nouilunium ostendat ultimo Decembris, quando Epacta xix. & aureus numerus 19. concutitur: quod in multis annorum millibus semel tantum continget, in triginta uidelicet Cyclis decennouennalibus tabula: expansa semel, quando octaua eius linea, cui litera D, maiuscula præfigitur, ut hoc tempore accidit, est in usu. In ea. n. sola sub aureo numero 19. Epacta xix, scripta est. Epacta aut 19. vltimo diei Decembris affixam debere eo tempore Nouilunium necessario indicare, hinc planum fiet. Quoniam ad Epactam cum aureo numero 19. currentem, quacunque illa sit, adijci debent 12. (cum tamen ad alias addantur solum 11.) vt sequenti anni Epacta formetur, quemadmodum ante correctionem Calendarij ad vltimam Epactam xxix. cum aureo numero 19. currentem addebantur etiam 12. vt prima Epacta xj. iterum componeretur, cum Cyclo Lunarum id necessario exigat, vt infra docebimus: sit, ut currente Epacta xix. cum aureo numero 19. sequenti anno Epacta sit 7. propterea quod additis 12. ad 19. fiunt 31. abiectisque 30. reliqua est 1. pro Epacta anni sequentis. Quare cum vltus Epacta 1. incipiat in Ianuario, vbi diei 30. adscripta est; nisi Epacta 19. in fine Decembris repeteretur, vt ab ea iterum Nouilunium inciperet ante Ianuarium, complecteretur Lunatio incipiens 2. die Decembris, vbi Epacta xix. scripta est, dies 59. quot nimirum numerantur à 2. die Decembris



ce mbris vsque ad 29. Ianuarij; propterea quod in Decembri nulla alia Epacta xix. præter illam, quam vltimo diei adscribendam esse diximus, reperitur, a qua Nouilunium possit incipere, neque in Ianuario alia Epacta i. ante diem 30. quæ in initium Nouilunij exhibeat. Ratio ergo Lunationum, quæ per Cyclum decennouennalem inuestigatur, necessario exigit, vt vel Epacta 19. vltimo die Decembris reperatur, ita vt Lunatio Epactæ xix. die 2. Decembris inchoata contineat dies duntaxat 29. aliaque incipiat vltimo die ab eadem Epacta 19. ac dies 30. comprehendat, quot videlicet numerantur ab vltimo Decembris vsque ad 29. Ianuarij, vel vt Epacta 1. adscribatur primo die Ianuarij è regione Epactæ \*. ita vt Lunatio Epactæ xix. die 2. Decembris incipiens constituatur dierum 30. aliaque primo die Ianuarij ab Epacta 1. incipiens dies 29. duntaxat complectatur; vel certe, vt Epacta 1. reponatur ad vltimum diem Decembris è regione Epactæ xx. loco Epactæ 19. vt inde Lunatio incipiens contineat dies 30. antecedens vero Lunatio ab Epacta xix. quæ diei 2. Decembris adscripta est, inchoata, dierum efficiatur 29. duntaxat. Quia verò Epactarum distributionem in Calendario a primo die Ianuarij inchoauimus, non videtur consentaneum, vt statim in principio Lunationum æquatio hæc fiat per duas Epactas \*. & 1. eidem diei affixas, reiecta est illa æquatio in antecedentem diem, hoc est, in finem Decembris, vbi naturali ordine reponi deberet Epacta 1. si annus a Ianuario non inciperet, quemadmodum etiã in alijs mensibus Epacta 1. supra \*. collocata est. Sed quoniam Epacta 1. reperitur quoque iuxta diem 20. Decembris, non visum est illam tam cito in fine Decembris reperiere, præsertim cum ea non sequatur proxime ordine retrogrado Epactam xx. fini Decembris appositam. Epactam igitur 19. iuxta illam xx. scribendam esse censuimus, quòd recto ordine se mutuo consequantur hæc quæ Epactæ xx. & 19. in serie 30. Epactarum.

NEQVE verò ex hac descriptione Epactæ 19. iuxta Epactam xx. sequitur, duo Nouilunia intra spatium 19. dierum in eundem illum diem incidere. Nam in eò Cyclo, in quo Epacta xix. cum aureo numero 19. currit, Epacta xx. non est in vsu, vt patet in linea tabulæ expansæ, quam in sequenti Cap. reperies, cui litera D, maiuscula præponitur. In ea enim sub aureo numero 19. scripta quidem est Epacta xix. sed Epacta xx. non reperitur inter nouendecim Epactas illius Cycli.

ATQVE hæc est dispositio naturalis Cycli triginta Epactarum per dies mensium in Calendario, & quidè vnica, demonstrans Nouilunia, Pleniluniaque, atque ætatem Lunæ quotidie quouis tempore proposito, quanquam Nouilunia cogantur nonnunquam ascendere, aut descendere in Calendario propter Lunæ æquationem necessariò adhibendâ, aut propter diem intercalarem ter quolibet spatio quadringentorū annorum omitteñdū. Hic enim Cyclus Epactarum ita in Calendario digestus, perpetuus est, & ad quacumq. anni magnitudinē accommodari potest, si suis temporibus debita adhibeatur æquatio, vt proximo Cap. declarabitur.

Propter Epactam 19. dierum colitur, ut character ultimo diei Decembris appositus non possit in eodè cyclo decennouennali duo Nouilunia in eodè diem incidere.

SED ecce Calendarium nouum cum Epactis per dies mensum ea, quam explicauimus, ratione digestis: cui adiunximus Calendarium Compendij, vt omnes intelligant, in nostro Calendario duas tantum Lunationes Paschales esse dierum 30. illas nimirum, quae ab Epacta 25. diuersi characteris, colorisve, & ab Epacta xxiiij. monstrantur; in Calendario vero Compendij septem Lunationes Paschales continere dies 30. videlicet illas, quae ab Epactis \*, xxix. xxviij. xxvij. xxvj. xxv. xxiiij. indicantur.

## S E Q V I T V R

CALENDARIVM GREGORIANVM  
cum Epactis loco aureorum numerorum  
per dies mensum digestis.

IANVARIVS				FEBRVARIVS			
Epa- tae	Litere Dñic.		Dies Mēsis	Epa- tae	Litere Dñic.		Dies Mēsis
* xxix	A	CAL.	1	xxix	d	CAL.	1
xxviii	b	iiij	2	xxviii	e	iiij	2
	c	iiij	3	xxvii	f	iii	3
xxviij	d	Prid.	4	xxvj	g	Prid.	4
xxvj	e	NON.	5	xxv	A	NON.	5
xxv	f	viii	6	xxiiii	b	viii	6
xxiiii	g	vii	7	xxiii	c	vii	7
xxiii	A	vi	8	xxii	d	vi	8
xxii	b	v	9	xxi	e	v	9
xxj	c	iiii	10	xix	f	iiii	10
xx	d	iii	11	xviii	g	iii	11
xxix	e	Prid.	12	xvii	A	Prid.	12
xviii	f	DIB.	13	xvj	b	DIB.	13
xvii	g	xix	14	xv	c	xvi	14
xvj	A	xviii	15	xiiii	d	xv	15
xv	b	xvii	16	xiii	e	xiiii	16
xiiii	c	xvi	17	xii	f	xiii	17
xiii	d	xv	18	xi	g	xii	18
xii	e	xiiii	19	x	A	xi	19
xi	f	xiii	20	ix	b	x	20
x	g	xii	21	viii	c	ix	21
ix	A	xi	22	vii	d	viii	22
viii	b	x	23	vi	e	vii	23
vii	c	ix	24	v	f	vi	24
vi	d	viii	25	iiii	g	v	25
v	e	vii	26	iii	A	iiii	26
iiii	f	vi	27	ii	b	iii	27
iii	g	v	28	i	c	Prid.	28
ii	A	iiii	29				
i	b	iii	30				
*	c	Prid.	31				

MARTIVS				APRILIS			
Epactæ	Litteræ Dñic.		Dies Mēsis	Epactæ	Litteræ Dñic.		Dies Mēsis
* xxix xxviii	d e f	CAL. vi v	1 2 3	xxix xxviii xxvii	g A b	CAL. iiij iiij	1 2 3
xxvii xxvj xxv	g A b	iiij iiij Prid.	4 5 6	25 xxv xxvii	c d e	Prid. NON. viij	4 5 6
xxiiii xxiii xxii	c d e	NON. viij viij	7 8 9	xxij xxj xx	f g A	viij vi v	7 8 9
xxj xx xix	f g A	vi v iiij	10 11 12	xix xviii xvii	b c d	iiij iiij Prid.	10 11 12
xviii xvij xvj	b c d	iiij Prid. IDIB.	13 14 15	xvj xv xiiii	e f g	IDIB. xviii xviij	13 14 15
xv xiiii xiii	e f g	xviij xvi xv	16 17 18	xiii xii xi	A b c	xvi xv xiiii	16 17 18
xii xi x	A b c	xiiii xiii xii	19 20 21	x ix viii	d e f	xiiij xiiij xiij	19 20 21
ix viii vij	d e f	xi x ix	22 23 24	vij vj v	g A b	x ix viii	22 23 24
vj vj iiij	g A b	viij viij vi	25 26 27	iiij iiij iiij	c d e	viij vi v	25 26 27
iiij iiij iiij *	c d e f	v iiij iiij Prid.	28 29 30 31	j * xxix	f g A	iiij iiij Prid.	28 29 30

MAYIS				JUNIVS			
Epa- cta	Litere Dñic.		Dies Mēsis	Epa- cta	Litere Dñic.		Dies Mēsis
xxviij	b	CAL.	1	xxviij	e	CAL.	1
xxvij	c	vi	2	25 xxvj	f	iiii	2
xxvj	d	v	3	xxv	g	iii	3
25 xxv	e	iiii	4	xxiiij	A	Prid.	4
xxiiiij	f	iii	5	xxij	b	NON.	5
xxiiij	g	Prid.	6	xxj	c	viii	6
xxij	A	NO.	7	xx	d	vii	7
xxj	b	viii	8	xix	e	vi	8
xx	c	vii	9	xviij	f	v	9
xix	d	vi	10	xvij	g	iiii	10
xviiij	e	v	11	xvj	A	iii	11
xvij	f	iiii	12	xv	b	Prid.	12
xvj	g	iii	13	xiiiij	c	IDIE.	13
xv	A	Prid.	14	xiiij	d	NON.	14
xiiiij	b	IDIE.	15	xij	e	xviij	15
xiiij	c	xviij	16	xj	f	xvi	16
xij	d	xvi	17	x	g	xv	17
ij	e	xv	18	ix	A	xiiii	18
x	f	xiiii	19	viiij	b	xiii	19
ix	g	xiii	20	viiij	c	xii	20
viiij	A	xii	21	vj	d	xi	21
vij	b	xi	22	v	e	x	22
vj	c	x	23	iiiiij	f	ix	23
v	d	ix	24	iiij	g	viii	24
iiiiij	e	viii	25	ij	A	vii	25
iiij	f	vii	26	j	b	vi	26
ij	g	vi	27	*	c	v	27
j	A	v	28	xxix	d	iiii	28
* abc	b	iiii	29	xxviij	e	iii	29
xxix	c	iii	30	xxvij	f	Prid.	30
xxviij	d	Prid.	31				

I V L I V S				A V G V S T V S					
Epa- ctæ	Litere Dñic.		Dies Mēsis	Epa- ctæ	Litere Dñic.		Dies Mēsis		
25	xxvj.	g	CAL.	1	xxv	xxiiij.	c	CAL.	1
	xxv	A	vi	2		xxiiij.	d	iiij	2
	xxiiij	b	v	3		xxij	e	ij	3
	xxiiij	c	iiij	4	xxj	f	Prid	4	
	xxij	d	ij	5	xx	g	NON	5	
	xxj	e	Prid	6	xix	A	vij	6	
	xx	f	NON.	7	xviiij	b	vij	7	
	xix	g	vij	8	xvij	c	vi	8	
	xviiij	A	vi	9	xvj	d	v	9	
	xvij	b	vi	10	xv	e	iiij	10	
	xvj	c	v	11	xiiij	f	ij	11	
	xv	d	iiij	12	xiiij	g	Prid.	12	
	xiiij	e	ij	13	xj	A	IDIB.	13	
	xiiij	f	Prid.	14	xi	b	xix	14	
	xij	g	IDIB.	15	x	c	xviij	15	
	xj	A	xviij	16	ix	d	xvij	16	
	x	b	xvi	17	viiij	e	xvi	17	
	ix	c	xv	18	vij	f	xv	18	
	viiij	d	xiiij	19	vj	g	xiiij	19	
	vij	e	xij	20	v	A	xij	20	
	vj	f	xy	21	iiij	b	xy	21	
	v	g	xi	22	ij	c	xi	22	
	iiij	A	x	23	ij	d	x	23	
	iiij	b	ix	24	j	e	ix	24	
	ij	c	vij	25	*	f	vij	25	
	j	d	vij	26	xxix	g	vij	26	
	*	e	vi	27	xxviiij	A	vi	27	
	xxix	f	v	28	xxvij	b	v	28	
	xxviiij	g	iiij	29	xxvj	c	iiij	29	
	xxvij	A	ij	30	xxv	d	ij	30	
25	xxvj	b	Prid.	31	xxiiij	e	Prid.	31	



SEPTEMBER				OCTOBER			
Epa. Dñe	Litere Dñic.		Dies Mēsis	Epa. Dñe	Litere Dñic.		Dies Mēsis
xxij	f	CAL.	1	xxij	A	CAL.	1
xxij	g	iiij	2	xxj	b	vi	2
xxj	A	iiij	3	xx	c	v	3
xx	b	Prid.	4	xix	d	iiii	4
xxix	c	NON.	5	xviiij	e	iiij	5
xxviiij	d	viiij	6	xvij	f	Prid.	6
xvij	e	viiij	7	xvj	g	NON.	7
xvj	f	vi	8	xv	A	viii	8
xv	g	v	9	xiiiiij	b	vii	9
xiiiiij	A	iiij	10	xiiiij	c	vi	10
xiiiiij	b	iiij	11	xij	d	v	11
xij	c	Prid.	12	xj	e	iiii	12
xi	d	DIB.	13	x	f	iii	13
x	e	xviiij	14	ix	g	Prid.	14
ix	f	xvij	15	viiij	A	IDIB.	15
viiij	g	xvi	16	vij	b	xvii	16
vij	A	xv	17	vj	c	xvi	17
vj	b	xiiiiij	18	v	d	xv	18
v	c	xiiiiij	19	iiiiij	e	xiiii	19
iiiiij	d	xiiij	20	iiiiij	f	xiii	20
iiiiij	e	xiij	21	iiij	g	xii	21
iiij	f	x	22	j	A	xi	22
iiij	g	ix	23	j	b	x	23
iiij	A	viiij	24	* xxix	c	ix	24
xxix	b	viiij	25	xxviiij	d	viii	25
xxviiij	c	vi	26	xxvij	e	vii	26
xxvij	d	v	27	xxvj	f	vi	27
xxvj	e	viiij	28	xxv	g	v	28
xxviiij	f	iiij	29	xxiiiiij	A	iiii	29
xxiiij	g	Prid.	30	xxiiij	b	iii	30
				xxij	c	Prid.	31

NOVEMBER				DECEMBER			
Epactæ	Literæ Dñic.		Dies Mēsi.	Epactæ	Literæ Dñic.		Dies Mēsi.
xxj	d	<i>CAL.</i>	1	xxj	f	<i>CAL.</i>	1
xx	e	<i>iiii</i>	2	xix	g	<i>iii</i>	2
xix	f	<i>iii</i>	3	xvij	A	<i>ii</i>	3
xvij	g	<i>Prid.</i>	4	xvij	b	<i>Prid.</i>	4
xvij	A	<i>NON.</i>	5	xvj	c	<i>NON.</i>	5
xvj	b	<i>viii</i>	6	xvj	d	<i>viii</i>	6
xv	c	<i>vii</i>	7	xiiij	e	<i>vii</i>	7
xiiij	d	<i>vi</i>	8	xiiij	f	<i>vi</i>	8
xiiij	e	<i>v</i>	9	xij	g	<i>v</i>	9
xij	f	<i>iiii</i>	10	xj	A	<i>iiii</i>	10
xj	g	<i>iii</i>	11	x	b	<i>iii</i>	11
x	A	<i>Prid.</i>	12	ix	c	<i>Prid.</i>	12
ix	b	<i>IDIB.</i>	13	viiij	d	<i>IDIB.</i>	13
viiij	c	<i>xviii</i>	14	vij	e	<i>xix</i>	14
vij	d	<i>xvii</i>	15	vij	f	<i>xvii</i>	15
vj	e	<i>xvi</i>	16	v	g	<i>xvi</i>	16
v	f	<i>xv</i>	17	iiiiij	A	<i>xv</i>	17
iiiiij	g	<i>xiiii</i>	18	iiij	b	<i>xv</i>	18
iiij	A	<i>xiii</i>	19	ij	c	<i>xiiii</i>	19
iiij	b	<i>xii</i>	20	j	d	<i>xiii</i>	20
j	c	<i>xi</i>	21	*	e	<i>xii</i>	21
*	d	<i>x</i>	22	xxix	f	<i>xi</i>	22
xxix	e	<i>ix</i>	23	xviiij	g	<i>x</i>	23
xxviij	f	<i>viii</i>	24	xxviij	A	<i>ix</i>	24
xxviij	g	<i>vii</i>	25	xxvj	b	<i>viii</i>	25
xxvj	A	<i>vi</i>	26	xxvj	c	<i>vii</i>	26
xxiiij	b	<i>v</i>	27	xxiiij	d	<i>vi</i>	27
xxiiij	c	<i>iiii</i>	28	xxiiij	e	<i>v</i>	28
xxij	d	<i>iii</i>	29	xxij	f	<i>iiii</i>	29
xxj	e	<i>Prid.</i>	30	xxj	g	<i>iii</i>	30
				xx	A	<i>Prid.</i>	31

SE Q V I T V R

CALENDARIVM COMPENDII NOVAE  
 rationis restituendi Calendarij ad Principes Chri-  
 stianos a Gregorio xiiij transmissi.

Q IANVA-

## IANVARIVS

Epa- ctæ	Litere Dñic.		Dies Mēsis
* o xxix xxviii	A	CAL.	1
	b	iiij	2
	c	iiij	3
xxvij xxvj xxv	d	Prid.	4
	e	NON.	5
	f	viiij	6
xxiiiij xxiiij xxij	g	vii	7
	A	vi	8
	b	v	9
xxj xx xix	c	iiij	10
	d	iiij	11
	e	Prid.	12
xviiiij xviiij xviij	f	IDIB.	13
	g	xix	14
	A	xviii	15
xv xiiiiij xiiiij	b	xvii	16
	c	xvi	17
	d	xv	18
xij xi x	e	xiiiiij	19
	f	xiiiiij	20
	g	xiiij	21
ix viiiij vij	A	xi	22
	b	x	23
	c	ix	24
vj v iiiiij	d	viiiij	25
	e	viiiij	26
	f	vi	27
iiij ij j xxix	g	v	28
	A	iiiiij	29
	b	iiiiij	30
c	Prid.	31	

## FEBRVARIVS

Epa- ctæ	Litere Dñic.		Dies Mēsis
xxviiiij xxvij xxvj	d	CAL.	1
	e	iiij	2
	f	iiij	3
xxv xxiiiiij xxiiij	g	Prid.	4
	A	NON.	5
	b	viiij	6
xxij xxj xx	c	viiij	7
	d	vi	8
	e	v	9
xix xviiiij xviiij	f	iiij	10
	g	iiij	11
	A	Prid.	12
xvj xv xiiiiij	b	IDIB.	13
	c	xvi	14
	d	xv	15
xiiiij xij xi	e	xiiiiij	16
	f	xiiiiij	17
	g	xiiij	18
x ix viiiij	A	xi	19
	b	x	20
	c	ix	21
viiij vij v	d	viiiij	22
	e	viiiij	23
	f	vi	24
iiiiij iiij ij	g	v	25
	A	iiiiij	26
	b	iiiiij	27
j	c	Prid.	28

MAR-

MARTIVS				APRILIS			
Epa- ctæ	Litere Dñic.		Dies Mēsis.	Epa- ctæ	Litere Dñic.		Dies Mēsis
* a	d	CAL.	1	xxviii	g	CAL.	1
xxix	e	vi	2	xxvii	A	iii	2
xxviii	f	v	3	xxvi	b	ii	3
xxvii	g	iii	4	xxv	c	Prid.	4
xxvi	A	ii	5	xxiiii	d	NON.	5
xxv	b	Prid.	6	xxiii	e	viii	6
xxiiii	c	NON.	7	xxii	f	vi	7
xxiii	d	viii	8	xxi	g	v	8
xxii	e	vii	9	xx	A	iiii	9
xxi	f	vi	10	xix	b	iii	10
xx	g	v	11	xviii	c	ii	11
xix	A	iiii	12	xvii	d	Prid.	12
xviii	b	iii	13	xvi	e	IDIB.	13
xvii	c	Prid.	14	xv	f	xviii	14
xvi	d	IDIB.	15	xiiii	g	xvii	15
xv	e	xvi	16	xiii	A	xvi	16
xiiii	f	xv	17	xii	b	xv	17
xiii	g	xv	18	xi	c	xiiii	18
xii	A	xiiii	19	x	d	xiii	19
xi	b	xiii	20	ix	e	xii	20
x	c	xii	21	viii	f	xi	21
ix	d	xi	22	vii	g	x	22
viii	e	x	23	vi	A	ix	23
vii	f	ix	24	v	b	viii	24
vi	g	viii	25	iiii	c	vii	25
v	A	vii	26	iii	d	vi	26
iiii	b	vi	27	ii	e	v	27
iii	c	v	28	i	f	viii	28
ii	d	iiii	29	* a	g	vii	29
i	e	iii	30	xxix	A	Prid.	30
* a	f	Prid.	31				

MAIVS				IVNIVS			
Epa- ctæ	Litere Dñic.		Dies Mēsis	Epa- ctæ	Litere Dñic.		Dies Mēsis
xxviiij	b	CAL.	1	xxvj	e	CAL.	1
xxvij	c	vi	2	xxv	f	iiij	2
xxvj	d	v	3	xxiiiiij	g	iiij	3
xxv	e	iiij	4	xxiiij	A	Prid.	4
xxiiiiij	f	iiij	5	xxij	b	NON.	5
xxiiij	g	Prid	6	xxj	c	viiij	6
xxij	A	NON.	7	xx	d	viiij	7
xxj	b	viiij	8	xix	e	vi	8
xx	c	vi	9	xviii	f	v	9
xix	d	vi	10	xvij	g	iiij	10
xviii	e	v	11	xvj	A	iiij	11
xvii	f	iiij	12	xv	b	Prid.	12
xvj	g	iiij	13	xiiiiij	c	IDIB.	13
xv	A	Prid.	14	xiiij	d	xviiij	14
xiiiiij	b	IDIB.	15	xij	e	xvii	15
xiiij	c	xvii	16	xi	f	xvi	16
xij	d	xvi	17	x	g	xv	17
xi	e	xv	18	ix	A	xiiiiij	18
x	f	xiiiiij	19	viiij	b	xiiij	19
ix	g	xiiij	20	vii	c	xij	20
viii	A	xij	21	vj	d	xi	21
vii	b	xi	22	v	e	x	22
vi	c	x	23	iiij	f	ix	23
v	d	ix	24	iiij	g	viiij	24
iiiiij	e	viiij	25	ij	A	viiij	25
iiij	f	viiij	26	j	b	vi	26
ij	g	vi	27	•	c	v	27
•	A	v	28	xxix	d	iiiiij	28
xxix	b	iiij	29	xxviiiij	e	iiiiij	29
xxviiiij	c	iiij	30	xxvij	f	Prid.	30
xxvij	d	Prid.	31				



IV LIVS				AVGVSTVS			
Epa- cta	Litere Dñic.		Dies Mēsis	Epa- cta	Litere Dñic.		Dies Mēsis
xxvj	g	CAL.	1	xxiiij	c	CAL.	1
xxv	A	vi	2	xxiiij	d	iiii	2
xxiiij	b	v	3	xxij	e	iii	3
xxiiij	c	iiii	4	xxj	f	Prid.	4
xxij	d	iii	5	xx	g	NON.	5
xxj	e	Prid.	6	xx	A	viii	6
xx	f	NON.	7	xviiij	b	vii	7
xix	g	viii	8	xviiij	c	vi	8
xviiij	A	vii	9	xvij	d	v	9
xviiij	b	vi	10	xv	e	iiii	10
xvij	c	v	11	xiiij	f	iii	11
xvj	d	iiii	12	xiiij	g	Prid.	12
xv	e	iii	13	xij	A	IDIB.	13
xiiij	f	ii	14	xj	b	xix	14
xiiij	g	Prid.	15	xj	c	xviii	15
xij	A	IDIB.	15	x			
xj	b	xviiij	16	ix	d	xvii	16
x	c	xviij	17	viiij	e	xvi	17
ix		xvi	18	vij	f	xv	18
viiij	d	xv					
viiij	e	xiiii	19	vj	g	xiiii	19
vij	f	xiii	20	v	A	xiii	20
vj	g	xii	21	v	b	xii	21
v	A	xi	22	iiij	c	xi	22
iiij	b	x	23	iiij	d	x	23
iiij		ix	24	ij	e	ix	24
ij	c	viii	25	j			
j	d	vii	26		f	viii	25
xxix	e	vi	27	xxix	g	vii	26
				xxviiij	A	vi	27
xxviiij	f	v	28	xxvij	b	v	28
xxvij	g	iiii	29	xxvj	c	iiii	29
xxvj	A	iii	30	xxv	d	iii	30
xxv	b	Prid.	31	xx	e	Prid.	31

## SEPTEMBER

Epactæ	Litereꝝ Dñic.		Dies Mēsis
x xiiij	f	CAL.	1
xxij	g	iiii	2
xxj	A	iii	3
xx	b	Prid.	4
xix	c	NON.	5
xviiij	d	viii	6
xvij	e	vii	7
xvj	f	vi	8
xv	g	v	9
xiiii	A	iiii	10
xiiij	b	iii	11
xij	c	Prid.	12
xj	d	IDIB.	13
x	e	xviii	14
ix	f	xvij	15
viiij	g	xvi	16
vij	A	xv	17
vj	b	xiiii	18
v	c	xiii	19
iiiiij	d	xii	20
iiij	e	xi	21
ij	f	x	22
j	g	ix	23
xxix	A	viii	24
xxviiij	b	vii	25
xxvij	c	vi	26
xxvj	d	v	27
xxv	e	iiii	28
xxiiiiij	f	iii	29
xxiiij	g	Prid.	30

\*  
p

## OCTOBER

Epactæ	Litereꝝ Dñic.		Dies Mēsis
xxij	A	CAL.	1
xxj	b	vi	2
xx	c	v	3
xix	d	iiii	4
xviiij	e	iii	5
xvij	f	Prid.	6
xvj	g	NON.	7
xv	A	viii	8
xiiiiij	b	vii	9
xiiij	c	vi	10
xij	d	v	11
xj	e	iiii	12
x	f	iii	13
ix	g	Prid.	14
viiij	A	IDIB.	15
vij	b	xvii	16
vj	c	xvi	17
v	d	xv	18
iiiiij	e	xiiii	19
iiij	f	xiii	20
ij	g	xii	21
j	A	xi	22
xxix	b	x	23
xxviiij	c	ix	24
xxviiij	d	viii	25
xxvij	e	vii	26
xxvj	f	vi	27
xxv	g	v	28
xxiiiiij	A	iiii	29
xxiiij	b	iii	30
xxij	c	Prid.	31

\*  
p

NO-

## NOVEMBER

Epa- ctæ	Litere Dñic.		Dies Mēfis
xxj	d	CAL.	1
xx	e	iiii	2
xix	f	iii	3
xviiij	g	Prid.	4
xvij	A	NON.	5
xvj	b	viii	6
xv	c	vii	7
xiiiiij	d	vi	8
xiiij	e	v	9
xij	f	iiii	10
xj	g	iii	11
x	A	Prid.	12
ix	b	IDIB.	13
viiij	c	xviii	14
vij	d	xvii	15
vj	e	xvi	16
v	f	xv	17
iiiiij	g	xiiii	18
iiij	A	xiii	19
ij	b	xii	20
j	c	xi	21
xxix	d	x	22
xxviiij	e	ix	23
xxvij	f	viii	24
xxvj	g	vii	25
xxv	A	vi	26
xxiiiiij	b	v	27
xxiiij	c	iiii	28
xxij	d	iii	29
xxj	e	Prid.	30

## DECEMBER

Epa- ctæ	Litere Dñic.		Dies Mēfis
xx	f	CAL.	1
xix	g	iiii	2
xviiij	A	iii	3
xvij	b	Prid.	4
xvj	c	NON.	5
xv	d	viii	6
xiiiiij	e	vii	7
xiiij	f	vi	8
xij	g	v	9
xj	A	iiii	10
x	b	iii	11
ix	c	Prid.	12
viiij	d	IDIB.	13
vij	e	xviii	14
vj	f	xvii	15
v	g	xvi	16
iiiiij	A	xv	17
iiij	b	xiiii	18
iiij	c	xiii	19
j	d	xii	20
j	e	xi	21
xxix	f	x	22
xxviiij	g	x	23
xxvij	A	ix	24
xxvj	b	viii	25
xxv	c	vii	26
xxiiiiij	d	vi	27
xxiiij	e	v	28
xxij	f	iiii	29
xxj	g	iii	30
xx	A	Prid.	31

DESCRI-

Quo mō ex Pra  
ctis in Calendario  
dispositis Nouilunia  
ex v's  
Ecclesie instituta  
gunt.

DESCRIPTIS 30. Epactis in Calendario eo ordine, quem exposuimus, pronuntiabitur Luna prima, hoc est, Nouilunium ex vsu Ecclesia accidet illis diebus in quolibet anno proposito, quibus Epacta illius anni adscripta est, quemadmodum ante correctionem Nouilunium ab Ecclesia fieri dicebatur illis diebus in quouis anno, quibus appositus erat aureus numerus illius anni.

Epacta qua rōne  
perperō Nouilunia  
inducantur  
gnant.

ATQVE hęc 30. Epacta Nouilunia iudicabunt in perpetuum, nulla potius facta earum mutatione in Calendario, licet propter omissionem diei intercalaris in centesimis anhis Nouilunia deorsum, hoc est, versus fines mensum deuoluantur, sive sursum, id est, versus mensium initia post quoslibet annos  $312\frac{1}{4}$ , progrediantur: quod aurei numeri præstare non possunt, nisi varijs modis in Calendario disponantur, hoc est, modo deorsum, modo sursum promoueantur, vt supra diximus. Nam quotiescunque Nouilunia versus fines mensum descendunt vnum diem, indicabuntur per Epactam inferiorem, quæ proximè minor est, quàm superior. Vt si anno quopiam Nouilunia indicentur v. g. p. Epacta xx. & accida t diem tunc intercalarem omittit, indicabuntur eadem per Epactam xix. quæ vno die infra Epactam xx. posita est in Calendario. Si verò Nouilunia ascendant vnum diem, inuestigabuntur per Epactam superiorem, quæ proximè maior est, quàm inferior. Vt si Nouilunia inuenienda sint anno quopiam per eandem illam Epactam xx. & contingat tunc ea sursum progressa esse vno die, propter annos  $312\frac{1}{4}$ . elapsos, inquirenda erunt eadem per Epactam xxi. quæ vno die supra Epactam xx. in Calendario scripta est. Sed quando minor, aut maior Epacta ad Nouiluniorum inuestigationem assumenda sit, abunde infra exponemus, cum, quo modo Epacta cuiuslibet anni inquirenda sit, docebimus.

Heic Epactis  
Iocū antea non  
tamen necesse  
est, apertè, ordine  
retrogrado in Ca  
lendario esse dis  
positas.

Dies Decbris, q  
post ultimas Lu  
nationes anni su  
perant, exhibet  
plerumque Epac  
tam anni insequ  
entis.

OPTIMO autem consilio 30. Epactis in locum aureorum numerorum in Calendario substitutas esse, recteque per dies totius anni ordine retrogrado distributas, hinc facile quibus poterit cognoscere, quòd si diligenter omnes dies mensis Decembris, qui post finem Lunationis in eodem mense cuiuslibet anni terminate numerentur, numerus ille dierum non solum exhibet Epactam insequentis anni, hoc est, dies, quibus annus Solaris Lunarem antecedentem superat, vt supra dictum est, verum etiam Lunationes totius anni insequentis ijs diebus incipiunt, iuxta quos Epacta illa tot' vnitatum reposita est, quot dies in Decembri post finem Lunationis in eo mense terminate supererunt: ita vt dies illi superflui offerant Epactam Nouiluniorum insequentis anni indicem. Verbi gratia, si finis alicuius Lunationis quouis anno incidat in 26. diem Decembris; quod sit, currente Epacta XXI. (cum a die 27. cui Epacta XXI. adscripta est, noua Lunatio initium sumat) supererunt quinque dies Decembris, qui exhibent Epactam v. anni insequentis, quæ secundum superiorem dispositionem Epactarum iuxta diem 26. Ianuarij posita est, in quem Nouilunium eo anno cadet; propterea quod 25. dies Ianuarij Epactam v. anteceden-

recedentes, cum illis quinque diebus, qui mense Decembri supersuerunt, constituunt integram Lunationem 30. dierum, quot dies plenique Lunatio quolibet in Ianuario mense terminata solet continere. Sic etiam, quando Lunatio terminatur die octauo Decembris, quod accidit, cum Epacta xii. in vsu est, supersunt 23. dies Decembris, qui pro anno insequenti exhibent Epactam xxiij. diei octauo Ianuarij adscriptam, in quem Nouilunium eo anno incidet. Eademque ratio est de cæteris.

VERVNTAMEN cum aureus numerus alicuius anni est 19. addenda est vnitas ad dies, qui post Lunationem mense Decembri terminatam supersunt, vt habeatur Epacta insequentis anni; dummodo tunc in vsu non sit Epacta xvij. vel xix. Currente namque Epacta xvij. cum aureo numero 19. finitur Lunatio vltima anni postremo Decembris die, nullusque dies superest, propterea quod illa Lunatio sit 29. dierum tantum, quæ deberet esse 30. dierum, & termini primi die Ianuarij, quemadmodum accidit, quando Epacta xvij. nõ cum aureo numero 19. sed cum alijs concurrat. Quare cum sequens Lunatio incipiat tunc ab Epacta x. diei primo Ianuarij apposita, erit Epacta sequentis anni x. vel 0. ita vt non sit addenda vnitas diei 0. Decembris, qui post vltimam Lunationem supersuit. Ita quoque Epacta xix. & aureo numero 19. concurrentibus, terminatur vltima Lunatio anni penultimo diei Decembris, superestque vnus dies, cum altera Lunatio insequens incipiat vltimo die ab Epacta 19. ad marginem adscripta, vt supra diximus: atque dies ille vnus superfluus dabit Epactam 1. sequentis anni sine additione vnitatis: quia tunc ea Lunatio continet so- lum dies 29. cum tamen alijs annis, quando Epacta xix. & aureus numerus 19. non concurrunt, complectatur dies 30. claudaturque vltimo Decembris die. Cur autem dux hæ Lunationes efficiantur tunc die- rum duntaxat 29. infra Cap. v. de Embolismis explicabitur: Quam ob causam verò alijs diebus, qui post Lunationem quamlibet in Decembri terminatam supersunt, adijciatur vnitas, currente aureo numero 19. Capite proximo exponemus.

DE CONSTRUCTIONE TABVLÆ EX-  
pansæ Epactarum, eiusque æquatione, & de in-  
uentione Epactæ quolibet anno pro-  
posito. Cap. IIII.



QUONIAM Nouilunia post 19. annos Solares trans-  
actos ad eosdem dies mensium reuertuntur, etsi non ad  
easdem omnino horas; vt Cap. 1. huius libri dictum  
est; efficitur vt ex 30. Epactis Calendario inscriptis as-  
sumendæ sint tantummodo 19. in vno vel in pluribus  
annorum centenarijs, respondentes 19. aureis nume-

R ris,

Ex 30. Epactis  
superpartes factæ  
19. in unum, set  
pluribus partibus  
centum annorum,  
ad Nouilunium  
stranda.

ris, singulæ singulis, per quas Nouilunia eorundem annorum inuestigantur. Hæ etenim Epactæ tamdiu Nouilunia indicant, (quemadmodum olim 19. numeri) quamdiu post completos 19. annos Lunarium conjunctiones ad eisdem semper dies redire comperientur. Cum primum autem Nouilunia per vnum diem siue versus initium mensis, siue versus finem deuoluta fuerint, (quod quidem necessario contingit tum propter centesimos annos communes, tum propter annos  $312\frac{1}{2}$ . quibus Lunationes vnum diem anticipant in Calendario) ascendendæ erunt aliæ 19. Epactæ eisdem 19. aureis numeris respondentes, quarum aliæ in antecedentibus 19. Epactis non reperiuntur, aliæ vero iam in illis etiam usurpatæ sunt. Ita vt quando Nouilunia vno die versus mensium initia ascenderint, accipiendæ sint 19. Epactæ, quæ alias 19. quæ ad illud vsque tempus fuerunt in vsu, excedant vnitatē, singulæ singulas; si verò versus fines mensium vnum diem descenderint, eligendæ sint 19. Epactæ; quæ vnitatē minores sint proximè antecedentibus 19. Epactis, singulæ singulis. Hac enim ratione fiet, vt illæ 19. Epactæ indicent in Calendario Nouilunia vno die citius contingere, quàm priores, hæ verò vno die serius. Quocirca tradenda iam ratio est, qua cognoscamus, quæ 19. Epactæ ex omnibus 30. respondeant 19. aureis numeris quocunque tempore, & quando aliæ 19. accersendæ sint, ac denique qua arte quolibet anno proposito Epacta, per quam Nouilunia monstrantur, ex cognito aureo numero eiusdem anni eliciatur. Pro qua re construenda est tabula Epactarum, quam Expansam vocamus, propterea quod 30. lineas continet, quarum singulæ 19. Epactas, 19. aureis numeris respondentes complectuntur, vt omnis varietas constet, quæ inter varias 19. Epactas, & 19. aureos numeros eosdem repetiri potest. Deinde conficienda est alia tabula æquationis Epactarum, per quam cognoscamus, quarum linea Epactarum ex illis 30. in hoc, vel illo tempore sursus assumenda. Constructio igitur tabulæ expansæ Epactarum ita se habet.

Quando sumptæ sint 19. Epactæ vno vitæ maiores, qui anteceduntur 19. & quando minores.

Tabula Epactarum expansæ quæ constructur

IN vertice tabulæ describantur omnes 19. aurei numeri, in initio sumpto ab aureo numero 3. qui tempore Concilij Nicæni Calendis Ianuarij, id est, primo diei anni in Calendario præfixus erat. Deinde in linea infima ex omnibus 30. infra aureos numeros collocentur 19. Epactæ ab 1. incipientes, & se mutuo vndecim vnitatibus excedentes, abiectis semper 30. quâdo vndecim vnitates antecedenti Epactæ additæ faciunt maiorem summam quàm 30. ita tamen, vt Epactam xxvij. sub aureo numero 19. positam, subsequens Epacta excedat non vndecim, sed duodecim vnitatibus, ac proinde sub aureo numero 1. Epacta sit ix. non autem viij. quod additis 12. ad 17. fiant 29. & abiectis 30. relinquuntur ix. Quod si à singulis Epactis huius lineæ infimæ sursum ascendatur per naturalem numerorum seriem, scribendo signum hoc ✕. pro xxx. supra quod rursus scribatur, deinde ij. iij. iiij. &c. composita erit tota tabula Epactarum expansa, in qua Epactæ cuiuslibet lineæ se mutuo superant vndecim vnitatibus, exceptis Epactis



Etis sub aureo numero 1. descriptis. Hæ enim superant antecedentes sub aureo numero 19. positas, duodecim vnitatebus; quemadmodum in infimalinea. Epacta 25. sub his octo aureis numeris maioribus 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. scribenda est diuerso ab alijs colore, aut figura. Ad sinistrum denique latus tabulæ apponendæ sunt literæ alphabeti minusculæ ordine naturali, ponendo literam a, è regione intimæ linæ, & b, è regione secundæ, &c. vsque ad u, omiſsa litera o. ne ob similitudinem, quam cum caractere numerali o. habet, confusionem pariat. Post u, deinde scribendæ quoque sunt literæ alphabeti maiusculæ, omiſsis literis I, K, L, O, ob eandem causam. Nam I, L, O, literæ sunt numerorum, cum I, significet vnum; & L, 50; & O, nihil: At K, maiuscula parum à k, minuscula differt, facileque idcirco vna pro altera assumi posset. Hæ autem literæ indicant, quænam linea Epactarum proposito quouis tempore in vsum sit recipienda, vt ex tabula æquationis Epactarum perspicuum erit. Eadem quoque literæ vsurpantur in Martyrologio ad Lunæ ætatē quolibet die pronunciantis, vt ex Martyrologio ad nouā Calendarij rationē restituto manifestū est.

ADSCRIPSIMVS autem hisce triginta lineis Epactarum tabulæ expansæ literas potius alphabeti, quam annos Domini, quibus singulæ linæ respondent, quia volumus tabulam hanc expansam & perpetuam esse, & ad quamcunque anni Solaris magnitudinem posse accommodari: quod non fieret, si anni Domini apponerentur, tum quia in tam exiguo spatio omnes anni comprehendi non possunt, tum verò maxime, quoniam cum incerta adhuc sit, & nondum satis explorata anni Solaris magnitudo, incertum quoque sit, necesse est, num anni Domini semper lineis illis Epactarum sint responsuri, quibus præfixi sunt. Quare vt posteris liberum sit, aliam rationem æquandi annum Solarem instituere, si fortè hæc nostra æquandi ratio post aliquot annos ab Astronomis a vero aberrare deprehendatur, appositius literas alphabeti, vt quælibet earum cuius anno Domini respondere possit. Ita enim sit, vt tabula hæc Epactarum & perpetua sit, & cuiuscunque anni magnitudini accommodetur, si ex tabula æquationis, quam mox construemus, diligenter discatur, quænam litera alphabeti huic, vel illi anno Domini respondeat. Sola tabula æquationis mutanda erit, si defectus aliquis, vt diximus, in nostra æquatione fuerit deprehensus, vt paulo infra docebimus.

COMPOSITIO verò tabulæ æquationis Epactarum, quæ per centesimos annos progreditur, ita instituetur. Concilij Nicæni temporibus aureus numerus 3. primo diei anni præfixus erat, vt ex Calendario antiquo perspicuum est; eo quod tunc temporis, quotiescunque aureus numerus erat 3. Notilunium fiebat primo die anni, siue Calendis Ianuarij, & illis diebus aliorum mensium, quibus idem aureus numerus 3. præfixus erat. Cum ergo in nouo Calendario Epacta hæc \* ad primum quoque diem Ianuarij posita sit, sequitur, vt prima litera Epactarum tabulæ expansæ, in qua Epacta \*, sub numero aureo 3. col-

R 2 locatur,

Cor lineis Epactarum in tabula expansa accipitur potius sic literæ alphabeti, quam anni Domini.

## TABVLA EPACTA-

AVREI NYMERI.

	iiij.	iiij.	v.	vj.	vij.	viii.	ix.	x.	xj.
		E	P	A	C	T	A		
P	*	xj	xxij	iiii	xiiii	xxv	vi	xvii	xxviii
N	xxix	x	xxj	ii	xiii	xxiiii	v	xvi	xxvii
M	xxviij	ix	xx	j	xii	xxiii	iiii	xv	xxvi
H	xxvij	viii	xix	*	xi	xxii	iiii	xiiii	xxv
G	xxvj	vii	xviii	xxix	x	xxi	iii	xiii	xxiiii
F	xxv	vj	xvii	xxviii	ix	xx	j	xii	xxiii
E	xxiiii	v	xvj	xxv	viii	xix	*	xi	xxii
D	xxiii	iiii	xv	xxvi	vii	xviii	xxix	x	xxi
C	xxij	iiij	xxiiij	xxv	vi	xvii	xxviii	ix	xx
B	xxj	ij	xxij	xxiiii	v	xvi	xxv	viii	xix
A	xx	j	xxj	xxiiii	iiii	xv	xxvi	vii	xviii
u	xix	*	xj	xxii	iii	xiiii	xxv	vi	xvii
r	xxviii	xxix	x	xxi	ii	xiii	xxiiii	v	xvi
f	xxvj	xxviiij	ix	xx	j	xii	xxiii	iiii	xv
r	xxvj	xxvij	viiij	xix	*	xi	xxii	iiii	xv
q	xv	xxvj	viiij	xxviii	xxix	x	xxi	iiii	xiii
p	xiiii	xxv	vj	xxvii	xxviii	ix	xx	j	xii
n	xxij	xxiiij	v	xxvi	xxvii	viii	xix	*	xi
m	xij	xxviij	iiii	xv	xxvi	vii	xviii	xxix	x
l	xj	xxvi	iiii	xxv	xxvi	vi	xvii	xxviii	ix
k	x	xxv	ij	xxiiii	xxv	v	xvi	xxv	viii
i	ix	xx	j	xii	xxiii	iiii	xv	xxvi	vii
h	viii	xix	*	xi	xxii	iiii	xiiii	xxv	vi
g	vii	xxviii	xxix	x	xxi	ii	xiii	xxiiii	v
f	vj	xxviij	xxviiij	ix	xx	j	xii	xxiii	iiii
e	v	xxvi	xxviiij	viii	xix	*	xi	xxii	iiii
d	iiii	xxv	xxviij	vii	xxvii	xxix	x	xxi	iiii
c	iii	xxiiii	xxv	vi	xvi	xxviii	ix	xx	j
b	ii	xxiiii	xxviiij	v	xvi	xxv	viii	xix	*
a	j	xxiii	xxviiij	iiii	xv	xxvi	vii	xviii	xxix

Hæc indices Epactarum pro variis temporibus in quodlibet eisdem literis in tabula sequenti Epactarum.

## RVM EXPANSA

## AVREI NVMERI.

Letter	xij	xlij	xliij	xv	xvj	xvij	xviiij	xix	j	ij
		E	P	A	C	T	Æ			
P	ix	xx	j	xii	xxiii	lxi	xv	xxvi	viii	xix
N	viii	xix	*	xi	xxii	li	xliii	z5	vii	xviii
Ni	vii	xviii	xxix	x	xxi	li	xliii	xxliii	vi	xvii
H	vi	xvii	xxviii	ix	xx	j	xli	xxliii	v	xvi
G	v	xvi	xxvii	viii	xix	*	xli	xxii	iiii	xv
F	iiii	xv	xxvi	vii	xviii	xxix	x	xxi	iii	xiiii
E	iii	xiiii	z5	vi	xvii	xxviii	ix	xx	ii	xiii
D	ii	xiii	xxliii	v	xvi	xxvii	viii	xix	j	xii
C	j	xii	xxlii	iiii	xv	xxvi	vii	xviii	*	xi
B	*	xi	xxli	iii	xiiii	z5	vi	xvii	xxix	x
A	xxix	x	xxi	ii	xiii	xxliii	v	xvi	xxviii	ix
u	xxviii	ix	xx	j	xii	xxlii	iiii	xv	xxvii	viii
t	xxvii	viii	xix	*	xi	xxli	iii	xliii	xxvi	vii
f	xxvi	vii	xviii	xxix	x	xxi	ii	xlii	xxv	vi
r	z5	vi	xvii	xxviii	ix	xx	j	xli	xxiiii	v
q	xxiiii	v	xvi	xxvii	viii	xix	*	xl	xxlii	iiii
p	xxiii	iiii	xv	xxvi	vii	xviii	xxix	x	xxli	iii
n	xxii	iii	xiiii	z5	vi	xvii	xxviii	ix	xx	ii
m	xxi	ii	xliii	xxliii	v	xvi	xxvii	viii	xx	j
t	xx	j	xlii	xxlii	iiii	xv	xxvi	vii	xix	*
k	xix	*	xli	xxli	iii	xliii	z5	vi	xviii	xxix
i	xviii	xxix	xx	xxi	ii	xlii	xxliii	v	xvi	xxviii
h	xvii	xxviii	ix	xx	j	xli	xxliii	iiii	xv	xxvii
g	xvi	xxvii	viii	xix	*	xli	xxli	iiii	xv	xxvi
f	xv	xxvi	vii	xviii	xxix	x	xxi	iii	xiiii	xxv
e	xiiii	z5	vi	xvii	xxviii	ix	xx	j	xiii	xxiiii
d	xiii	xxliii	v	xvi	xxvii	viii	xix	*	xii	xxiii
c	xii	xxlii	iiii	xv	xxvi	vii	xviii	xxix	x	xxii
b	xi	xxli	iii	xiiii	z5	vi	xvii	xxviii	x	xxi
a	x	xxi	ii	xiii	xxliii	v	xvi	xxvii	ix	xx

TABVLA AEQVATIONIS TABVLAE  
EPACTARVM EXPANSAE.

		Anni Dñi				Anni Dñi				
+	N	1				i	4700			
	P	320	Biff.			i	4800	Biff.	⊙	
	P	500	Biff.			h	4900			
	a	800	Biff.	⊙		h	5000			
	b	1200	Biff.	⊙		g	5100			
	c	1400	Biff.	⊙		h	5200	Biff.	⊙	
			Detraētis 10. diebus				g	5300		
	D	1582				f	5400			
	D	1600	Biff.			f	5500			
	C	1700				f	5600	Biff.		
	C	1800		⊙	⊙	e	5700		⊙	
						e	5800		⊙	
	B	1900				d	5900			
B	2000	Biff.			d	6000	Biff.			
B	2100		⊙		d	6100		⊙		
A	2200				c	6200				
u	2300				b	6300				
A	2400	Biff.	⊙		c	6400	Biff.	⊙		
u	2500				b	6500				
t	2600				a	6600				
t	2700		⊙		P	6700				
t	2800	Biff.			a	6800	Biff.	⊙		
f	2900				P	6900		⊙		
f	3000		⊙		N	7000				
r	3100				N	7100		⊙		
r	3200	Biff.			N	7200	Biff.			
r	3300		⊙		M	7300				
q	3400				M	7400		⊙		
P	3500				H	7500				
q	3600	Biff.	⊙		H	7600	Biff.			
P	3700				H	7700		⊙		
n	3800				G	7800				
n	3900		⊙		F	7900				
n	4000	Biff.			G	8000	Biff.	⊙		
m	4100				F	8100				
l	4200				E	8200				
l	4300		⊙	⊙	E	8300		⊙		
l	4400	Biff.			E	8400	Biff.			
k	4500				D	8500				
k	4600		⊙		D	8600		⊙		

Anni Dñi				Anni Dñi			
C	8700			c	13100		
C	8800	Biff.		c	13200	Biff.	
C	8900		☉	c	13300		☉
B	9000			b	13400		
A	9100			a	13500		
A	9200	Biff.		b	13600	Biff.	☉
A	9300		☉☉	a	13700		
u	9400			P	13800		
t	9500			P	13900		☉
u	9600	Biff.	☉	P	14000	Biff.	
t	9700			N	14100		
f	9800			M	14200		
f	9900		☉	M	14300		☉☉
f	10000	Biff.		M	14400	Biff.	
r	10100			H	14500		
r	10200		☉	H	14600		☉
q	10300			G	14700		
q	10400	Biff.		G	14800	Biff.	
q	10500		☉	G	14900		☉
p	10600			F	15000		
n	10700			E	15100		
p	10800	Biff.	☉	F	15200	Biff.	☉
n	10900			E	15300		
m	11000			D	15400		
m	11100		☉	D	15500		☉
m	11200	Biff.		D	15600	Biff.	
l	11300			C	15700		
l	11400		☉	C	15800		☉
k	11500			B	15900		
k	11600	Biff.		B	16000	Biff.	
i	11700			B	16100		☉
i	11800		☉☉	A	16200		
h	11900			u	16300		
h	12000	Biff.		A	16400	Biff.	☉
h	12100		☉	u	16500		
g	12200			t	16600		
f	12300			f	16700		
g	12400	Biff.	☉	t	16800	Biff.	☉☉
f	12500			f	16900		
e	12600			r	17000		
e	12700		☉	r	17100		☉
e	12800	Biff.		r	17200	Biff.	
d	12900			q	17300		
d	13000		☉	q	17400		☉

Anni Dni				Anni Dni			
P	17500			F	21900		
P	17600	Biff.		F	22000	Biff.	
P	17700		⊙	F	22100		⊙
n	17800			E	22200		
m	17900			D	22300		
n	18000	Biff.	⊙	E	22400	Biff.	⊙
m	18100			D	22500		
l	18200			C	22600		
l	18300		⊙	C	22700		⊙
l	18400	Biff.		C	22800	Biff.	
k	18500			B	22900		
k	18600		⊙	B	23000		⊙
i	18700			A	23100		
i	18800	Biff.		A	23200	Biff.	
i	18900		⊙	A	23300		⊙
h	19000			u	23400		
g	19100			t	23500		
g	19200	Biff.		u	23600	Biff.	⊙
g	19300		⊙	t	23700		
f	19400		⊙	t	23800		
c	19500			f	23900		⊙
f	19600	Biff.	⊙	f	24000	Biff.	
e	19700			r	24100		
d	19800			q	24200		
d	19900		⊙	q	24300		⊙
d	20000	Biff.		q	24400	Biff.	⊙
c	20100			p	24500		
c	20200		⊙	p	24600		⊙
b	20300			n	24700		
b	20400	Biff.		n	24800	Biff.	
b	20500		⊙	n	24900		⊙
a	20600			m	25000		
P	20700			l	25100		
a	20800	Biff.	⊙	m	25200	Biff.	⊙
P	20900			k	25300		
N	21000			k	25400		
N	21100		⊙	k	25500		⊙
N	21200	Biff.		i	25600	Biff.	
M	21300			i	25700		
M	21400		⊙	l	25800		⊙
H	21500			h	25900		
H	21600	Biff.		h	26000	Biff.	
G	21700			h	26100		⊙
G	21800		⊙	g	26200		⊙



Anni Dñi				Anni Dñi			
f	26300	Biff.	⊙	f	30700	Biff.	⊙
g	26400			r	30800		
f	26500			f	30900 <sup>c</sup>		
e	26600			r	31000		
d	26700	Biff.	⊙	r	31100	Biff.	⊙
e	26800			r	31200		
d	26900			q	31300		
e	27000			q	31400		
c	27100	Biff.	⊙	p	31500	Biff.	⊙
c	27200			p	31600		
b	27300			n	31700		
b	27400			n	31800		
a	27500	Biff.	⊙	m	31900	Biff.	⊙
a	27600			m	32000		
a	27700			m	32100		
P	27800			l	32200		
N	27900	Biff.	⊙	k	32300	Biff.	⊙
P	28000			l	32400		
N	28100			k	32500		
M	28200			i	32600		
M	28300	Biff.	⊙	i	32700	Biff.	⊙
M	28400			i	32800		
H	28500			h	32900		
H	28600			h	33000		
G	28700	Biff.	⊙	g	33100	Biff.	⊙
G	28800			g	33200		
G	28900			g	33300		
F	29000			f	33400		
E	29100	Biff.	⊙	e	33500	Biff.	⊙
E	29200			f	33600		
E	29300			e	33700		
D	29400			d	33800		
C	29500	Biff.	⊙	d	33900	Biff.	⊙
D	29600			d	34000		
C	29700			c	34100		
B	29800			b	34200		
B	29900	Biff.	⊙	b	34300	Biff.	⊙
B	30000			b	34400		
A	30100			a	34500		
A	30200			a	34600		
u	30300	Biff.	⊙	P	34700	Biff.	⊙
u	30400			P	34800		
u	30500			P	34900		
e	30600			N	35000		

Anni Dñi				Anni Dñi			
M	35100			i	39500		
N	35200	Biff.	⊙	k	39600	Biff.	⊙
M	35300			T	39700		
H	35400			h	39800		
H	35500		⊙	h	39900		⊙
H	35600	Biff.		h	40000	Biff.	
G	35700			g	40100		
G	35800		⊙	g	40200		⊙
F	35900			f	40300		
F	36000	Biff.		f	40400	Biff.	
F	36100		⊙	f	40500		⊙
E	36200			e	40600		
D	36300			d	40700		
E	36400	Biff.	⊙	e	40800	Biff.	⊙
D	36500			d	40900		
C	36600			c	41000		
B	36700			c	41100		⊙
C	36800	Biff.	⊙ ⊙	c	41200	Biff.	
B	36900			b	41300		
A	37000			b	41400		⊙
A	37100		⊙	a	41500		
A	37200	Biff.		a	41600	Biff.	
u	37300			P	41700		
u	37400		⊙	P	41800		⊙ ⊙
t	37500			N	41900		
t	37600	Biff.		N	42000	Biff.	
t	37700		⊙	N	42100		⊙
f	37800			M	42200		
r	37900			H	42300		
f	38000	Biff.	⊙	M	42400	Biff.	⊙
r	38100			H	42500		
q	38200			G	42600		
q	38300		⊙	G	42700		⊙
q	38400	Biff.		G	42800	Biff.	
p	38500			F	42900		
p	38600		⊙	F	43000		⊙
n	38700			E	43100		
n	38800	Biff.		E	43200	Biff.	
n	38900		⊙	E	43300		⊙
m	39000			D	43400		
l	39100			C	43500		
l	39200	Biff.		D	43600	Biff.	⊙
l	39300		⊙ ⊙	C	43700		
k	39400			B	43800		

locatur, respondeat aureis numeris tempore Concilij Nicæni, & in alijs quoque annis insequentibus, donec Luna æquatione indigeat, hoc est, quousque Nouilunia in alios dies incidant: quia vbiusque Epacta ✱. in nouo Calendario existit, ibi positus erat tempore Nicæni Concilij aureus numerus 3. vbi verò Epacta xi. Epactam ✱. in prima linea tabulæ expansæ insequens ponitur, ibi collocatus erat aureus numerus 4. qui aureum numerum 3. in vertice tabulæ insequitur: Et vbi scripta est Epacta xxi. Epactam xi. insequens, ibi locum habebat aureus numerus 5. eodemque modo ceteræ Epactæ omnes in prima linea tabulæ expansæ collocatæ, in ijs locis Calendarij noui sedes habent, quorum è regione aurei numeri eis in vertice eiusdem tabulæ expansæ respondententes positi erant in veteri Calendario. Id quod perspicuum fiet, si diligenter dies mensum noui Calendarij è regione omnium 19. Epactarum in prima linea tabulæ expansæ positarum, cum diebus mensum veteris Calendarij è regione omnium 19. aureorum numerorum conferamus. Excipiuntur pauca quædam loca in Calendario: in quibus differentia aliqua reperitur: quod mirum non est, propterea quod in Februario, & alijs nonnullis mensibus veteris Calendarij non in eisdem diebus omnino facta est æquatio Lunationum, vt alternis essent 30. & 29. dierum, quibus ea facta est a nobis per Epactas xxiiiij. & xxv. eidem diei adscriptas in sex mensibus, vt paulo ante diximus. Neque verò idcirco Cyclus aurei numeri non recte dispositus esse dici potest in veteri Calendario, aut Cyclus Epactarum in nouo; cum vterque habeat Lunationes alternis 30. dierum, & 29. vt ratio postulat. Quamquam. n. hoc fiat non in eisdem locis omnino, parum tamen id refert, cum nullus Cyclus omni ex parte possit Lunationibus cælestibus respondere, vt infra docebitur. Lunationes tamen Paschales Martij, & Aprilis (quod magis ad rem facit) in Calendario veteri ab iisdem in nouo nulla in re discrepant. Quare cum Concilium Nicænum circa annum Domini 325. celebratum sit, ponenda erit litera P, maiuscula, quæ primæ lineæ Epactarum tabulæ expansæ præfixa est, ad sinistram anni 320. in tabula æquationis. Hunc enim annum malimus assumere, quàm annum 325. quod vicinus sit temporibus Nicæni Concilij, illustriorque, quam annus 325. cum sit bissextilis, quemadmodum & anni centesimi, per quos tabula æquationis progreditur.

DEINDE quia a CHRISTO nato vsque ad Concilium Nicænum effluxere anni 300. & eò amplius, necesse est, temporibus CHRISTI Nouilunia vno die serius contigisse, quàm Concilij Nicæni tempore, propterea quod spatio 300. annorum diem ferme integrum sedes suas anteuertunt in Calendario, vt supra diximus. Ex quo sequitur, tempore CHRISTI eisdem 19. aureis numeris responsuras fuisse alias 19. Epactas, si tunc Cyclus hic Epactarum, & nouum Calendarium fuissent in vsu; illas nimirum, quæ in secunda linea tabulæ expansæ continentur, & quæ Epactis primæ lineæ vna vni tate minores sunt, singulæ singulis. Omnes enim Epactæ secundæ li-

neque collocantur in Calendario nouo infra Epactas in prima linea contentas; ac proinde Nouilunia indicabuntur vno die tardius per Epactas secundæ lineæ, quàm per Epactas in prima linea descriptas, quasque tempore Nicæni Concilij in vsu fuisse diximus. Quod si loco Epactarum secundæ lineæ ponerentur in Calendario aurei numeri, prout in vertice tabulæ expansæ illis Epactis secundæ lineæ respondent, cernerentur omnes aurei numeri vno die inferiores, quàm aurei numeri tempore Concilij Nicæni. Quamobrem in tabula æquationis iuxta annum Domini 1. scribenda est litera N, maiuscula, quæ in tabula expansa secundæ lineæ Epactarum præfigitur.

Ad hæc, vt recte ordo æquationis Lunæ, qua vnum diem Nouilunia anticipare diximus spatio annorum  $312\frac{1}{2}$ . pro annis post Concilium Nicænum instituat, stabilienda primum est radix, a qua principium sumat huiusmodi æquatio. Etsi enim, vt diximus, prima linea Epactarum tabulæ expansæ congruit Cyclo aurei numeri temporibus Concilij Nicæni edito, radicem tamen æquationis non esse ad ea tempora referenda, sed ad multos annos post illud Concilium, ita planum faciemus. Ecclesia DEI, vt rite mobilia festa celebret, non valde laborat, vt Nouilunia per Cyclum inuenta cum Nouilunijs per tabulas mediorum motuum eritis prorsus conueniant, immo dedita opera Cyclum in Calendario ita disponit, vt eius Nouilunia subsequantur ferme ea, quæ ex tabulis eliciuntur, ne videlicet accidat aliquando, & Lunam XIIII. Paschalem, quam Cyclus offert, tanto spatio plenilunium medium præcurrere, vt Pascha ante ipsum, contra Patrum, ac Conciliorum decreta, celebretur, vt paulo infra susius docebimus. Quæ igitur Cyclus aurei numeri, vt a Patribus Nicæni Concilij dispositus est, monstrat Nouilunia circa annum Domini 325. iisdem diebus plerunque contigisse, quibus ea per tabulas mediorum motuum facta esse cognoscuntur in cælo, non poterit dispositio illa aurei numeri temporibus Concilij Nicæni facta ad vsu Ecclesiæ censi accommodata, quippe quæ coniunctiones Luminarium citius factas esse demonstrat, quàm Ecclesiæ consuetudo postulat, ac proinde non raro Pascha ante medium plenilunium exhibuerit celebrandum, de qua re infra plura scribemus; sed eam vsui esse coepisse necesse est (quod ad festa mobilia rite celebranda attinet) aliquot annis post Nicænum Concilium elapsis; tot videlicet, quot necessarii sunt ad tantam Nouiluniorum anticipationem in Calendario, vt iam aurei numeri eadem exhibeant tanto tempore post Astronomica Nouilunia media, vt periculum non sit, Pascha celebrari posse ante medium plenilunium, nisi raro admodum. Hoc autem contigit anno Domini 550. videlicet 200. annis, & eò amplius, post Concilium Nicænum, quo tempore Iustinianus primus imperium Romanum obtinebat. Tunc enim aurei numeri Nouilunia sexdecim ferme horis tardius indicabant, quàm Concilij Nicæni tempore, vt ex tabulis Astronomicis constat. Eodem etiam tempore sopite sunt omnes discordiæ inter Græcos, & Latinos, inque

Nouilunia cæli debere ex vsu Ecclesiæ subsequi vt plenilunium eundem dies ex tabulis præcedat.

Nouilunia aurei numeri circa tempore Concilij Nicæni eadem facta esse cognoscuntur in cælo.

Nouilunia aurei numeri circa an. Dom. 550. ferme sexdecim horis in cælo, ac prima de ad vsu Ecclesiæ magis accommodata erant.

inque vsus receptus est Cyclus aurei numeri, prout a Dionysio Abbate circa annum Domini 532. eodem Iustiniano primo imperante, in Calendario fuit digestus.

ITA QVE radix æquationis statuitur a nobis in anno 550. propterea quod tunc aurei numeri Cyclus rectius Nouilunia monstrabat, & ad festa mobilia celebranda magis accommodatæ, vt ex ijs, quæ dicturi sumus, perspicuum fiet. Neque obstat, quòd hac ratione interdiu Luna x111. Paschalis serius, quàm oportet, per Cyclum indicetur. Minus enim in Pascha celebrando peccatum committitur, si Luna xv. pro x111. quàm si x111. pro xv. assumatur, vt recte admonet Theophilus Episcopus Alexandrinus an Epistola ad Imperatorem Theodosium senioresm; propterea quod maior numerus minorem continet, minor maiorem non item. Quoniam verò in tabula æquationis solos annos centesimos describimus, tanquam celeberrimos notiorisque, statuemus Lunam vno die anteuertere sedes suas trecentorum annorum spatio, quanquam re ipsa eius æquatio annos 312  $\frac{1}{2}$ . postulet; ita vt veram æquationem præueniamus annis 12  $\frac{1}{2}$ . quorum tamen ratio habenda sit, quando summa ex illis collecta annos 100. confecerit. Que modòdum enia supra in æquatione anni Solaris decreuimus, diem intercalarem omnitendum esse centesimo quoque anno præuenientes veram æquationem, secundum Alphonsinas tabulas, annis 34. quorum tamen ratio quarto quoque centesimo habetur; (Cum enim ad summam 136. annorum tunc excreuerint; nisi quarto quoque anno centesimo fieret consueto more vnus diei intercalatio, æquinoclia die integro versus fines mensium prolaberentur) ita quoque in æquatione Lunæ ratio habenda est illorum annorum 12  $\frac{1}{2}$ . trecentesimo quoque antio omnissorum; adeò vt quando summa ex illis collecta ad 100. annos petuenerit, non adhibeatur tunc æquatio Lunæ trecentesimo anno post vltimam æquationem, sed quadringentesimo, propterea quod Luna tunc non trecentesimo anno, sed quadringentesimo vnum diem anticipet in Calendario. Nam cum in 300. annis ponamus Lunam vno die sedes suas anteuertere annis 12  $\frac{1}{2}$ . prius quam oportet, fit, vt eandem in 600. annis anteuertere suas sedes ponamus annis 25. prius quàm res exigit, & in 1200. annis, annis 50. prius; & in annis 2400. 100. annis prius, quàm res postulat. Cum ergo Luna in 100. annorum spatio anteuertat sedes suas octo ferme horis, quòd in 300. annis diem inregunt, hoc est, horas 24. eam anticipare sedes suas statuamus, sequitur eam, si æquatio 100. annis prius quàm oportet, adhibeatur, ascendisse sursum in Calendario versus initia mensium, horas 16. duntaxat. Quare æquatio tunc adhibenda non est, sed expectandi sunt adhuc 100. anni, in quibus Luna alias 8. horas sursum, ascendet, quæ cum prioribus 16. conficiunt 24. id est, diem integrum naturalem, propter quem necessario Luna tunc æquationem exigit, ne Nouilunia per diem integrum serius quàm decet, in Calendario monstrantur. Quibus autem centesimis annis summa annorum 12  $\frac{1}{2}$ . omnissorum vsque ad

*Ratio æquationis  
Hæc ratio  
serius est ad  
annum Dom. 550.  
& quæ.*

*Armano Iam  
trecentesimo quo  
que anno præueni  
atur ann. 12. et  
dimidio, eorum  
tanta ratio hab  
enda sit, quido  
summam 100. an  
nos obierint.*

que ad 100. excrescat, ac proinde æquatio Lunæ in sequentem centesimum differenda sit, ex ijs, quæ mox subiiciemus; planum fiet.

Continuatio tabule æquationis Epactarum 9 annos centesimos viginti ad correctionem addens.

HIS positis, cum æquationis tabula per centesimos, vt diximus, annos progrediatur, præfigemus anno 500. eandem literam P, maiusculam, ad denotandum, eandem tunc lineam primam Epactarum assumendam esse, quæ temporibus Concilij Nicæni in vsu fuerat, quandoquidè Cycclus aurei numeri circa annum Domini 500. iam ad vsum Ecclesiæ magis idoneus factus fuerat; quàm ipsis Concilij Nicæni temporibus, vt supra exposuimus. Quanquam autem hac ratione 50. annis radicem æquationis, quam in anno 550. statuimus, præueniamus, eorum tamen suo loco rationem etiam habebimus. Deinde quia post 300. annos Luna anticipat vnum diem in Calendario, assumenda erit tunc vltima linea Epactarum, quæ continet Epactas, quarum singulæ in Calendario per vnum diem antecedunt versus mensium principium singulas Epactas primæ lineæ; suntque singulæ illius lineæ singulis huius vnitate maiores; quippe cum illæ ex his componantur per adiectionem vnitatis, reiectis tamen 30. quando summa maior est, quàm 30. & scribendo signum \*, cum ea summa est 30. quemadmodum & Epactæ cuiuslibet lineæ superioris ex proxime inferioris lineæ Epactis constantur; cuiusmodi est infima linea tabulæ expansæ in comparatione supremæ. Illa enim est hac superior. Intelligenda namque est tabula expansa, veluti circulus quidam continens 30. ordines, qui in orbem redeant, ita vt hæ literæ, P, maiuscula, & a, minuscula, atque adeo prima linea, & infima contiguæ sint. Quæ cum ita se habeant, ad scribendam erit litera a, minuscula anno 800. in tabula æquationis, cum hic annus sit trecentessimus post annum 500. Pari ratione, quia post alios 300. annos Luna anticipat alterum diem, ad scribendam erit anno 1100. litera b, minuscula in tabula æquationis. Eodemque pacto litera c, minuscula anno 1400. præfigenda erit.

Æquatio Epactarum qua post instituitur anno correctionis 1582

PRÆTEREA quoniam anno 1582. decem dies mensi Octobri sunt adempti, vt Equinoctium vernum ad diem 11. Martij restitueretur; necesse est, post hanc detractionem omnia Nouilunia decem diebus tardius contigisse, quàm Epactæ illius anni, quæ ante correctionem fuit vj. indicabat in Calendario. Quare assumenda tunc fuit linea Epactarum in tabula expansa, iuxta quàm litera D, maiuscula posita est, quæ nimirum decimum locum obtinet à linea literæ c, minusculæ exclusiue, descendendo versus literas b, & a, minusculas, & hinc versus literas P, N, M, &c. maiusculas. Nam omnes Epactæ illius lineæ, quæ annexam habet literam D, maiusculam, decem vnitatibus minores sunt, quàm Epactæ alterius lineæ, cui præfixa est litera c, minuscula; quippe cum hæ ex illis componantur per additionem vnitatum, reijciendo 30. quando summa maior est, quàm 30. & scribendo signum \*. quando summa est 30. Item Epactæ illius lineæ, cui litera D, maiuscula apponitur, scriptæ sunt in Calendario 10. diebus infra Epactas lineæ, cui apposita est litera c, minuscula, exclusiue. Ita-

Lineæ æquationis anni correctionis 1582i q.

que



que in tabula æquationis anno 1582. post 10. dierum exemptionem ex  
 mense Q̄c̄obri præponenda est litera D, maiuscula.

Q̄VIA. verò post exemptionem: 10. dierum æquandus etiam est  
 annus Solaris, omitrendo tres dies intercalares in 400. quibusque an-  
 nis, in singulis nimirum prioribus tribus centesimis singulis, retento  
 die intercalari in quarto centesimo, vt superiore libro explicauimus,  
 scribendi posthac erunt in tabula æquationis omnes anni centesimi,  
 initio factò ab anno 1600. qui bissextilis est, & iuxta quartum quens,  
 que ab eo, voce *Bissextilis*, hoc modo Biss. apposita, quales sunt 2000.  
 2400. 2800. 3200. &c. Ita enim facilius æquationis tabula, quæ post  
 anni correctionem ex vtroque anno, Lunari, & Solari pender, insti-  
 tuetur. Et quia ab anno 1400. vbi Lunæ æquatio vltimo adhibita est  
 in tabula æquationis, vsque ad annum 1600. nõ effluxerunt 300. anni,  
 non indigebit Lunæ æquatione. Cum ergo nec Solaris annus æqua-  
 tionem tunc desideret, quod annus 1600. in tabula æquatio-  
 nis, quæ anno 1582. fuit præfixa. Quomiam verò ab anno 1400. vs-  
 que ad annum 1700. elapsi sunt anni 300. indigeret tunc Luna æqua-  
 tionem, si verum esset, ipsam anticipare diem vnum totum in 300. an-  
 nis. Sed quia verius ipsa in annis  $312\frac{1}{2}$ . vnum diem anticipat, atque  
 anni illi  $12\frac{1}{2}$ . quater omitti ab anno 500. vsque ad annum 1700. effi-  
 ciunt annos 50. anteaerimusque Lunæ æquationem totidem annis,  
 (debebamus enim æquare Lunam anno 850. non autem anno 800. pro-  
 pterea quod ab anno 550. in quo radix æquationis à nobis collocata  
 est, vsque ad annum 850. interponuntur 300. anni) qui cum prioribus  
 50. annis conficiunt 100. annos, non adhibenda erit æquatio Lunæ  
 anno 1700. sed in sequentem centesimum 1800. differenda, vt supra  
 dictum est. Verùm quia anno 1700. dies intercalaris, ob anni Solaris  
 æquationem, omittitur, ne scilicet verum æquinoctium longius a  
 die 21. Martij euagetur, efficitur, vt tunc Nouilunia vno die contingat  
 tardius. Quam ob rem assumenda tunc erit linea Epactarum, quæ  
 in fronte habet literam C, maiusculam, & cuius Epactæ vna vnitatè  
 minoros sunt Epactis prope literam D, maiusculam, propterea que No-  
 uilunia in Calendario vno die tardius ostendunt. Quo fit, vt anno

1700. in tabula æquationis litera C, maiuscula præfigenda sit.

R V R S V S quia anno 1800. iterum dies intercalaris omittitur,  
 deberent Nouilunia iterum tardius vna die contingere: sed quoniam  
 tunc, vt diximus, Luna æquatione indiget, (In hunc enim centesimum  
 reiecta est æquatio Lunæ ex anno 1700.) efficitur, Nouilunia neq; ascẽ-  
 dere, neque descendere, sed in eisdem diebus permanere. Dies enim  
 ille, quo Nouilunia propter æquationem Solaris anni descendere co-  
 guntur versus mensium fines, restituitur versus initia mensium per  
 æquationem Lunæ. Quocirca eadem litera C, maiuscula præponenda  
 erit in tabula æquationis anno 1800. Anno verò 1900. quo rursus in-  
 tercalaris dies omittitur, descendet Nouilunia per vnum diem, ac  
 propterea

Æquationis Epactarum tabula quæ post correctionem instituta, habet etiam æquationis anni solaris.

Litera æquationis anni 1600. quæ.

Litera æquationis an. 1700. quæ

Litera æquationis an. 1800. quæ

Littera equatio-  
nis anni 1700.  
anno 1700. quae

Littera equatio-  
nis anni 1700.  
anno 1700.

Littera equatio-  
nis anni 1700.  
anno 1700.

Consuetudo tabu-  
lae Epactarum pro  
Epactarum per  
Epactarum per  
Epactarum.

Regula triplex  
consuetudo tabu-  
lae Epactarum  
Epactarum in  
Epactarum.

propterea illi anno littera B, maiuscula in tabula aequationis praepo-  
nitur. Atque eadem littera anno 1000. praefigitur, quia tunc neque dies  
intercalaris omittitur, neque 3000. anni ab ultima Luna aequatione an-  
no 7800. facta effluxerunt, ita ut neuter annus in aequatione indigat. Itē  
quia anno 200. & dies intercalaris omittitur, & Luna aequatione indi-  
get, quod 300. anni elapsi sint ab anno 1800. quo ultima Luna facta  
est aequatio, usque ad annum 2100. fit, ut Nonesima tunc neque de-  
scendant, neque ascendant in Calendario, sed iustitiam in diebus per-  
manent, ut supra de anno 1800. diximus. Quapropter eadem littera  
B, maiuscula anno 2100. affigitur in aequationis tabula. Porro cum  
anno 2200. dies intercalaris omittatur, Lunaque non egeat aequatione,  
descendit Nouissima per diem vnum, atque idcirco in tabula aequa-  
tionis anno 2200. littera A, maiuscula adscribenda. Eademque ratio-  
ne anno 2300. littera a, minuscula praefigenda. Sed quia anno postea  
2400. qui tertius centesimus est post annum 2100. quo Luna fuit aequa-  
ta, Luna aequationem expetit, & annus Solaris aequationem non deside-  
rat, quod is centesimus annus sit bissextilis, ascendente necessario No-  
uissima per vnum diem sursum in Calendario. Quocirca iterum tunc  
resumenda erit linea Epactarum, cui littera A, maiuscula praefigitur, ac  
proinde eadem littera A, maiuscula anno 2400. in tabula aequationis  
apponenda. Anno vero 2500. propter Solaris anni aequationem, quae  
tunc fit, Nouissima rursus descendere coguntur per diem vnum, pro-  
pterea eidem anno littera rursus u, minuscula assignanda erit, quemad-  
modum anno 2300.

AT QVE hoc modo continuabitur tabula aequationis in infinitum,  
si ratio habeatur tam diei intercalaris siue omissi, siue retenti, quam  
aequationis Lunae, quae ei 300. quibusque annis debetur; dummodo an-  
ni illi, 12.  $\frac{1}{2}$ . quolibet spatio 300. annorum ex ijs fuerit collecta, aequatio Lunae  
in proximum annum centesimum differatur, ut factum est a nobis an-  
no 1700. ex quo aequationem in annum 1800. reiecit. Quod qui-  
dem iterum faciendum erit anno 4200. annis nimirum 2400. post an-  
num 1800. in quem dilata fuit Lunae aequatio, propter 100. illos annos,  
qui ex omissione 12.  $\frac{1}{2}$ . annorum excreuerant. Nam aequatio Lunae, quae  
fieri deberet anno 4200. propter 300. annos ab ultima aequatione elap-  
sos, faciendum est in sequenti anno centesimo 4300. Eodemque modo  
post alios 2400. annos Lunae aequatio in sequentem centesimum annum  
reicienda erit, &c.

EX omnibus his elici potest regula triplex ad tabulam aequationis  
ad quorvis annos extendendam, quae est eiusmodi.

1 QVANDO centesimus aliquo anno dies intercalaris omittitur, &  
Luna aequatione non indiget, id est, quando solus annus Solaris aequa-  
tione indiget, descendendum est in tabula expansa ad lineam Epac-  
tarum proxime inferiorē, eiusque littera illi centesimo anno apponenda.

2 QVANDO

2 *QVANDO* verò anno aliquo centesimo dies intercalaris non omittitur, sed Luna indiget æquatione, hoc est, quando solus Lunarum annus eget æquatione, ascendendum est in tabula expansa ad lineam Epactarum proxime superiorem, eiusq; litera illi anno centesimo adscribenda.

3 *QVANDO* denique & dies intercalaris centesimo aliquo anno omittitur, & Luna æquatione indiget; vel neque dies intercalaris omittitur, neque Luna eget æquatione, hoc est, quando uterque annus, vel neuter æquandus est, consistendum est in eadem linea Epactarum tabulae expansae, eademq; litera illi centesimo præfigenda, qua antecedenti anno centesimo apposita fuit.

*QVÆ* omnia observata esse vides in tabula æquationis. Semper enim cuilibet centesimo anno ea litera præfixa est, quæ illam lineam Epactarum in tabula expansa refert, quæ tunc assumenda est, pro ut videlicet descendendum est, vel ascendendum, vel in eadem linea consistendum, ut hæc ipsæ regulæ docent. Porro ut facilius reddatur æquationis ratio, apposuimus signum hoc,  $\odot$ , illis centesimis annis, quibus Luna æquationem postulat, simplex quidem tertio cuique centesimo, duplex verò quarto cuique centesimo, in quem æquatio ab antecedenti trecentesimo anno differtur: quod quidem fit, ut diximus, annis 2400. post 1800. annum, quo primum facta est eiusmodi æquationis dilatio. Tunc enim æquatio differtur in annum 4300. ab anno 4200. quamquã annus 4200. sit tertius centesimus ab ultima Lunæ æquatione anno 3900. facta. Idem faciendum est annis 2400. post annum 3900. hoc est, anno 6700. a quo æquatio differtur in annum 6800. Item annis 2400. post annum 6800. id est, anno 9200. Tunc enim æquatio adhibenda est non anno 9200. sed 9300. atque ita de cæteris.

¶ *EODEM* prorsus artificio constructa est tabula æquationis Cycli Epactarum perpetui in Calendario Gregoriano, cum ab hac non differat. Tabella verò Cycli Epactarum perpetua in eodem Calendario initium sumit ab Epacta  $\star$ . & progreditur per omnes 30. Epactas, quarum quælibet componitur per additionem 11. ad proxime antecedentem Epactam, reiectis 30. ex summa, quando abijci possunt. Cuilibet deinde Epactæ eiusdem tabellæ superscripta est ea litera alphabeti, quæ in tabula expansa prope eandem Epactam sub aureo numero 3. descripta est. Epacta denique xxv. 25. geminata est sub litera F, maiuscula, & diversis characteribus, coloribusve notata, rubro vna, altera nigro, propter rationem supra expositam. Id quod cuilibet perspicuum erit, si tabellam illam Cycli Epactarum perpetuam, quam hic repetiuimus, cum tabula Epactarum expansa diligenter conferat.

Quæ vero tabella  
cycli Epactarum  
perpetua in Calē-  
dario Gregoriano  
est, una est tabula  
æquationis, con-  
structa &c.

## TABELLA CYCLI EPACTARVM PERPETVA.

P	I	C	c	p	F	f	f	M	i	A
*	xj	xxij	iiij	xiiiij	xxv.2j	vj	xvij	xxviiiij	ix	xx

a	m	D	d	q	G	g	t	N	k	B
j	xij	xxiiij	iiiiij	xv	xxvj	vij	xviiij	xxix	x	xxj

b	n	E	e	r	H	h	u			
ij	xiiij	xxiiiij	v	xvj	xxvij	viiij	xix			

Maluimus autem literas Indices tabulæ expãfæ in hac tabella illis potius Epactis suprafcribere, quã in tabula expãfa sub aureo numero 3 ab xta eafdem literas respondent; vt facilius intelligeretur, tabellam hanc ex tabula expãfa depromptam effe. Neque alia caufa huius conftitutionis fuit.

ET SI autem literæ alphabeti in tabula æquationis nullum uidentur feruare ordinem, redeunt tamen in orbem inftar cycli fpatio 300000 annorum, ita vt tabula æquationis Epactarum extẽfa per annos 300000 in initio facta ab anno 1700. quo primum pro litera D. maiufcula, litera G; maiufcula vfurpabitur, perpetua fit futura, fi mundus perpetuo duret; & ratio æquandi utrumque annum, Solarem ac Lunarem, à nobis præfcripta, emendatione nunquam egeret. Hoc autem ita faciemus: perfpicuum. Post annos 10000. hoc eft, poft 100. centefimos ab anno 1700. elapfos, anno nimirum 1700. redit prorfus eadem varietas literarum, fed non eadem literæ. Nam ficut poft annum 1600. duob. annis: 1700. 1800. apponitur eadem litera C; tribus vero annis 1900. 2000. 2100. eadem litera B; & anno 2200. litera A; & anno 2300. litera u; Anno autem 2400. repetitur litera A; & anno 2500. litera u; tribus uero annis 2600. 2700. 2800. eadem litera t, afcribitur, &c. ita prorfus fit poft annos 10000. elapfos. Poft annum. n. 11600. duobus annis 11700. 11800. afcribitur eadẽ litera i; trib. vero annis 11900. 12000. 12100. eadẽ litera h; & annio 12200. litera g; & anno 12300. litera f, Anno autem 12400. litera g, repetitur; & anno 12500. litera f; tribus uero annis 12600. 12700. 12800. eadem litera e, præfigitur, &c. Idem prorfus cernitur poft annos 10000. elapfos ab anno 11700. Anno. n. 12700. eadẽ varietas reuertitur. Item anno 31700. hoc eft, poft 10000. annos ab anno 21700. elapfos. Item anno 41700. id eft, poft annos 10000. quoque elapfos ab anno 31700. Eademque eft ratio de cæteris. Id quod in fubiectis annis ex fupetiore æquationis tabula excerptis apparer: quãquam

Litteræ æquationis Epactarum per 300000 annos repetit eadem varietas perpetua, & quare.

quam idem verum quoque sit in omni spatio 10000. annorum, a quocunque anno centesimo quis incipiat. In tabula porrò æquationis, annis, à quibus ordines 10000. annorum incipiunt, præposuimus signum hoc †.

Anni Dñi		Anni Dñi		Anni Dñi		Anni Dñi		Anni Dñi		
C 1700	i	11700	G	1700	u	31700	P	1700		
C 1800	i	11800	G	1800	n	31800	P	1800		☉☽
B 1900	h	11900	F	1900	m	31900	N	1900		
B 2000	h	12000	F	2000	m	32000	N	2000	Biff.	
B 2100	h	12100	F	2100	m	32100	N	2100		☽
A 2200	g	12200	E	2200	l	32200	M	2200		
u 2300	g	12300	D	2300	k	32300	H	2300		
A 2400	g	12400	E	2400	l	32400	M	2400	Biff.	☉
u 2500	f	12500	D	2500	k	32500	H	2500		
t 2600	e	12600	C	2600	j	32600	G	2600		
t 2700	e	12700	C	2700	i	32700	G	2700		☽
t 2800	e	12800	C	2800	i	32800	G	2800	Biff.	

Ratio huiusce rei est, quòd in 10000. annis continentur 25. centenarij, in quos æquatio Lunæ antecedenti centesimo debita rejicitur, quater ad vnguem; atque idcirco Lunæ æquationes in uno spatio 10000. annorum progrediuntur, vt in quouis alio. Cum ergo & bissextilis centesimi in omnibus huiusmodi spatijs eodem modo se habeant; ( Id quod in apposita tabella patet, in qua notas tam æquationis Lunæ, quàm annorum bissextilium apposuimus, ex eadem superiore tabula æquationis excerptas. ) necesse est, ut literæ æquationis quolibet spatio 10000. annorum eadem proportione progrediuntur.

ITAQUE totus labor in condenda tabula æquationis in primo spatio 10000. annorum positus est. Si enim ab anno 1700. hoc est, post 10000. annos ab anno 1700. elapsos, repetatur eadem varietas literarum, ( initio tamen factò à litera i, ) & notarum æquationis Lunæ, centesimorumque bissextilium, quæ seruata est ab anno 1700. usque ad annum 11600. inclusiue, idemque post alios, atque alios annos 10000. fiat, donec 300000. anni post annum 1700. compleantur, constructa erit tota tabula æquationis, omnes varietates complectens.

AT vero post 300000. annos non solum eandem varietatem literarum æquationis seruari, sed easdem numero literas omnino reduere in orbem, hinc planum fiet. Quoniam post 10000. annos ab anno 1700. elapsos facta est mutatio 43. literarum, hoc est, ( abiecto toto cyclo 30. literarum tabulæ expansæ ) 13. literarum, initio factò à litera C, maiuscula anno 1700. præfixa, vsque ad literam k, minusculam inclusiue, anno 11600. appositam; facta erit in secundo spatio annorum 10000. mutatio 26. literarum, à litera eadem C, maiuscula, nimirum altorum 13. literarum

Totus labor in condenda tabula æquationis consistit in primo spatio 10000. annorum.

Tabulam æquationis Epactarum contineri cyclo 100000. annorum & quare.

terarum à litera i: in tertio spatio, 39. hoc est, (abiectis 30.) 9. in quarto, 22. in quinto 35. hoc est, (abiectis 30.) 5. in sexto, 18. in septimo, 31. id est, (abiectis 30.) 1. in octavo, 14. in nono, 27. in decimo, 40. hoc est, (abiectis 30.) 10. in undecimo, 23. in duodecimo, 36. siue 6. in tertiodecimo, 19. in quartodecimo, 32. vel 2. in quintodecimo, 15. in sextodecimo, 28. in decimoseptimo, 41. vel 11. in decimooctavo, 24. in decimonono, 37. siue 7. in vicesimo, 20. in vicesimoprimo, 33. vel 3. in vicesimosecundo, 16. in vicesimotertio, 29. in vicesimoquarto, 42. vel 12. in vicesimoquinto, 25. in vicesimosexto, 38. siue 8. in vicesimoseptimo, 21. in vicesimooctavo, 34. siue 4. in vicesimonono, 17. & in tricesimo, 30. Quoniam, inquam, in quolibet spatio 10000. annorum mutatio fit 13. literarum, ita vt in tricesimo spatio fiat mutatio omnium 30. literarum tabulæ expansæ; efficitur, vt transactis 30. spatijs 10000. annorum, hoc est, elapsis annis 300000. reuertantur omnino eadem literæ, quæ prius, eodemque ordine. Quare tabula æquationis Epactarum continetur Cyclo 300000. annorum: quod non paucis incredibile prorsus videri possit.

Vide tabulæ ex-  
pansæ, & æquatio-  
nis Epactarum.

V S V S verò vtriusque tabulæ, expansæ & æquationis, in eo consistit, vt cognoscamus, quanam 19. Epactæ 19. aureis numeris quouis tempore respondeant; atque idcirco, cognito aureo numero cuiuslibet anni, quanam Epacta ei in tabula expansa respondens accipienda sit ad Nouilunia indaganda in Calendario: quod hunc in modum fiet. Queratur in tabula æquationis annus propositus, si is centesimorum aliquis est, vel si non est vnus ex centesimis, sumatur centesimus annus proxime minor anno proposito, vel certe annus 1582. si datus annus est post correctionem, & ante annum 1600. noteturque diligenter litera ei centesimo præfixa. Linea namque Epactarum, quæ eandem literam in tabula expansa præfixam habet, in vsum adhibenda est non solum anno proposito, sed omnibus alijs annis ab eo centesimo, vsque ad eum annum centesimum, qui aliam literam affixam habet. Igitur si Epactam, quæ in ea linea aureo numero illius anni in vertice tabulæ posito respondet, acceperis, ea indicabit in Calendario omnia Nouilunia illius anni.

EXEMPLI gratia. Proposito anno 1593. sumendus est in tabula æquationis annus 1582. qui eo proxime minor est, vnâ cum litera D, maiuscula. Deinde in tabula expansa assumenda erit linea Epactarum, cui eadem litera D, maiuscula præfigitur. Hæc enim in vsum erit ab anno 1582. post correctionem vsque ad annum 1700. exclusiue, qui aliam iam literam præfixam habet. Et quia anno 1593. aureus numerus est 17. cui in assumpta linea Epactarum literæ D, maiusculæ responderet Epacta xxvi 1. quæ eo ipso anno 1593. vsurpabitur, sietq; Nouilunia eo anno illis diebus, quibus in Calendario Epacta xxvi 1. præponitur.

R V R S V S oblato anno 1916. accipiendus est in æquationis tabula annus 1900. vnâ cum litera B, maiuscula: In tabula verò expansa su-  
menda



menda est linea Epactarum, quæ eandem literam B, præfixam habet. Hæc namque in vsu erit ab anno 1900. vsque ad annum 2200. exclusiue, cui litera alia præponitur. Quia vero aureus numerus anni 1916. est 17. cui in accepta linea Epactarum litera B, maiusculæ respondet Epacta 25. diuerso caractere ab alijs denotata, indicabit ea Epacta Nouilunia totius illius anni in Calendario.

DENIQUE (vt exemplum quoque ante anni correctionem proponamus) si offeratur annus 416. capiendus est in tabula æquationis annus 320. eo proxime minor, vnà cum litera P, maiuscula: Linea vltima Epactarum in tabula expansa, cui eadem litera P, maiuscula adscripta est. Hic.n. tunc vtendum erit. Cum ergo anno 416. aureus numerus fuerit 17. cui in ea linea Epactarum respondet Epacta iij. incidereunt eo anno omnia Nouilunia in illos dies, quibus Epacta iij. adscribitur. Eademque est ratio in cæteris.

EODEM modo ex tabella Cycli Epactarum perpetua, vt in Calendario Gregoriano explicatum est, Epacta inuenietur. Si enim ex tabula æquationis sumatur litera proposito tempore congruens, similisquæ accipietur in tabella perpetua, respondebit Epacta illius literæ aureo numero 3. insequens Epacta aureo numero 4. atque ita deinceps vsque ad aureum numerum 19. redeundo ab vltima Epacta xix. ad primam ✱. si opus fuerit. Est enim ea tabella instar circuli cuiusdam, vt de tabula expansa diximus. Epacta autem antecedens literam in tabella perpetua acceptam, respondebit aureo numero 2. & hanc antecedens, aureo numero 1. vt in Calendario, Canone 2. traditum est, vbi plura exempla huius rei inuenies. Exempli gratia. Anno 3239. respondet in tabula æquationis litera r, minuscula, etque aureus numerus 10. Si igitur literæ r, minusculæ in tabella Cycli perpetua tribues aureum numerum 3. & insequenti, 4. & proxime sequenti, 5. atque ita deinceps, redeundo ad principium tabellæ, incidet aureus numerus 10. propositi anni in cellulam quartam literæ c, minusculæ, vbi Epacta iij. ponitur, quæ proposito anno debetur. Anno vero 3211. cui eadem litera r, minuscula respondet, aureus numerus est 1. Tribuendo ergo aureum numerum 3. cellulæ eidem literæ r, minusculæ, & aureum numerum 2. antecedenti cellulæ, & j. cellulæ literæ E, maiusculæ, reperies ibi Epactam xxiiij. quæ anno 3211. vtripanda erit ad Nouilunia inuestiganda. Atque ita de cæteris.

CÆTERVM inuenta Epacta cuiuslibet anni, formabitur facili negotio sequentis anni Epacta, si ad illam adijciantur 11. & ex summa, si maior quàm 30. fuerit, abijciantur 30. vel si fuerit 30. pro Epacta sumatur signum ✱. Cuius rei causa ex ijs, quæ diximus, est manifesta. Cum enim annus Solaris Lunarem superet 11. diebus, sicut Nouilunia quolibet anno 11. diebus prius, quàm anno superiore, ac propterea ad Epactam antecedentis anni addenda sunt 11. vt componatur Epacta anni insequentis, quæ nimirum 11. diebus illam in Calendario

Vna tabella cycli Epactarum perpetua, quæ in Calendario proposita est.

Epacta cuiuslibet anni formatur ab Epacta antecedentis anni per additionem 11. cuius summa si maior sit 30. abijcitur 30.



mero 19. currentem apponenda sunt 12. cum ad alias tantum 11. addantur, ad procreandam Epactam insequentis anni, vt proxime ostendimus. Quod si vnitas tunc non adderetur, offerrent superflui illi dies Epactam vna vnitate minorem, eam videlicet, quæ ex additione 11. ad superiorem Epactam efficeretur, quemadmodum fit in alijs, nõ autem eam, quæ gignitur ex additione 12. quod absurdum est. Excipiuntur tamẽ hęc Epactæ xviii. & xix. quæ si vnã cū aureo numero 19. in vsu sunt, nõ addenda est vnitas diebus illis superfluis, sed ipsi dies superflui Epactam insequentis anni exhibent: quia tunc Lunationibus duarum harum Epactarum in Decembri admittitur vnus dies, ita vt fiant dierum duntaxat 29. cum alias semper complectantur dies 30. Quo fit, ut uno die citius tunc Lunatio utriusque Epactæ in Decembri terminetur, quàm oporteret, ac proinde superfit ille dies in fine Decembris, qui alioquin deberet alijs diebus superfluis adijci: Cur autem, currente aureo numero 19. cum duabus illis Epactis, earum Lunationes mense Decembri contineant tantum 29. dies, proximo Capite, in quo de Embolismis agetur, explicabimus.

I A M verò si post aliquot secula elapsa ab Astronomis alia diuersa ab ea, quam nunc sequimur, anni magnitudo inueniatur, ita ut annus Alphonsinus non amplius medius sit inter maximum annum, ac minimum, ac proinde omissio trium dierum intercalarium quolibet 400. annorum spatio Equinoctium vernum longius à die 21. Martij cogat recedere, ita vt ad eum reuerti nequeat; restituendum erit Equinoctium ad diem 21. Martij per intercalationem, siue omissionem tot dierum extra ordinem in aliquo anno, quot diebus ipsum versus finem mensis, vel versus principium a 21. die discesserit, vt Capite v. superioris libri docuimus. Restitutum autem hac ratione Equinoctio, resumenda iterum erit æquatio nostra anni Solaris, quæ spatio quouis 400. annorum ternos dies intercalares iubet omitti, vel alia magis commoda instituenda, pro anni Solaris noua magnitudine inuenta. Deinde innoanda erit Equationis tabula hoc modo. Si, ut æquinoctium ad diem 21. Martij reduceretur, intercalati fuerint aliquot dies, ascendendum erit in tabula expansa ab ea linea Epactarum, quæ tum in vsu est, per tot lineas, quot dies intercalares interpositi fuerint, ita vt in vsum adhibeatur ea linea, cuius Epactæ tot vnitatibus maiores, sint Epactis alterius lineæ, quæ ante intercalationem illam extraordinariam vsurpabatur, quot dies fuerint intercalati; quia videlicet totidem diebus Nouilunia citius contingent, quàm antea, propter ascitios illos dies anno extra ordinem adiectos. Si verò ad restituendum Equinoctium in diem 21. Martij, exempti fuerint aliquot dies ex anno; descendendum erit in tabula expansa per tot lineas ab ea linea Epactarum, quæ tunc vsum habet, quot dies ex anno fuerint exempti, ita vt ad Nouilunia inuestiganda recipiatur ea linea, quæ Epactas contineat tot vnitatibus minores Epactis alterius lineæ, quæ ante hanc dierum exemptionem in vsu erat, quot dies exempti fuerint: propterea quod totidem diebus Nouilunia

Quæ ratio la-  
stenda sit ta-  
bula equationis  
Epactarum, si forte  
alia non ma-  
gno inueniatur.

nilunia tardius contingunt, quàm antea, ob dies illos ex anno extra ordinem detractos. Litera postea huic lineæ Epactarum adscripta, ad quam usque factus est ascensus, descensusve, prætigenda est in tabula æquationis illi anno, in quo extraordinaria illa dierum intercalatio, uel exemptio facta fuerit. Postremo ultra eum annum continuanda erit æquationis tabula ex præceptis ante traditis, initio facto à centesimo anno, qui illi anno, in quo æquinoctium restitutum fuerit, si non sit centesimus, proximus erit: ita ut quando Solaris annus æquatione eget, non autem Lunarís, descensus fiat in tabula expansa ad proxime inferiorem lineam: quando autem Lunarís annus æquationem desiderat, Solaris non item, ascendatur ad lineam proxime superiorem: quando denique neuter annus, vel uterque æquandus est, in eadem lineæ Epactarum persistatur, ut supra in triplici illa regula dictum est.

Qua ratio indubitan-  
tè sit tabula æ-  
quationis Epactarum,  
si forte Luna non in annis 322  
cũ dividio, sed  
in 10 pauciorib.  
pluribusve angu-  
stare unum die  
deprehendatur.

Epactarum in Cal-  
endario loca ubi ma-  
tate, ubi in tabula  
æquationis Epac-  
tarum propter aliam  
fortassis anni ma-  
gitudinem muta-  
tis, ubi propter aliam  
æquationis perio-  
dam inueniatur.

Cur autem omnes  
annos, ne alios qui  
non cyclos omnia  
loca Calendarij  
non repleant, non  
possint esse in Ca-  
alendario inuoluta  
sibi,

QVOD si forte defectus aliquis tabulæ in æquatione Lunæ deprehensus fuerit, ita ut Luna non annis  $312\frac{1}{2}$ . per diem vnum sedes suas anteuertat in Calendario, sed paucioribus, pluribusve, mutari poterit facile ratio æquationis Lunæ in tabula, obseruando diligenter, quando anni in centesimis omissi summam 100. annorum conficiant, ut tunc æquatio Lunæ in proximum centesimum differatur.

ET SI autem post aliquot seculorum lapsum necessario tabula æquationis eo, quem diximus, modo, ex auctoritate Romani Pontificis per Astronomos peritos corrigenda sit, nulla tamen in ipso Calendario propterea mutatio facienda erit, sed dispositio Epactarum, quam supra descripsimus, intacta prorsus, atque illata est permanens. Nam cum Epactæ ita in dies anni digestæ sint, ut nulla dies relinquatur vacua, sit ut, siue Nouilunia in Calendario descendat, siue ascendat, aliæ Epactæ eisdem semper aureis numeris respondentent, ad eorum inuestigationem, assumi possint, prout æquationis tabula præcipiet, absque vlla earum in Calendario mutatione. Quæ res neque in aureum numerum, neque in vllum alium Cyclum, qui in Calendario dispositus non omnia eius loca expleat, quadrare potest. Nam si Nouilunia propter æquationem ascendere debent, aut descendere, ad ea loca Calendarij, quæ vacua sunt, & numeris Cycli destituta, carebimus necessario numeris Nouiluniorum indicibus, nisi aliter Cyclus disponatur, ita nimirum, ut numerus Nouiluniorum tunc index in loca illa vacua, ad quæ delapsa sunt Nouilunia, incidat: quæ ratione efficienda forent 30. Calendaria, tot nimirum, quot diebus Nouilunia ascendere possunt, ac descendere: de quibus 30. Calendarij mox hoc eodem Cap. differemus. Quod si dicat quis, necesse non esse, ut Cyclus aliter in Calendario digeratur, sed satis esse, ut numerus illis locis vacuis proximus assumatur ad Nouilunia indaganda; neque enim ex hac re notabilis error committi potest, cum Cyclus non possit exquiri, ac subtiliter monstrare Nouilunia, quocumque ille modo in Calendario collocetur, sed necesse sit enim interdum Nouilunia citius, aut tardius indicare. Quod si, inquam, ita quis dicat, quis non videt,

vider, Nouilunia non posse hac ratione tot diebus ascendere, aut descendere, quot eis æquationis tabula præscribit? Quis etiam non ansumaduerit, alium tunc numerum Cycli Nouilunia indicare, quam quem regula vñitata inueniendi aureum numerum, aut numerum alterius cuiuspiam Cycli exhibet; ac proinde singulis temporibus, quibus Nouilunia mutantur, singulos novos canones ad eum numerum inquirendum esse condendos? Quæ res quantum perturbationis rebus tum Ecclesiasticis, tum politicis esset allatura, nemo non videt.

PROPTER hanc autem stabilitatem solam Cycli Epactarum in Calendario, videlicet quod nihil in eo immutandum sit, etsi alia magnitudo anni, vel periodus alia Lunæ a posteris reperitur, ac proinde tabula æquationis immutari debeat; dictum est a nobis Calendarium hoc Gregorianum Perpetuum, ac perenne, & nulli vnquam mutationi obnoxium: & merito id quidem, quandoquidem in eo Cyclus Epactarum omnia loca replet, & ad vñitatum aureum numerum directus ad quamcumque anni Solaris, atque etiam Lunaris magnitudinem accommodatur, si modo rite æquationis tabula construat, vt proxime declarauimus. Neque verò vlli nostrum, qui a summo Pontifice ad hoc correctionis numerus euocati fuimus, vnquam in mentem venit, vt putaremus Calendarium dicendum esse perpetuum, propter restitutionem Æquinoctij, & anni Solaris æquationem in eo præscriptam, vt perperam, ac petulanter a Mæstlino obijcitur. Nam cum a peritioribus Astronomis obseruatum sit, annum modo esse maiorem, modo minorem, & eius magnitudo nondum sit certò explorata, vt tanta tabularum varietas testatur, quis tam impudens, ac temerarius fuerit, vt affirmare, ac recipere audeat, æquinoctium perpetuo permansurum in ea sede, ad quam reuocatum sit, etiamsi æquatio anni Solaris, omni adhibita cautione, instituat? Et certe hoc nos non asseruisse, testis est locupletissimus libellus ille Compendij de restitutione Calendario ad Principes Christianus transmisissus, in quo duplex anni Solaris æquandi ratio fuit proposita, vna ex anno Alphonsino, altera ex Coperniano: quod fanè nunquam fecissemus, si nostram æquationem, quæ ex sententia Alphonsinorum instituta est, tam certam esse arbitrati essemus, vt nulli vnquam mutationi fieri posset obnoxia. Testantur idem apertissime hæc verbapenè extrema eiusdem Compendij. *Restituito itaque verno æquinoctio in eum locum, ex quo deciderat, atque hoc Epactarum Cyclus; qui ad quamcumque anni magnitudinem accommodari potest, Calendario appposito, intercalationisq; ratione, quam diximus, & eius Cycli aquatione adhibita, ita in posterum anni, atque menses congruent cum Solis, ac Lunæ ratione, vt nulla deinde varietas, aut dissensio possit existere: quod si quando acciderit, eadem hac via bellissime in suum statum possunt restitui. Quod si alicui Alphonsi calculi interiores esse videbuntur, quam vt illis fidendum putet, potiusq; recentioribus adherendum existimet, is profecto intelliget, eam esse huius artificiosæ Cycli, & tabulæ Epactarum a Lilio excogitata dispositionem, ac digestionem,*

Calendarij Gregoriani cur dicitur perpetuum.

Cycli Epactarum noni Calendarij quæ ratione dicitur ad quamcumque anni magnitudinem posse accommodari.

Calendarium noni non dici perpetuum, propter restitutionem æquinoctij factam, cuius æquationem præscripsit.

Quare duplex æquandi Solaris ratio in Copernico ad Principes Christianos transmissio proposita sit.

nem, ut nullo negotio sine Copernici, sine cuiusvis alterius calculis possit aprari, si tabella æquationis ex illis confecta pro ea, quam ad marginem scripsimus, substituatur. En quâ clare, & aperte profiteamur, æquationem nostram anni Solaris non esse vsque adeo firmam, ac ratam, vt aliquando restauratione non possit indigere.

Rehincio æquationis quâ sit factis per omissionem, vel intercalationem aliquot dierum.

E T sanè, quod ad Æquinoctium attinet, facile in pristinam sedem, si quando eam deseruerit, reuocari poterit per omissionem, vel intercalationem aliquot dierum, ex edicto summi Pontificis, vt in hac ipsâ correctione anni factum est per decem dierum exemptionem.

A T in Calendario Cyclum ad Nouilunia monstranda disponere, quâ ad omnè anni magnitudinem accommodari possit, & perpetuus sit, ita vt nihil vnquam in eius dispositione in Calendario sit immutandum, hoc visum semper est antiquis Patribus, & Astronomis perdifficile, ne dicam impossibile; propterea quod cum Sol, vt die integro sedem suam anteuerat, in Calendario, pauciores dies desideret, quam Luna, non videbatur fieri posse, vt longo tempore idem Cyclus Calendario inscriptus Nouilunia monstraret. Nam quando pro æquatione Solis dies vnus anno eximitur, necesse est, Nouilunia per diem in Calendario descendere, cum Luna nondum æquatione indigeat, vt supra diximus. Nisi ergo tunc Cyclus aliter in Calendario disponatur, nullo modo fieri poterit, vt idem numerus Cycli, qui prius, Nouilunia indicet. Eadem ratione, quando Luna æquationem requirit, non autem Sol, ascendent necessariò Nouilunia in Calendario per diem. Quare neque tunc idem numerus Cycli, qui prius, Nouilunia rectè monstrabit, nisi sursum promoueatur in ea loca, ad quæ Nouilunia fuerint progressa. Quod si quis tali in re, ac tempore eximendum esse vnum diem ex anno existimaret, vt Nouilunia eisdem diebus retinerentur, is Æquinoctium de sede propria extirparet, cogeretque ipsum versus finem mensis prolabi. Atque ita si anno Solari æquationem quis adhibebit, non paruam Nouiluniorum iacturam faciet: si vero Lunarem annum æquare insituet, necessariò æquinoctium ex propria sede deiiciet. Vt rectè in eum quadret illud, quod vulgo dici solet.

*Incidit in Scyllam, cupiens vitare Charybdim.*

At si æquinoctium, ac Nouilunia eodem temporis spatio per vnum diem in Calendario versus initia mensium progredierentur, tota hæc difficultas sublata esset omnino. Quæ cum ita sint, non parum effectum esse in Calendarij correctione existimandum est, quod discordes Solis, ac Lunæ motus ad talem sint ad ducti concordiam, vt vnus æquatio æquationem alterius, qualiscunque ea sit, non impediatur, vt non iniuria propterea Calendarij dici possit perpetuum, etsi æquinoctium præter æquationem præscriptam egeat interdum alio remedio, ne longius a die 21. Martij euagetur. Maxima ergo gratia, & laus

Calendarium non autem laude esse dignum, quod in eo discordes Solis ac Lunæ motus ad eadem diem sunt redacti, nisi æquinoctium ob æquationem non Solaris egeat remedia alia æquationis.



ALOYSIO LILIO tribuenda est, qui tam artificiosum Epactarum Cyclum excogitauerit, qui Calendario inscriptus perpetuo Nouilunia commouitret, & ad quamcumque anni magnitudinem tam facile possit accommodari.

AC ne quis existimet, perpetuam hanc nostram Nouiluniorum ex Epactis inuentionem, quæ per tabulam expansam, æquatione suo tempore adhibita, explicata est, alienam esse ab usitata forma, quæ per aureos numeros in Calendario descriptos Nouilunia inuestigat, excerpimus ex hoc nostro Cyclo Epactarum triginta Cyclos decennouennales aureorum numerorum, in quibus totus anni Lunaris calculus ex usu Ecclesiæ consistit: ita ut sint instar 30. Calendariorum, quæ conficienda fore diximus, si aureus numerus in Calendario retinendus esset. In singulis igitur mensibus anni descripti sunt aurei numeri triginta modis inter se omnino diuersis, occupato quolibet aureo numero alium atque alium diem, ut æquatio Lunæ postulat: in quem finem posite sunt in vertice mensium eadem literæ alphabeti, quas in tabula expansa descripsimus, ut sciatur, quanam aureorum numerorum dispositio hoc, vel illo tempore assumenda sit. In sinistro latere dispositæ quoque sunt Epactæ, ut in nouo Calendario easdem digessimus, vñ cum literis Dominicalibus, Calendis, Nonis, Idibus, atque diebus mensium. Sed ecce iam 30. Calendaria cum 30. dispositionibus varijs aureorum numerorum.

tionem, præter eam, quæ 400. quibusque annis adhibetur.

Et si enim inueniatur quædam Nouilunia in Epactis de seruis non esse ab ea, quæ per 30. annos numerose.

Explicatio 30. Calendariorum, quæ sequuntur.

## SE QV VNTVR

TRIGINTA CALENDARIA AVREORVM  
numerorum triginta lineis tabulæ Epactarum  
expansæ respondentia.

TRIGINTA CALEN-  
triginta lineis tabulæ Epactæ-

## IANVARIVS.

Epactæ		Lit. Dñic.	Dies Mensis	Literæ triginta linearum						
Epactæ		Lit. Dñic.	Dies Mensis	P	N	M	H	G	F	E
Epactæ		Lit. Dñic.	Dies Mensis	A V R E I N V M E R I						
*	A	CAH.	1	iiij	xiiiij		vj	xvii		ix
xxix	b	ny	2		iiij	xiiii		vi	xvii	
xxvii	c	ij	3	xj		iiij	xliij		vi	xvii
xxvij	d	Prid.	4		xj		iii	xliii		vi
xxvj	e	NON.	5	xiix		xi		iiii	xliiii	
xxv	f	vij	6	viiij	xix		xj		iii	xliii
xxiiii	g	vij	7		viiij	xiix		xi		iiii
xxiiij	A	vi	8	xvj		viiij	xix		xi	
xxij	b	v	9	v	xvi		viiij	xix		xi
xxj	c	iiij	10		v	xvj		viii	xix	
xx	d	ij	11	xiiii		v	xvi		viii	xix
xix	e	Prid.	12	ij	xiiij		v	xvi		viii
xviiij	f	IDIB.	13		ii	xiiij		v	xvi	
xviij	g	xix	14	x		ij	xiiij		v	xvi
xvj	A	xviii	15		x		ii	xliii		v
xv	b	xviij	16	xviiij		x		ii	xliii	
xiiiiij	c	xvi	17	xviij	xvliij	v	x		ii	xliii
xiiiij	d	xv	18		viiij	xviiij		x		ii
xiiij	e	xiiiiij	19	xvi		viiij	xvliij		x	
xij	f	xiiii	20	iiiiij	xv		viiij	xvliii		x
x	g	xiiij	21		iiiiij	xv		vii	xvliii	
ix	A	xiix	22	xiij		iiiiij	xv		vii	xvliii
viiij	b	x	23	j	xlii		iiiiij	xv		vii
viiij	c	ix	24		j	xlii		iiiiij	xv	
vij	d	viiij	25	ix		j	xlii		iiiiij	xv
v	e	viiij	26		ix		i	xlii		iiiiij
iiiiij	f	vi	27	xviij		ix		j	xlii	
iiiiij	g	v	28	vj	xviij		ix		j	xlii
iiij	A	str	29		vi	xviij		ix		j
j	b	ij	30	xiiiiij		vi	xviij		ix	
*	e	Prid.	31	iii	xiiiiij		vi	xvii		ix

DARIA AVREORVM NVMEROR VM  
rum expansæ respondentia.

## IANVARIVS.

tabulę Epactarum expansæ.

D | C | B | A | u | t | f | r.

AVREI NVMERI

Epactę	Lat. Dñic.	Dies Mensis	D	C	B	A	u	t	f	r.
*	A	1				xii		iiii	xv	vii
xxix	b	2	ix			i	xii	iiii	xv	
xxviii	c	3		ix			i	xii	iiii	xv
xxvii	d	4	xvii			ix		i	xi	iiii
xxvi	e	5	vi	xvii			ix		i	xii
25 xxv	f	6		vi	xvii			ix		i
xxiiii	g	7	xiiii			vi	xvii		ix	i
xxiii	A	8	iii	xiiii			vi	xvii		ix
xxii	b	9		iii	xiiii		vi	xvii		ix
xxi	c	10	xi			iii	xiiii		vi	xvii
xx	d	11		xi			iii	xiiii		vi
xix	e	12	xix			xj		hi	xiiii	vi
xviii	f	13	viii	xix			xi		iii	xiiii
xvii	g	14		viii	xix			xi		iii
xvi	A	15	xvi			viii	xix		xi	hi
xv	b	16	v	xvi			viii	xix		xi
xiiii	c	17		v	xvi			viii	xix	xi
xiii	d	18	xiii			v	xvi		viii	xix
xii	e	19	ii	xiii			v	xvi		viii
xi	f	20		ii	xiii			v	xvi	viii
x	g	21	x			ii	xiii		v	xvi
ix	A	22		x			ii	xiii		v
viii	b	23	xviii			x		ii	xiii	v
vii	c	24	vii	xviii			x		ii	xiii
vi	d	25		vii	xviii			x		ii
v	e	26	xv			vii	xviii		x	ii
iiii	f	27	iiii	xv			vii	xviii		x
iii	g	28		iiii	xv			vii	xviii	x
ii	A	29	xii			iiii	xv		vii	xviii
j	b	30	j	xii			iiii	xv		vii
*	c	31		i	xii			iiii	xv	vii

TRIGINTA CALEN-  
triginta lineis tabula Epacta-

## IANVARIVS.

Litera triginta linearum

Epacta	Lit. Dñic.	Dies Mensis	Litera triginta linearum							
			q	p	n	m	l	k	i	
			<i>AVREI NUMERI</i>							
★	A	Cal.	1	xviii		x		ii	xiii	
xxix	b	iii	2	vii	xviii		x		ii	xiii
xxviii	c	iiii	3		vii	xviii		x		ii
xxvii	d	v	4	xv		vii	xviii		x	
xxvi	e	vi	5	iiii	xv		vii	xviii		x
25 xxv	f	vii	6		iiii	xv		vii	xviii	
xxiiii	g	viii	7	xii		iii	xv		vii	xviii
xxiii	A	ix	8	i	xii		iii	xv		vii
xxii	b	x	9		i	xii		iii	xv	
xxi	c	xi	10	ix		j	xii		iii	xv
xx	d	xii	11		ix		j	xii		iii
xix	e	xiii	12	xvii		ix		j	xii	
xviii	f	xiiii	13	vi	xvii		ix		j	xii
xvii	g	xv	14		vi	xvii		ix		j
xvi	A	xvi	15	xiiii		vi	xvii		ix	
xv	b	xvii	16	iii	xiiii		vi	xvii		ix
xiiii	c	xviii	17		iii	xiiii		vi	xvii	
xiii	d	xix	18	xi		iii	xiiii		vi	xvii
xii	e	xx	19		xi		iii	xiiii		vi
xi	f	xxi	20	xix		xi		iii	xiiii	
x	g	xxii	21	viii	xix		xi		iii	xiiii
ix	A	xxiii	22		viii	xix		xi		iii
viii	b	xxiiii	23	xvi		viii	xix		xi	
vii	c	xxv	24	v	xvi		viii	xix		xi
vi	d	xxvi	25		v	xvi		viii	xix	
v	e	xxvii	26	xlii		v	xvi		viii	xix
iiii	f	xxviii	27	ii	xlii		v	xvi		viii
iii	g	xxix	28		ii	xlii		v	xvi	
ii	A	xxx	29	x		ii	xlii		v	xvi
i	b	xxxi	30		x		ii	xlii		v
★	c	Prid.	31	xviii		x		ii	xlii	

DARIA AVREORVM NVMERORVM  
rum expansæ respondentia.

## IANVARIVS.

tabulę Epactarum expansæ.

Epactę	L. t. Dñic.	Dies Mensis	h   g   f   e   d   c   b   a							
			AVREI NVMERI							
*	A	1	v	xvi		viii	xix		xi	
xxix	b	2	v	xvi		viii	xix		xi	
xxviii	c	3	xiii	v	xvi		viii	xix		xi
xxvii	d	4	ii	xiii	v	xvi	viii	xix		xi
xxvi	e	5	ii	xiii	v	xvi	viii	xix		xi
25	f	6	x	ii	xiii	v	xvi	viii	xix	
xxiii	g	7	x	ii	xiii	v	xvi	viii	xix	
xxiii	A	8	xviii	x		ii	xiii		v	
xxii	b	9	vii	xviii		x	ii	xiii		v
xxi	c	10	vii	xviii		x	ii	xiii		v
xx	d	11	xv	vii	xviii		x	ii	xiii	
xix	e	12	iiii	xv	vii	xviii		x	ii	xiii
xviii	f	13	iiii	xv	vii	xviii		x	ii	xiii
xvii	g	14	xii	iiii	xv	vii	xviii		x	xiii
xvi	A	15	j	xii	iiii	xv	vii	xviii		xiii
xv	b	16	j	xii	iiii	xv	vii	xviii		xiii
xiiii	c	17	ix	i	xii	iiii	xv	vii	xviii	
xiii	d	18	ix	i	xii	iiii	xv	vii	xviii	
xii	e	19	xvii	ix		i	xii	iiii	xv	vii
xi	f	20	vi	xvii	ix		i	xii	iiii	xv
x	g	21	vi	xvii	ix		i	xii	iiii	xv
ix	A	22	xiiii	vi	xvii		ix		i	xii
viii	b	23	iii	xiiii	vi	xvii		ix		i
vii	c	24	iii	xiiii	vi	xvii		ix		i
vi	d	25	xi	iii	xiiii		vi	xvii		ix
v	e	26	xi	iii	xiiii		vi	xvii		ix
iiii	f	27	xix	xj	iii	xiiii		vi	xvii	ix
iii	g	28	viii	xix	xi	iii	xiiii		vi	xvii
ii	A	29	viii	xix	xi	iii	xiiii		vi	xvii
i	b	30	xvi	viii	xix	iii	xiiii		vi	xvii
*	c	31	v	xvi	viii	xix		xi		

TRIGINTA CALEN-  
triginta lineis tabulae Epacta-  
FEBRVARIVS.

Epactæ	Lit. Dñic.	Dico. Mensis	Literæ triginta linearum							
			P	N	M	H	G	F	E	
			AVREI NUMERI							
xxix	d	CAL.	1		iii	xiii		vi	xvii	
xxviii	e	vi	2	xi		iii	xiiii		vi	xvii
xxvii	f	ii	3		xi		iii	xiiii		vi
25 xxvi	g	vi	4	xix	xix	xi		iii	xiiii	xiiii
xxv	A	NON.	5	viii	viii	xix	xi	xi	iii	iiii
xxiiii	b	viii	6	xvi		viii	xix		xi	
xxiii	c	iiii	7	v	xvi		viii	xix		xi
xxii	d	vi	8		v	xvi		viii	xix	
xx	e	v	9	xiii		v	xvi		viii	xix
xix	f	iiii	10	ii	xiii		v	xvi		viii
xviii	g	ii	11		ii	xiii		v	xvi	
xvii	A	Prid.	12	x		ii	xiii		v	xvi
xvi	b	iiii	13		x		ii	xiii		v
xv	c	xvi	14	xviii		x		ii	xiii	
xiiii	d	xv	15	vii	xviii		x		ii	xiii
xiii	e	xiiii	16		vii	xviii		x		ii
xii	f	xiii	17	xv		vii	xviii		x	
xi	g	xii	18	iiii	xv		vii	xviii		x
x	A	xi	19		iiii	xv		vii	xviii	
ix	b	x	20	xii		iiii	xv		vii	xviii
viii	c	ix	21	j	xii		iiii	xv		vii
vii	d	viii	22		j	xii		iiii	xv	
vi	e	vii	23	ix		j	xii		iiii	xv
v	f	vi	24		ix		j	xii		iiii
iiii	g	v	25	xvii		ix		j	xii	
iii	A	iiii	26	vi	xvii		ix		j	xii
ii	b	iii	27		vi	xvii		ix		j
**ITAQUE** si propter æquationem anni Solaris, Luna nondum æquationem desiderante, singuli aurei numeri deorsum promouendi sint per vnum diem, scribetur aureus numerus 3. ad secundum diem Ianuarij, & primo die præfigetur aureus numerus 14. cum hic semper in alijs locis proxime supra illum collocatus sit in Calendario. Quare ab aureo numero 14. tunc Cycli initium fiet, & ab eodem die primo Ianuarij. Quo si rursus per alterum diem aurei numeri mouendi sint deorsum, cadet aureus numerus 3 in tertium diem Ianuarij, & aureus numerus 14. in secundum, primus autem dies vacuus apparebit, quòd supra aureum numerum 14. ponatur aureus numerus 6. non proxime, sed relicto vno die vacuo, vt ex Capite 2. huius libri patet. Quare non poterit tunc fieri Cycli initium a primo die Ianuarij, cum ibi nullus aureus numerus positus sit; neque verò amplius aureus numerus 14. secundo die Ianuarij tunc adscriptus initium dabit: propterea quod Lunatio secundo die incipiens, currens aureo numero 14. est secunda illius anni, non autem prima, vt ante docuimus. Incipiendus igitur Cyclos tunc est ab eo aureo numero, qui adscribendus esset diei ultimo Decembris, si inde Solaris annus inchoaretur, hoc est, ab aureo numero 6. qui in Calendario duobus diebus semper superior est, quam 14. Nam Lunatio tunc in vltimum diem Decembris incidens prima est totius anni insequentis, quam quidem indicat aureus numerus 5. quò in precedenti anno Nouilunia demonstrat, estque diei vltimo Decembris tunc adscriptus, cum eum per duos dies a 19. die Decembris, vbi in antiquo Calendario descriptus est, ponamus descendisse. Quòd autem tum ad vltimum Decembris diem apponendus sit aureus numerus 5. non autem 6. qui in Calendario semper supra 14. scriptus reperitur, causa est, quia aurei numeri in Calendario rationem Cycli non possunt seruare, vt Capite 2. huius libri dictum est; patetque hoc ex tertio Calendario aureorum numerorum, cuius litera Index est M, maiuscula.

**IDEM** prorsus fieret, si propter æquationem Lunæ (Solaris anno tum æquationem non desiderante) aurei numeri in antiquo Calenda-

*Cyclo decennouennali aurei numeri incipere vel ab aureo numero ad Cædas Ianuarij scripto, vel ab eo, qui vltimo diei Decembris adscribitur, esse, si inde annus Solaris inciperet.*

*Cyclo aurei numeri ante correctionem semper incipisse ab octavo numero p.*

rio sursum per vnum diem promouendi essent. Nam aureus numerus, r 1. tertio diei Ianuarij adscriptus, ad diem secundum ascenderet, aureus verò numerus 3. in primo die positus, transiret ad diem vltimum Decemb. relicto primo die Ianuarij vacuo. Non igitur tunc incipere posset Cycclus a primo die Ianuarij, cum ibi nullus sit aureus numerus; neque verò a secundo die Ianuarij, propter rationem supra allatam, sed ab vltimo die Decēbris, & ab aureo numero 3. qui ibi tunc collocādus esset, si annum Solarem iude exordiremur: quamquam quia annum a principio Ianuarij inchoamus, atque aurei numeri Cycli rationem in Calendario non seruant, vt diximus, positus ibi tum cerneretur aureus numerus 2. sub aureo numero 13. qui tunc penultimo diei Decēbris adscriptus esset, vt constat ex trigesimo Calendario aureorum numerorum, cuius litera index est a, minuscula.

Initium cycli an  
rei numeri sumi  
succesive ab om-  
nibus aureis nu-  
meris, & equatio  
Solaris anni, ac  
Lunaris adhiben-  
da.

VIDES igitur, initium Cycli aureorum numerorum deinceps, ac successiue sumi ab omnibus aureis numeris, modò a primo die Ianuarij, si ibi positus fuerit aureus aliquis numerus, modò ab vltimo Decēbris die, si primus dies Ianuarij nullum habeat aureum numerum: quod quidem accidit propter æquationem anni Solaris, ac Lunaris, cum omnes aurei numeri propter eam æquationem possint deinceps describi in primo die Ianuarij, atque vltimo Decēbris, vt liquidò apparet ex superioribus 30. Calendarijs aureorum numerorum, in quibus varios dies iidem aurei numeri occupant, prout videlicet 30. lineis Epactarum in tabula expansa respondent.

Cycclus quilibet  
decennouennalis  
Epactarū quare  
semper incipiat  
a vel ab Epact. j.

AT verò quoniam Cycclus noster Epactarum in Calendario immobilis est, semperque Epacta ✱. Calendis Ianuarij adhæret, ita vt Epacta j. ad vltimum diem Decēbris ponenda esset, si inde annus Solaris inciperet, sit, vt initium Cycli decennouennalis nostrarum Epactarum perpetuò sumendum sit vel ab Epacta ✱. vel ab Epacta j. vt declaratum est.

Cycclus aurei nu-  
meri apud Alexi-  
drinos semper in  
epactis ab vltimo  
die anni ipsorū,  
& ab aureo nume-  
ro j.

ALEXANDRINI porrò semper ab vltimo die anni, qui diei 28. nostri Augusti responder, Cyclum suum exordiebantur; quia ad primum diem anni, siue mensis Thoth, qui responder diei 29. Augusti, nullum aureum numerum collocabant, quòd eo tempore nullum Nouilunium in primum diem eorum anni incideret, sed in vltimum, id est, in diem 35. mensis Mesores, quem diei 28. Augusti respondere diximus, vbi aureus numerus 19. positus erat, qui tunc instar erat aurei numeri 1. quippe cum statim proximo die, qui insequenti anno initium dabat, aureus numerus 1. assumeretur pro aureo numero 19. atque ita ab aureo numero 1. eorum Cycclus incipiebat. In Calendario aurem Ecclesiastico antiquo, currente aureo numero 3. incidebat Nouilunium, ex vsu Ecclesiæ, in primum diem Ianuarij, vbi ponebatur aureus ille numerus 3. ac proinde ab eo semper principium sumebat Cycclus aurei numeri ante anni correctionem, vt supra diximus.

HIS positis, ad explicationem Embolisinorum aggrediamur. Embolisimus igitur est annus Lunaris, in quo 13. Lunationes continentur  
sue

sive dies 384. aut 383. vt mox dicemus. Neque verò mirum alicui videri debet, in vno anno, qui in Calendario continet dies tantummodo 365. fieri posse 13. Lunationes, quæ conficiant dies 384. aut 383. Nam cum supra dictum sit, Lunationes illis mensibus tribui, in quibus finiuntur, ita vt omnis Lunatio mense Decembri incipiens, terminataque quocumque die Ianuarij, etiam primo, adscribenda sit Ianuario, dicendaque totius anni prima, fieri potest, vt quibusdam in annis post primam illam Lunationem existant adhuc 12. integræ Lunationes, antequam ad primam Lunationem alterius insequentis anni veniamus; si nimirum post primam Lunationem alicuius anni supersint adhuc 354. aut 353. dies, quot nimirum 12. Lunationibus comprehenduntur. Quando ergo hoc contingit, existunt 13. Lunationes in eo anno Lunari, diciturque annus Embolismicus, complectens dies 384. vel 383. quanquam Solaris annus ex diebus duataxat 365. in Calendario constet. Quando verò post primam illam anni Lunationem supersint solum 11. Lunationes integræ, continentur 12. tantum Lunationes in eo anno Lunari, & appellatur communis, continens dies 354. vel 353. licet Solaris annus dies 365. in Calendario completatur.

ET quoniam annus Solaris in Calendario descriptus dierum 365. annum Lunarem communem complectentem plerumque dies 354. superat diebus 11. facile cognoscemus, quinam anni, & quot in quolibet Cyclo decennouennali sint Embolismici, siue 13. Lunationum. Quotiescunque enim ex diebus illis 11. qui in quolibet anno Solari, exactis 12. Lunationibus, supersunt, summa collecta fuerit 30. aut maior, aut etiam minor, hoc est, 29. vt fit in vltimo, siue decimonono anno Cycli, complebuntur eo anno 13. Lunationes, atque annus ipse Embolismicus erit: quia ex summa illa dierum conficitur vna Lunatio 30. dierum, vltimo anno Cycli excepto, in quo summa 29. dierum conflata exhibet vnam Lunationem 29. dierum, quæ alijs 12. Lunationibus ante illam expletis adiecta efficit 13. Lunationes. Contingit autem hoc in quolibet Cyclo septies tantum, videlicet in annis 3. 6. 9. 11. 14. 17. & 19. cuiusque Cycli, qui omnes, ac soli sunt Embolismici, vt ex superioribus 30. tabulis Lunationum manifestum est. In quolibet enim reperiuntur 7. anni 13. Lunationum, cuius rei hæc est ratio.

IN primis tribus annis Cycli ter supersunt 11. dies, qui efficiunt 33. dies, quorum 30. dantur Lunationi tertiædecimæ, siue Embolismicæ tertij anni, supersuntque adhuc 3. dies: qui adiuncti ter 11. diebus residuis in annis 4. 5. & 6. constituunt dies 36. quorum 30. rursus dantur Lunationi Embolismicæ, siue decimætertix sexti anni, & adhuc 6. dies supersunt. Hi cum residuis ter 11. diebus in annis 7. 8. ac 9. efficiunt 39. dies. Ex 30. igitur completur Lunatio Embolismica noni anni: reliqui vero 9. dies cum residuis bis 11. in annis 10. & 11. componunt 31. dies, quorum 30. Lunationi Embolismicæ

Hh vnde-

Quæ ratio in  
anno sine potest  
13. Lunationes  
contineri.

In quolibet cy-  
clo decennouen-  
nali esse 7. annos  
Embolismicos,  
unde organatur,  
& quinam illi  
sint.

Car in omni  
cyclo decennou-  
ennali, anni 3.  
4. 9. 11. 14. 17.  
& 19. sint Embo-  
lismici.

Undecimi anni tribuuntur; dies autem 1. reliquos cum residuis ter 11. diebus in annis 12. 13. & 14. efficit dies 34. ex quibus 30. cedunt Embolismicæ Lunationi anni quattidecimi, & reliqui 4. dies cum ter 11. diebus superfluis in annis 15. 16. ac 17. conficiunt dies 37. quorum 30. Lunationem Embolismicam septimidecimi anni expleat; at reliqui 7. dies cum bis 11. superfluis diebus in annis 18. & 19. efficiunt dies 29. pro Lunatione Embolismica decimionni anni, atque vltimi. Necessè enim est, vnam ex 7. Lunationibus extraordinarijs dies tantum 29. complecti, cum in 19. annis ex 11. diebus, qui in quolibet anno superfluit, constituantur 209. dies, qui conficiunt sex Lunationes 30. dierum singulas, & vnam dierum 29. quòd ei dies vnus deficit ad complendum numerum 30. dierum. Dies enim 210. constituunt 7. Lunationes dierum 30.

Quando annus  
Embolismicus  
terminat dies 314  
& quando 315.

ITA QVE annus Embolismicus, cuius Lunatio dies 30. continet, complectetur dies 384. Qui verò Lunationem Embolismicam habet dierum 29. dies continebit 383. propterea quod dies 354. duodecim Lunationum cum 30. diebus Lunationis Embolismicæ conficiunt dies 384. cum diebus autem 29. Lunationis Embolismicæ constituant dies tantummodo 383.

ATQVE hic est ordo naturalis 7. Embolismorum in quouis Cyclo decennouennali contentorum, vt nimirum priores sex Lunationes Embolismicæ contineant dies 30. singulæ, septima verò ac postrema dies 29. duraxat: qui tamen ordo plerunque mutatur, ita vt non semper septima Lunatio Embolismica sit dierum 29. sed interdum aliqua alia, Lunationibus alternis 30. & 29. dierum id ita exigentibus, propterea quod Cyclo decennouennalis non semper ab aureo numero 1. incipit, sed ab aliquo alio. Duo enim tantum Cycli decennouennales Epactarum ex omnibus 30. tabulæ expansæ, quos referunt 8. & 9. lineæ eiusdem tabulæ, quibus præfiguntur literæ D, & C, maiusculæ, initium sumunt ab aureo numero 1. Quare in illis tantum nonusdecimus annus, qui septimus Embolismicus est, continebit Lunationem Embolismicam 29. dierum: In alijs autem Cycli septimus Embolismicus habebit Lunationem Embolismicam dierum 30. & Lunatio Embolismica 29. dierum alicui alij Embolismo tribuetur, vt ex ijs, quæ aliquanto post dictari sumus, fiet perspicuum; si prius paulo vberius explicauerimus, quo pacto se habeant hi 7. Embolismi in quolibet Cyclo decennouennali nostrarum Epactarum, qui quidem semper vel ab Epacta ♁. vel ab ♁. incipit, vt supra traditum est.

Hic natus cycli  
decennouennalis  
ex omnibus 30.  
tabulis expansæ,  
libetis septimus  
Lunationem Em-  
bolismicam 29.  
dierum.

QUANDO CVNQVE igitur prima Lunatio alicuius anni terminatur aliquo primorum 11. dierum Ianuarij, (Omnem autem Lunationem in mense Ianuario terminatam, etiam primo eius die, Ianuario tribui, esseque totius anni primam, supra ostendimus.) annus ille necessario Embolismicus est. Nam si prima Lunatio desinat die 11. Ianuarij, supererunt eo anno vsque ad finem Decembris dies 354. in quibus 12. Lunationes adhuc fieri possunt: Quare annus ille complectetur

Prima Lunatio  
per anni Embo-  
lismicæ termina-  
ri in aliquo pri-  
morum 11. dierum  
Ianuarij, & qua-  
re.



plectetur 17. Lunationes, ac proinde Embolismicus erit. Si verò prima Lunatio ante diem 11. Ianuarij terminetur, supererunt plures dies quam 354. eo anno vsque ad finem Decembris. Quamobrem fieri in illis poterunt adhuc 12. Lunationes, ac supererunt præterea aliquot dies, vel saltem vnus; ac proinde is quoque annus Embolismicus erit, cum 13. Lunationes comprehendat.

E X quo efficitur, vt vndecim hæ Epactæ, xix. xx. xxi. xxii. xxiii. xxiiii. xxv. 25. xxvi. xxvii. xxviii. xxix. ( Numeramus autem xxv. 25. pro vna Epacta ) positæ in proximis 11. diebus post Calendas Ianuarij, sint sæper Embolismicæ, ita ut annus, cuius Epacta est aliqua ex illis 11. quicumq; tunc aureus numerus currat, sit Embolismicus, propterea quod Lunatio ab aliqua illarum Epactarum mense Ianuatio incipiens est secunda illius anni, prima vero eam antecedens incepit mense Decembri, completeque est in aliquo primorum 11. dierum Ianuarij.

H I N C rursus colligitur, in quouis anno Embolismico Lunatione tertiã decimã, siue postremã, necessario terminari aliquo postremorũ 11. dierũ Decembris, quibus adscriptæ sunt hæ Epactæ, \*. xxix. xxviii. xxvii. xxvi. xxv. 25. xxiiii. xxiii. xxii. xxi. xx. 19. Propterea quod, si Lunatio aliqua desinat in quocunq; illorum 11. dierum, insequens Lunatio, quæ prima est proximi anni post Embolismum, incipit ab aliqua ex illis 11. Epactis, quæ proximis 11. diebus post primum diem Ianuarij præfixæ sunt, quasque diximus esse Embolismicas. Quæ res argumento est, toto eo anno, cuius vltima Lunatio in aliquo postremorum 11. dierum Decembris finitur, in usu fuisse Epactam illam Embolismicam, à qua sequens prima alterius insequentis anni Lunatio incipit, atque ideo anno illum fuisse Embolismicum. Solum quando vltima Lunatio anni Embolismici, currente Epacta xix. finitur vltimo die Decembris, quod fit, non concurrentibus Epacta xix. & aureo numero 19. incipit prima Lunatio insequentis anni prima die Ianuarij, & ab Epacta \*. non Embolismica, non autem ab Epacta xix. Embolismica. Ratio huius rei est, quòd annus vltimo Decembris die finiatur, & Epacta xix. mutetur tunc anno insequenti in Epactam \*. Quòd si annus postremo die Decembris non clauderetur, scribenda esset Epacta xix. iuxta eũ diem, qui nunc primo diei Ianuarij responderet, naturali scilicet ordine sub Epacta xx. vltimo diei Decembris affixa: atque ita Lunatio prima post annum Embolismicum inciperet tunc etiam ab Epacta xix. quæ Embolismica est.

A T Q V E vt planius appareat, vndecim has Epactas xix. xx. xxi. xxii. xxiii. xxiiii. xxv. 25. xxvi. xxvii. xxviii. xxix. esse omnes Embolimicas, & solas, considerandæ diligenter sunt omnes 30. lineæ Epactarum tabulæ expansæ. Nam in qualibet earum semper reperies septem Epactas illarum 11. positas loco tertio, sexto, nono, vndecimo, quartodecimo, decimo septimo, ac decimonono, ab Epacta \*. si ea in assumpta linea contentinetur, vel ab Epacta j. si in accepta linea non reperitur Epacta \*. Cum ergo omnis cyclus decennouennalis nostrarum Epactarum ini-

H h 2 tium

Vndecim Epactis semper esse Embolimicas, hoc est, quæ in illis esse Embolismum, in quo una ex illis cum quocunq; numero currat, & quæ illæ sint.

Lunatio 19. in anno Embolismico terminari in aliquo postremorum 11. dierum Decembris, & quare.

Primum Lunationis anni Embolismici insequens semper incipit ab aliqua Epacta Embolismica, excepto Embolismico, in quo Epacta xix. non cum aureo numero 19. currat, & quare.

Enumeratas 11. Epactas, omnes ac solas esse Embolimicas, & enumeratas 7. annos in quolibet cyclus decennouennali, omnes in illis esse Embolimicas, quo pacto ex tabulæ expansæ, & ex 30. tabulis Lunationis cognoscantur.

diximus esse Embolismicam. Itaque illæ 11. Epactæ xix. xx. xxi. xxii. xxiii. xxiiii. xxv. 25. xxvi. xxvii. xxviii. xxix. iuxta proximos 11. dies, qui primum diem Ianuarij consequuntur, descriptæ, semper sunt Embolismicæ, cum quocunque illæ aureo numero concurrant: at verò Epacta xviii. diei 13. Ianuarij apposita nunquam Embolismica est, nisi quando unâ cum ea aureus numerus 19. usurpatur. Patent omnia hæc clarissime in superioribus 30. tabulis Lunationum. Nam in sola nona tabula vides Epactam xviii. cum aureo numero 19. currentem habere 13. Lunationes; In alijs autem tantum 12. Quocirca Epacta xviii. dici poterit anceps, siue indifferens, cum modo sit Embolismica, modo nō Embolismica, cum tamen omnes aliæ Epactæ perpetuò sint uel Embolismicæ, uel communes.

IN veteri Calendario erant hi septem aurei numeri 2. 5. 8. 11. 13. 16. 19. Embolismici, vt rectè Campanus docet, etsi alij Computistæ nō nihil ab eo discrepent. Nam cum omnes descripti sint prope aliquos ex 11. proximis diebus Calendas Ianuarias insequentibus, hoc est, inter primum diem, & tertiumdecimum Ianuarij collocati sint in Calendario, quemadmodum nostræ Epactæ Embolismicæ; erit Lunatio ante quemcunque illorum mense Ianuario proximè terminata; (vide licet secundo, quarto, quinto, septimo, octauo, decimo, uel undecimo die) prima totius anni, post quam cum minimum supererunt in anno 354. dies, qui satis sunt ad alias 12. Lunationes explendas, vt annus ille 13. Lunationes comprehendat, quarum secunda ab aliquo illorum septem aureorum numerorum insitium sumit in Ianuario. Quare annus, cuius aureus numerus fuerit ex illis septem aliquis, Embolismicus erit.

ET quoniam septem anni solum in quouis cyclo decennouennali, nimirum 3. 6. 9. 11. 14. 17. & 19. Embolismici sunt, quod in illis solis sitperflui illi dies, quos in quolibet anno solari superesse diximus, constituere possint unam Lunationem extraordinariam, ut ante diximus; manifestò colligitur, cyclum aurei numeri in ueteri Calendario initium semper duxisse ab aureo numero 3. quod supra diximus; propterea quod septem illi aurei numeri Embolismici a solo aureo numero 3. locum tertium, sextum, nonum, undecimum, quartumdecimum; decimumseptimum, ac decimumnonum occupant, ut in hac tabella appareat.

Qui septem aurei numeri in veteri Calendario fuerint Embolismici.

Necessaria in veteri Calendario cyclum aurei numeri 3. insitium sumptæ.

Ordo annorum Cycli	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10
Cyclus aur. num.	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12
Aur. num. Embolif.			5			8			11	

Ordo annorum Cycli	11	12	13	14	15	16	17	18	19
Cyclus aur. num.	13	14	15	16	17	18	19	1	2
Aur. num. Embolif.	13			16			19		2

Quod aurei numeri in veteri Calendario habentur a quoque anno 11. dies post duodecim Lunationem; & 22. secundo anno, currente aureo numero 4. & 33. tertio anno, currente aureo numero 5. atque idcirco aureus numerus 5. Embolisticus erit. Eademque ratione Embolisticus erunt hi aurei numeri, 8. 11. 13. 16. 19. 2. ut Campanus uoluit, & ratio ipsa postulat, cum, hisce aureis numeris currentibus, prima Lunatio anni terminetur semper aliquo primorum 11. dierum Ianuarij, quod necessario requiritur, ut annus possit esse Embolisticus, ut supra diximus. Hoc utique non eueniret, si alius aureus numerus statueretur primus in cyclo. Nam si v.g. numerus 1. diceretur primus, superesset tunc 11. dies; & currente aureo numero 2. superesset 22; & 33. currente aureo numero 3. Quare aureus numerus 3. esset Embolisticus.

Si ponatur numerus 3. primus in cyclo, supererunt eo anno 11. dies post duodecim Lunationem; & 22. secundo anno, currente aureo numero 4. & 33. tertio anno, currente aureo numero 5. atque idcirco aureus numerus 5. Embolisticus erit. Eademque ratione Embolisticus erunt hi aurei numeri, 8. 11. 13. 16. 19. 2. ut Campanus uoluit, & ratio ipsa postulat, cum, hisce aureis numeris currentibus, prima Lunatio anni terminetur semper aliquo primorum 11. dierum Ianuarij, quod necessario requiritur, ut annus possit esse Embolisticus, ut supra diximus. Hoc utique non eueniret, si alius aureus numerus statueretur primus in cyclo. Nam si v.g. numerus 1. diceretur primus, superesset tunc 11. dies; & currente aureo numero 2. superesset 22; & 33. currente aureo numero 3. Quare aureus numerus 3. esset Embolisticus.

Eademque ratione aurei numeri 6. 9. 11. 14. 17. 19. Embolisticus forent, quod falsum est, & contra Campanum, & rationem; cum nullus horum 7. aureorum numerorum, præter 11. & 19. contineat 13. Lunationes. Non ergo numerus 1. potest esse primus in cyclo. Eademque ob causâ nullus alius, præter 3. primus esse potest.

IA M verò non magni interest, quamquam ex 13. Lunationibus anni Embolisticis dicenda sit extraordinaria, siue Embolistica, dummodo non sit Paschalis, & aliarum 12. Lunationum magnitudines, prout cycclus exigit, intactæ atque illæse, quoad eius fieri potest, permanceant: mirum ut alternæ constituantur dierum 30. & 29. Quod ut rectius fiat, tenenda erit hæc regula. Quoties in anno Embolismo ultima, siue 13. Lunatio continet dies 30. appellabimus eâ Embolisticam, siue extraordinariam, propterea quod tunc antecedentes 12. Lunationes alternis continet dies 30. & 29. ut Cycli ratio postulat. Hoc autem accidit, cum aliqua harum Epactarum Embolisticarum xix. xx. xxi. xxii. xxiii. xxiiii. in usu est, quibus addenda est Epacta 25. diuerso caractere, coloreve notata, ut ex 30. tabulis Lunationum manifestum est, dummodo Epacta xix. & aureus numerus 19. non concurrant. Tunc enim Lunatio 13. anni dies tantum 29. complectitur, ut in 8. linea tabulæ expansæ, cui adscripta est litera D, manifesta contingit, cui quidem respondet 8. tabula ex 30. tabulis Lunationum.

QUOD si quando illæ Epactæ unâ cum aureo numero 1. insuperentur, ut fit in 5. 16. 17. 18. 19. & 20. lineis tabulæ expansæ, quæ a notantur literis minusculis r, q, p, n, m, l, nec non in 6. tabulis Lunationum respondentibus, (excepta Epacta 25. diuerso caractere, uel colore scripta, quæ nunquam concurrere potest cum aureo numero 1. quippe quæ solum cum aureis numeris maioribus, quam 11. possit concurrere) continebit tam prima Lunatio anni, quam secunda, dies dumtaxat 29. Cum enim tunc Epactæ superioris anni cum aureo numero 19. concurrenti addantur 12. ut Epacta alterius anni cum aureo numero 1. concurrentes gignatur, ut supra ostendimus, sic necessario prima Lunatio anni dierum tantum 29. acciditque, ut tres Lunationes continuæ dierum 29. constituentur

Quæ ex 13. Lunationibus, una Embolistica dicitur se Embolistica.

Quæ Epactæ Embolisticæ habent 13. Lunationem semper 30. & Embolisticæ.

Quando Epactæ Embolisticæ, quarum 13. Lunatio est 30. dierum, habet 3. primam Lunationem semper dierum 29.

quantur, videlicet duæ illæ primæ anni Embolismici, & ultima anni antecedentis. Quare posset quidem tunc prima Lunatio dierum 29. dici Embolismica, cum media sit inter alias duas totidem dierum, meritoque Lunationi Embolismicæ illius anni tribui possint dies tantum 29. quippe cum aliæ sex Lunationes Embolismicæ illius Cycli dies 30. comprehendant, & annus ille Embolismicus complectatur dies tantum 385. tamen ne cætera Lunationes illius anni ordinariæ 30. dierum, & 29. perturbent, & ne vltima Lunatio ordinariæ, quæ semper solet esse dierum 29. contineat 30. dies, placuit vltimam Lunationem 30. dierum statuere Embolismicam, non secus ac si more veterum Computistatum Lunationi Embolismicæ illius anni, quæ deberet esse dierum solum 29. addatur vnus dies, qui a prima Lunatione anni subtrahitur, propter additionem 12. ad Epactam cum aureo numero 19. currentem; quæ subtractionem Computistæ saltum Lunæ dixerunt, de quo paulo infra nonnihil dicemus. Liberum tamen sit per nos vnicuique, si mauit, primam Lunationem 29. dierum vocare Embolismicam, cum nihil absurdi hinc sequatur.

QUANDO autem tertiadecima Lunatio anni Embolismici continet dies tantummodo 29. annusque ille Embolismicus est vltimus in Cyclo, quod vsu venit, cum tam Epacta xix. & aureus numerus 19. quàm Epacta xvij. & aureus numerus 19. concurrunt (quod bis tantum toto eo tempore, quo omnes 30. Cycli tabulæ expansæ vsurpantur, accidit, nimirum quando. lineæ 8. & 9. eiusdem tabulæ, quæ literis D, C, maiusculis notantur, & quibus tabulæ 8. & 9. Lunationum respondent, in vsu sunt) dicetur Lunatio illa vltima anni Embolismica; propterea quod antecedentes 12. Lunationes alternæ sunt dierum 30. & 29. vltimaque Lunatio Embolismica in eo Cyclo continere debet dies duntaxat 29. vt ex ijs, quæ supra diximus, constat; cum aliæ sex Lunationes Embolismicæ illius Cycli complectantur dies 30.

QUOTIES autem Lunatio tertiadecima complectitur dies tantum 29. sed annus ille Embolismicus in Cyclo non est vltimus; si quidem prima Lunatio dierum etiam 29. constituatur, (quod accidit, quoties quælibet harum Epactarum xxv. xxvj. xxvij. xxviii. xxix. & aureus numerus 1. concurrunt, vt patet in lineis 10. 11. 12. 13. 14. tabulæ expansæ, quæ appositas habent literas B, A, maiusculas, & u, t, s, minusculas, nec non in quinque tabulis Lunationum respondentibus) non censetur vltima illa Lunatio dierum 29. Embolismica, sed prima illius anni dierum etiam 29. Quoniam enim tunc vltima quoque Lunatio anni antecedentis constat diebus tantum 29. non iniuria insequentis anni primæ Lunatio dierum 29. dicetur extraordinariæ, atque Embolismicæ, cum aliæ 12. subsequentes alternis progrediantur per 30. & 29. dies; præsertim cum Lunatio illa Embolismica continere debeat dies solum 29. quod aliæ sex eiusdem Cycli dies 30. contineant.

Epacta xvij. & xix. cū aureo numero 19 concurrunt, habet 12. Lunationes Embolism. cum, & dierum 29.

Quæ Epacta Embolismicæ hanc primam Lunationem mai Embolismicam, & dierum 29.

propterea quod ab ea, quæ 30. dies deberet habere, aufertur vnus dies, qui adiungitur vltimæ cycli illius Lunationi Embolismica, vt continetur 30. dies, cum tamen dies tantum 29. deberet completi.

QVIN etiam, cum in vltimo anno Embolismico alicuius cycli ter tiadecima Lunatio Embolismica est, diesque tantum 29. continet, vt contingit in cyclicis 8. & 9. tabulæ expansæ literarum D, C, maiuscularum, & in tabulis 8. & 9. Lunationum; non inepte existimauerit quis, tunc etiam fieri quodammodo saltum Lunæ: quia cum duodecima Lunatio illius anni constet ex 29. diebus, deberet sequens ter tiadecima secundum rationem cycli constitui 30. dierum, & subsequens prima alterius anni dierum 29. Cum ergo continetur illa dies duntaxat 29. aufertur ab eamundem dies, qui primæ Lunationi insequentis anni communis additur, vt efficiatur dierum 30. quæ alioquin, ut dictum est, deberet esse tantum dierum 29.

AT QVE hi omnes anni Embolismici, in quibus saltum Lunæ fieri diximus, continent dies duntaxat 383. cum alij omnes dies 384. comprehendant: Anni verò communes, in quibus saltus Lunæ fit, ex diebus tantummodo 353. constituuntur, alij verò omnes ex 354. ut ex superioribus 30. tabulis Lunationum manifestum est.

EX his, quæ diximus, planum esse potest, tum demum fieri saltum Lunæ, cum duæ, vel tres Lunationes continuantur 29. dierum in Calendario, aliàs nunquam; quod quidem semper contingit, quando aureus numerus est 1. siue annus ille sit communis, siue Embolismicus, propterea quod Epactæ antecedentis anni concurrenti cum aureo numero 19. adduntur 12. ut fiat Epacta insequentis anni cum aureo numero 1. concurrentis, ut supra dictum est. Excipiuntur duo anni Embolismici Epactarum xix. & xviii. cū aureo numero 19. concurrentium. In illis enim saltus Lunæ fit, currente aureo numero 19. non autem 1. ut ex 8. & 9. tabula Lunationum perspicuum est.

NON sum nescius, plerisque minus probari hunc saltum Lunæ, quòd in cælo saltus iste nequaquam fiat: veruntamen cum cuiusque cycli ratio exigat, ut interdum ab una Lunatione dematur vnus dies, qui alteri Lunationi adijciatur, nolimus ab vsitato more loquendi Computistarum recedere. Liberum tamen esto cuique hoc in negotio loqui, ut vult, dummodo res ipsa recte intelligatur, atque explicetur.

HINC quoque colligitur, propter Embolismos, ac saltum Lunæ, non semper progredi Lunationes alternis per 30. & 29. dies, ut eorum conditio, naturaque postulare videtur, sed contingere nonnunquam duas Lunationes continuas modo dierum 30. modò 29. immo interdum tres dierum 29. & quod magis mirum videatur, fieri posse in anno bissextili, propter diem intercalarem, ut quatuor continuæ Lunationes comprehendant dies 30. quod quidem nouum, aut absurdum

Qui anni Embolismici dies tantum 34. & qui Lunares communes dies duntaxat 353. ob dicant.

Saltus Lunæ semper fieri, cum annus numerus est 1. aliis nunquam, nec vnus sit communis, sine Embolismico.

Cur plerisque id spiritum saltem La ne.

Propter Embolismos, ac saltus Lunares contingere nonnunquam, ut duæ vel tres Lunationes continuæ sint dierum 29. et duæ vel quatuor dierum 30.

non est, cum id ratio cuiuscunque cycli postulet, factumque idem fuerit apud ueteres Computistas in cyclo aurei numeri Concilij Nicæni, qui usque ad correctionem hanc Gregorianam uiguit, ut patet in hac subiecta tabula, in qua omnes Lunationes aureorum numerorum ueteris Calendarij descriptæ sunt, sicut in superioribus 30. tabulis expressæ fuerunt Lunationes Epactarum, prout in 30. cyclis deceanouenalis contingunt. Atque ex hac tabula liquet, septem Embolismos totius Cycli, qui ab aureo numero 3. incipit, cadere in eos cycli annos, in quos secundum Epactas nostras incidere supra docuimus. Constat quoque, aureum numerum 19. efficere tres continuas Lunationes, nimirum septimam, octauam, ac nonam, dierum 29. Aureum uero numerum 11. si annus sit bissextilis, ideoque Lunatio mensis Februarij uno die augeatur, quatuor primas Lunationes anni exhibere dierum 30.

SEQUITUR

TABVLA LUNATIONVM AVREORVM  
 numerorum in ueteri Calendario descriptorum.



QVOT DIES LVNATIO QVAELIBET  
aureorum numerorum contineat in Calenda-  
rio veteri tam in anno communi,quam  
in Embolismico.

## AVREJ NVMERI.

Initium primi mensis Lunariss tam in an-  
no communi,quam in Embolismico.

Finis duodecimi mensis Lunariss ta in an-  
no communi,quam in Embolismico.

Finis tertijdecimi mensis Lunariss in an-  
no Embolismico.

Magnitudo anni Lunariss tam commu-  
nis,quam Embolismici.

NVMERVS ET ORDO  
Lunationum totius anni.

Prima Lunatio.

Secunda Lunatio.

Tertia Lunatio.

Quarta Lunatio.

Quinta Lunatio.

Sexta Lunatio.

Septima Lunatio.

Ochava Lunatio.

Nona Lunatio.

Decima Lunatio.

Vndecima Lunatio.

Duodecima Lunatio.

Tertiadecima Lunatio.

3	1. Jan.	20 Dec.		354	30	29	30	29	30	29	30	29	30	29	30	29	30	29	30	29
4	21 Dec.	9		354	30	29	30	29	30	29	30	29	30	29	30	29	30	29	30	29
5	40	29 Nou.	28 Dec.	384	30	29	30	29	30	29	30	29	30	29	30	29	30	29	30	29
6	29	17 Dec.		354	30	29	30	29	30	29	30	29	30	29	30	29	30	29	30	29
7	18	6		354	30	29	30	29	30	29	30	29	30	29	30	29	30	29	30	29
8	7	26 Nou.	25 Dec.	384	30	29	30	29	30	29	30	29	30	29	30	29	30	29	30	29
9	26	14 Dec.		354	30	29	30	29	30	29	30	29	30	29	30	29	30	29	30	29
10	15	3		354	30	29	30	29	30	29	30	29	30	29	30	29	30	29	30	29
11	4	23 Nou.	22 Dec.	384	30	30	29	30	29	30	29	30	29	30	29	30	29	30	29	30
12	23	11 Dec.		354	30	29	30	29	30	29	30	29	30	29	30	29	30	29	30	29
13	12	30 Nou.	30 Dec.	384	30	29	30	29	30	29	30	29	30	29	30	29	30	29	30	29
14	31	19		354	30	29	30	29	30	29	30	29	30	29	30	29	30	29	30	29
15	20	8		354	30	29	30	29	30	29	30	29	30	29	30	29	30	29	30	29
16	9	28 Nou.	27 Dec.	384	30	29	30	29	30	29	30	29	30	29	30	29	30	29	30	29
17	28	16		354	30	29	30	29	30	29	30	29	30	29	30	29	30	29	30	29
18	17	5		354	30	29	30	29	30	29	30	29	30	29	30	29	30	29	30	29
19	6	24 Nou.	23 Dec.	383	30	29	30	30	29	30	29	30	29	30	29	30	29	30	29	30
1	24	12 Dec.		354	30	29	30	29	30	29	30	29	30	29	30	29	30	29	30	29
2	13	1. Dec.	31 Dec.	384	30	29	30	29	30	29	30	29	30	29	30	29	30	29	30	29

Replicatio tabu-  
lae per, etc. No-  
uissimorum totius  
anni.

Præstantia Calen-  
darii noui cæ-  
pædas.

AD vberiore[m] autem cognitionem Embolismorum, placuit sub-  
tere & hanc tabulam Nouiluniorum totius anni perpetuam, in qua vno  
aspectu cernitur, quibus diebus mensis Noniunia contingant, qua-  
cunque Epacta corrente; ita vt tabula hæc sit Calendarium diminutum,  
& ad compendium quodammodo redactum, continens solum princi-  
pia omnium Lunationum, tam in anno communi, quam in Embolif-  
mico: vt vel hinc quoque appareat præstantia Calendarii Gregoriani,  
in quo, reiectis aureis numeris, Epactæ sunt collocatæ: quippe cū per  
Epactas tantæ exigua tabula omnia Nouiunia perpetuò complectens cō-  
struatur; quod neque per aureos numeros, neque per illum alium cy-  
clum, cuius numeri non omnia loca Calendarii repleant, effici potest.  
Et quoniam annus, in quo 13. Lunationes comprehenduntur, Embolif-  
smicus est, liquidò constat, has vndecim Epactas xxix. xxviii. xxvii.  
xxvi. xxv. 25. xxiiii. xxiii. xxii. xxi. xx. xix. esse Embolifsmicas, ut diximus:  
quippe cum singule confineant 13. Lunationes in proposita hac tabu-  
la. Lunationes enim harum Epactarum mense Ianuario incipientes,  
sunt secunde, & quæ mense Decembri incipiunt, sunt primæ insequen-  
tis anni, excepta Epacta xix. cuius Lunatio die 2. Decembris incipiens  
est vltima totius anni. Quando autem corrente Epacta xviii. Lu-  
natio die 3. Decembris incipiens est vltima totius anni, (quod quidem  
fit, cum simul in vsu est aureus numerus 19.) annus ille Embolifsmi-  
cus quoque est, ut dictum est. Corrente denique Epacta x. annus com-  
munis est, cum tantum 12. Lunationes contineat, quippe cum ea Lun-  
atio, quæ Calendis Ianuarij incipit, sit prima totius anni, non autem  
secunda.

SEQVITVR

TABVLA NOUILVNIOIVM  
totius anni perpetua.

TABVLA NOVI LVNIOKV M  
rotius anni perpetua.

Quibus diebus mensium Nouilunia contingant, quaque Epacta currente.

Epacta	Dies Jan.	Dies Feb.	Dies Mar.	Dies Apr.	Dies Maij.	Dies Jun.	Dies Iul.	Dies Aug.	Dies Sep.	Dies Oct.	Dies Nou.	Dies Dec.	
*	1.31		1.31	29	29	27	27	25	24	23	22	21	Corr.
xxix	2	1	2	1.30	30	28	28	26	25	24	23	22	Embol.
xxviii	3	2	3	2	1.31	29	29	27	26	25	24	23	Embol.
xxvii	4	3	4	3	2	1.30	30	28	27	26	25	24	Embol.
xxvi	5	4	5	4	3	2	1.31	29	28	27	26	25	Embol.
xxv	6	5	6	5	4	3	2	1.30	29	28	27	26	Embol.
xxiv	6	4	6	4	4	3	2	30	28	28	26	26	Embol.
xxiii	7	5	7	5	5	3	3	1.31	29	29	27	27	Embol.
xxii	8	6	8	6	6	4	4	2	1.30	30	28	28	Embol.
xxi	9	7	9	7	7	5	5	3	2	1.31	29	29	Embol.
xx	10	8	10	8	8	6	6	4	3	2	1.30	30	Embol.
xx	11	9	11	9	9	7	7	5	4	3	2	1.31	Embol.
xix	12	10	12	10	10	8	8	6	5	4	3	2	Embol.
xviii	13	11	13	11	11	9	9	7	6	5	4	3	Indiff.
xvii	14	12	14	12	12	10	10	8	7	6	5	4	
xvi	15	13	15	13	13	11	11	9	8	7	6	5	
xv	16	14	16	14	14	12	12	10	9	8	7	6	
xiiii	17	15	17	15	15	13	13	11	10	9	8	7	
xliii	18	16	18	16	16	14	14	12	11	10	9	8	
xlii	19	17	19	17	17	15	15	13	12	11	10	9	
xli	20	18	20	18	18	16	16	14	13	12	11	10	
x	21	19	21	19	19	17	17	15	14	13	12	11	
ix	22	20	22	20	20	18	18	16	15	14	13	12	
viii	23	21	23	21	21	19	19	17	16	15	14	13	
vii	24	22	24	22	22	20	20	18	17	16	15	14	
vi	25	23	25	23	23	21	21	19	18	17	16	15	
v	26	24	26	24	24	22	22	20	19	18	17	16	
iiii	27	25	27	25	25	23	23	21	20	19	18	17	
iii	28	26	28	26	26	24	24	22	21	20	19	18	
ii	29	27	29	27	27	25	25	23	22	21	20	19	
i	30	28	30	28	28	26	26	24	23	22	21	20	

ANNI COMMUNES

Quando Epacta xix. & aureus numerus 19. concurrunt, incidit aliud Nouilunium in diem 31. Decembris.

QVAE APPELLETVR LVNA QVARTADE-  
cima Paschalis, & quare Epactæ ita Calendario  
inscriptæ sint, vt earum Nouilunia medias  
ac veras coniunctiones Luminarium,  
vt plurimum, subsequantur.

## CAP. VI.



AM verò quoniam vehementer a Mæstlino Nouilunia oppugnantur, & quartædecima Paschales, quæ in nouo nostro Calendario per Epactas eo, quo diximus, modo dispositas indicatur; quæ (vt ait) neque Nouilunia moribus celestibus respondeant, neque quartædecimæ Paschales legitimè Paschæ solennitatem exhibeant celebrandam; explicandum hoc loco erit, quænam appelletur Luna xiiii. Paschalis, postquam Ecclesia, proximo die Dominico adueniente, Pascha, ex Patrum Conciliorumque decretis semper celebrare consuevit; & quare ad huiusmodi xiiii. Paschalem quolibet anno rite inuestigandam, dedita opera Cyclum Epactarum Calendario inscriptum ita in tabula expansa equauerimus, ut Nouilunia ex eo inuenta coniunctiones Luminarium veras, ac medias plerunque subsequantur. Hac enim in re Mæstlinus, nisi de industria, & ex malitia, rem per se claram, omnibusque notam, nescire se simulat, quid in hoc genere sciat, non uideo. Profus enim ignatus uidetur consuetudinis, quam in Paschæ celebratione iam inde ab exordio fere nascentis Ecclesiæ ad nostram usque ætatem uniuersus orbis Christianus seruauit, vt posterior ostendemus.

ANTE omnia autem, Pascha celebrandum esse post xiiii. Lunam primi mensis vsque ad Lunam xxi. ac proinde ritè posse celebrari Luna xv. si ea in Dominicum diem incidat, copiosè Cap. 1. & 3. superioris libri tum ex decretis Summorum Pontificum Conciliorumque, tum ex uariis testimoniis scriptorum, perpetuoque usu Ecclesiæ, comprobauimus: ut mirum sit, nonnullis ex recentioribus, quo in numero est Mæstlinus, qui plus sibi sapere uidentur, quam antiqui illi Patres, Concilia, & continuus usus Ecclesiæ tum Orientalis, tum Occidentalis, tam pertinaciter asserere non uereri, Pascha non esse celebrandum Luna xv. siue in plenilunio, etsi ea in diem Dominicum incidat; propterea quod falso putant, nos tunc Pascha unà cum Iudæis celebrare. Neque enim interdictum est unquam Christianis, ne in plenilunio medio, siue Luna xv. Pascha celebretur, etiamsi Iudæi tunc solennitatem Paschæ legalis peragant, sed solum ne Luna xiiii. Pascha celebretur, quando Iudæi ad uesperam agnum immolant: alioquin cadente Luna xv. siue plenilunio medio, in Dominicum diem, si alius dies Dominicus expectandus esset, celebraretur Paschale festum Luna xxii. hoc est, in quar-

Verò Mæstlinus, ac aliorum ex illi ualenti, Pascha celebrari non debere Luna xv.

Namque prohiberi esse iussit, ne Luna xv. Pascha celebretur: alioquin Pascha sepe Luna xv. celebraret, etiam si Iudæi, ac Conciliorum ad hoc.

ta hebdomada Lunæ: quod sanctionibus Conciliorumque Pontificum repugnat, quibus sæpe cautum est, ut Pascha post XIIII. Lunam primi mensis usque ad XXI. eiusdem inclusivè celebraretur, ut Cap. 1. & III. libri 1. scripsimus. Certe nostro seculo, quo vivimus, non semel vidimus, Pascha celebratum esse, ex decreto Concilij Nicæni, die 22. Martij, hoc est, Luna xv. quam cyclus offerrebat, cum Luna XIIII. cycli necessario tunc in diem 21. incidere, ante quem diem nulla Luna XIIII. Paschalis esse potest, ut superiori libro scripsimus. Quinimmo quotiescunque Luna XIIII. primi mensis in diem Sabbati incidit, celebratum est Pascha sequenti statim die Dominico, id est, Luna xv. quam cyclus indicabat.

QVOD si dicat quis, Lunam xv. ex cyclo inuentam hisce temporibus ante correctionem anni subsecutam semper esse Plenilunium medium toto quadrado, & eo amplius, propterea quod Nouilunia tanto spatio a pristinis sedibus uersus initia mensum progressa fuerint, atque ideo non celebratum fuisse Pascha Luna xv. sed post plenilunium medium: Respondendum est, id casu euenisse, & ( ut cum Philosophis loquamur ) per accidens, propter illam nimirum Nouiluniorum anticipationem, per se tamen, & natura sua Pascha illud in oppositionem mediam incidisse, si videlicet Nouilunia in propria loca fuissent tunc restituta. Sed esto, Pascha nunquam celebratum esse nostra ætate in plenilunio medio, sed post, ob illam anticipationem Nouiluniorum, certe prope tempora Concilij Nicæni, id est, anno 326. ex decreto eiusdem Concilij celebratum est Luna xv. secundum cyclum die 3. Aprilis, quanquam ea Luna xv. præuenerit tunc plenilunium medium, cum aureus numerus eo anno fuerit 4. reponens terminum Paschalem, seu Lunam XIIII. in secundum diem Aprilis; littera verò Dominicalis extiterit B, diei 3. Aprilis adscripta: oppositio denique media contigerit die 3. Aprilis hora 13. Min. 54. post meridiem. Cur autem Pascha tunc anteuerterit oppositionem mediam, causa fuit aureus numerus, qui nimis citò eo tempore Nouilunia indicabat. Hinc enim factum est, ut Luna xv. quam cyclus offert, & quam Ecclesia, posthabito calculo Astronomico, in Paschæ celebratione obseruat, mediam oppositionem, quam tabulæ Astronomicæ exhibent, præuenerit, ut infra dicemus. Idem euenit annis 330. 346. 350. 370. 394. 441. 475. 495. & alijs, quos longum esset hoc loco recensere, in quibus omnibus Pascha in Lunam xv. incidit, & quidem ante oppositionem mediam, ob rationem, quam diximus, vt ex ijs, quæ sequuntur, patebit.

ITA QVE cum Pascha celebrari debeat necessario die Dominico, qui proxime Lunam XIIII. primi mensis insequitur, atque adeo in ipsa Luna xv. si tunc sit Dominicus dies, exponamus iam, quenam sit illa XIIII. Luna, & quo pacto secundum antiquissimum Ecclesiæ usum inuestiganda sit in Calendario, ne in tanta celeberrate error, aut dissensio ulla oriatur. Opinantur nonnulli

Ecclesiæ frequenter Pascha celebrasse Luna xv.

Pascha prope terminum Concilij Nicæni celebrata est Nouilunium Luna xv. quæ plenilunio medio præuenerit, et quart.

Opinio Mestlini,  
et aliorum erroris  
de Luna xiiii. Pa-  
schali.

Lunam xiiii. esse ipsum diem oppositionis Solis, ac Lunæ: qua in sententia Mestlinus in hoc suo Examine etiam esse videtur, quippe qui Calendario nouo semper obijciat, Lunam xiiij. oppositionem Luminarium sæpe antecedere, atque adeo Pascha frequenter celebrari in ipso plenilunio, si tunc dies sit Dominicus, quod ipse putat absurdum esse, & contra leges, atque usum Ecclesiæ. Vult ergo Lunam xiiij. debere in ipsam oppositionem mediam incidere, nunquam autem, antecedere, ne sequenti die, si sit Dominicus, Pascha celebretur Luna xv. Verum cum his Mestlinus maxime decipitur. Nam cum Pascha celebrari possit in plenilunio, vt vsus Ecclesiæ docuit, & Patrum, Conciliorumque decreta, quod supra ostendimus, cautum verò sit ab iisdem, ne vnquam Pascha die Lunæ xiiij. sed semper post eam celebretur, quis tam cæcus est, qui non videat, præter Mestlinum, qui tamen hoc in negotio vult haberi Lynceus, in Dei Ecclesiæ idem non esse Lunam xiiii. & Plenilunium?

Opinio alia falsæ  
de Luna xiiii. Pa-  
schali.

ALII concedentes Pascha posse celebrari Luna xv. siue in Plenilunio, propter usum Ecclesiæ, & testimonia a nobis libro 1. prolata, existimant Lunam xiiii. esse diem, qui oppositionem veram proxime antecedit. Sed ne hoc quidem verum est, cum Ecclesiæ veros motus nunquam consideret, immo neque medios, sed cyclos tantum, vt Capite IIII. superioris libri abunde demonstrauimus.

Luna xiiii. Pascha  
ex usum Ecclesiæ,  
quæ.

LUNA igitur xiiii. sumitur ab Ecclesiâ pro die quartadecima Lunationis Paschalis, numerando eam inclusivè a Neomenia, siue principio mensis Lunarum Paschalis, hoc est, ab eo die, cui præfixus est numerus cycli decennonenalis, qui in proposito anno Nouiluniam indicat in Calendario; siue is dies congruat cum coniunctione Solis, ac Lunæ vera, aut media, siue ab ea discrepet. Confirmatur hoc ex omnibus, qui de festorum celebrare scripserunt, clarissimeque ex antiqua tabula Paschæ, aliorumque festorum mobilium, qua perpetuo Ecclesiæ ante anni correctionem vsa est, apparet, in qua quilibet aureus numerus ei diei mensis Martij, aut Aprilis præfigitur, qui quartusdecimus est inclusivè a Nouilunio per eundem aureum numerum ostenso, & post quem proxime adueniens Dominicus dies Sacrosanctum Pascha exhibet. Arque hoc non solum in Ecclesiâ Occidentali, verum etiam in Orientali semper obseruatum est, quod probari potest ex eo, quod nulla vnquam ante Calendarij restitutionem dissensio, aut varietas in Paschæ celebratione inter Orientales, atque Occidentales extitit, quod non contigisset, nisi eodem modo Luna xiiii. fuisset accepta.

Tabula motu  
motu Lunæ ut  
les est ad exami-  
nandum cyclum  
quæ vnquam pos-  
sunt.

QVANTVAM autem Ecclesiâ in Nouilunio, & Luna xiiii. ex eo inquirenda neque veros motus consideret, neque medios, sed eos secundum cycli ordinem duntaxat metiatur: negandum tamen hæc est, medias oppositiones ex tabulis Astronomicis inuentas maxime esse utiles ad perpendendum, & diiudicandum, quinam cyclus e pluribus eligendus sit, ut eius numeri, adhibita suis temporibus æquatione,



ne, perpetuò in Calendario ita Neomenias, sine Nouilunia, atque ex his Lunas XIIII. primi mensis ad Sacrosanctum Pascha rite celebrandum ostendant, ut nulla unquam Luna XIIII. Paschalis a Nouilunio numerata includere, duobus aut pluribus diebus oppositionem mediam præcuriat, sed vel uno tantum, uel certe in ipsum plenilunium medium incidat, uel saltem non inulto post consequatur. Id quod in cyclo Epactarum, quanta maxima potuimus, curâ ac diligentia præstare conati sumus. Nam cum per dies in Calendario ita distribuimus, ut Nouilunia ex eo inuenta subsequantur fermè coniunctiones Luminarium veras ac medias tanto spatio, ut Lunæ XIIII. Paschales uel uno tantum die medias oppositiones præueniant, uel in easdem omnino incidant, uel denique non longe post illas contingant. Neque hoc temerè, aut casu factum est a nobis, sed de industria, ac magno consilio. Si namque prima dies mensis Lunaris ex cyclo foret ea, in qua verè Nouilunium tabulæ Astronomicæ præbent, quod Computistæ Accensionem Lunæ dicunt, non autem ea, quæ Nouilunium Astronomicum uno die, plus minus, subsequitur, accideret sæpenumero, ut Sanctum Pascha celebraremus non solum Luna XIIII. hoc est, vno die ante plenilunium unâ cum Iudeis, & Quartadecimanis hæreticis, quod absurdum foret, uerum etiam interdum, quod esset absurdius, ante huiusmodi Lunam XIIII. Quod ita planum fieri potest.

**ACCIDAT** uerbi gratia Nouilunium medium in aliquo anno, ipso meridie octauæ diei Martij, ubi cyclo priquam Nouilunium Paschale statuit. Hoc posito, continget plenilunium medium die 23. Martij circa ortum Solis, nimirum Diebus 14. Hor. 18. Min. 22. Sec. 2. post mediam coniunctionem. Tot enim dies, horæ, horarumque fragmenta inter mediam coniunctionem, oppositionemque intercident necessario, ut ad initium huius libri scripsimus. Cum ergo Luna XIIII. illius Nouilunij ex cyclo cadat in diem 21. Martij, celebrabitur tunc Pascha die 22. Martij, si ea sit Dominica, die uidelicet integrò ante oppositionem mediam. Idem fermè absurdum eueniret, si Nouilunium medium, quod horis 12. ante meridiem eiusdem diei 8. Martij contingit, sumatur pro prima die Lunæ Paschalis. Nam illius plenilunium incidet in diem 22. Martij sub Solis occasum, ac propterea sequenti diei 23. adscribendum erit. Quare si tunc dies 22. esset Dominica, celebraretur iterum Pascha ante medium plenilunium. Neque verò incommodum hoc magis euitabitur, si dies Nouilunij veri dicatur prima dies Lunæ secundum cyclum. Cum enim ex calculo Astronomico constet, plenilunium uerum à uero Nouilunio posse distare diebus  $15\frac{1}{2}$ . eoque amplius, (Exemplum sit Nouilunium uerum mense Februario anni 1588. quod incidit in meridiem sere diei 26. Februarij, Plenilunium autem uerum in Diem 12. Martij Hor. 14. Min. 14. post meridiem.) Manifestum autem est,

Cur cyclo Epactarum in Calendario non ita distributus sit, ut Nouilunia eius plenique sequatur eorum primas uel ras ac medias uero (partes, ut Luna XIIII) uel ante eandem uno tantum die medias oppositiones, uel easdem incidant, uel eadem non longe post illas contingat

Nouilunium, & Accensio Lunæ apud Computistas idem.

Si Nouilunij cyclo non sequeretur coniunctionem, quæ in cyclo sit, sere Pascha celebraretur plenilunium.

interuallum utriusque complecti dies  $15\frac{1}{2}$ . & eò amplius, quòd tunc ob bissextum Februario tribuantur 29. dies: ) quis non uider, si rum Nouilunium uerum in meridiem diei 8. Martij incideret, Plenilunium uerum contingere Die 23. Hora 14. Min. 14. post meridiem, ac proinde, si tunc Dominicus dies caderet in 22. Martij, Pascha celebrari ante uerum plenilunium?

ALTERO hoc exemplo, quòd addam, eadem res magis illustratur. Anno 1588. Nouilunium uerum accidit Die 26. Martij, Hor. 14. Min. 49. post mer. hoc est, die 27. horis serè 9. ante meridiem, Plenilunium autem uerum die 11. Aprilis, hor. 1. post merid. Si igitur Epacta ij. illius anni apposta esset diei 27. Martij, quòd nonnulli contendunt, ut nimirum prima dies Nouilunij Paschalis ex cyclò inuenti a die ueri Nouilunij non discreparet, incideret Luna x1111. in diem 9. Aprilis, atque ideo sequenti die 10. cum is Dominicus sit, Pascha ex decretis Ecclesiasticis celebratum esset, hoc est, ante plenilunium uerum, quòd absurdum foret. Solerti igitur ac prudenti consilio Epacta ij. non ad diem 27. Martij, sed ad diem 29. adscripta est à nobis, nimirum ut prima eius Lunationis dies subsequatur diem 27. ueri Nouilunij.

Cor Epacta i Ca  
lendario non pro  
motæ sua facta  
suo die, ut citius  
Nouilunia indica  
rent, quam unis  
indictent.

QVOD si obijcias, Epactam illam diei 28. debuisse præfigi, non autem 29. diei, ut eius Nouilunium non duobus diebus, sed uno tantum a uero abesset: Respondeo, nulla ratione debuisse id fieri. Nam si ea Epacta de 29. die Martij in 28. migraret, promouendæ etiã essent omnes aliæ Epactæ sursum per unum diem, cum alio ordine describi nequeant in Calendario, quàm descriptæ nobis sunt, ut Lunationes consequantur alternis dierum 30. & 29. ut ratio postulat: quæ promorio si instituere tur, præcurrerent multarum Epactarum Nouilunia ueras coniunctiones per integrum diem, ut in sequenti tabula apparet.

Explicatio tabu  
le sequentis.

IN eius tabulæ prima columna descripti sunt anni Domini; in secunda, menses; in tertia, dies, horæ, & Minuta post meridiem; quibus Ephemerides Io. Antonij Magini Nouilunia uera exhibent; in quarta, Epactæ; in quinta denique Nouilunia ab illis Epactis, si per diem vnum promotæ essent, ostensa. Vbi liquidò constat, posteriora hæc Nouilunia prius indicari ab Epactis, quàm illa priora in celo contingant: Et quidem in annis quibusdam, ut 1598. mense Nouembri; 1599. Decembri; 1603. Aprilis; 1603. Iunio; 1615. Octobri; 1619. Februario; & 1619. mense Iunio, anticipationem hanc maiorem esse die integro: quòd esse per absurdum. Omnisimæ autem Nouilunia illa uera, quæ ipso meridie, vel vna, aut altera hora post meridiem sunt ipsè diebus, quibus ab Epactis ostenderentur, & ea duntaxat annouimus, quæ pluribus horis sequuntur Nouilunia Epactarum; & tamen, ut uides, in minori spatio, quàm 40. annorum, fierent 128. Nouilunia Epactarum, si per vnum diem promotæ essent, prius, quàm ueræ Lunarium coniunctiones in celo existerent, quòd esset contra uilum omnium nationum,

Anni Dñi.	Mēfes	Nouilunia vera ex Ephemeridi b <sup>o</sup> Magini.	Epact.	Nouilunia ex Epactis per annum del fignū per motū
		D. H. M.		
1582	Dec.	24.15.55	xxvi	24
1583	Ian.	23. 8. 0	vii	23
1583	Feb.	21.21.18	vii	21
1583	Mar.	23. 8.16	vii	23
1583	Apr.	21.17.15	vii	21
1583	Iun.	19. 6.24	vii	19
1583	Oct.	15. 4.53	vii	15
1583	Dec.	13.17.15	vii	13
1584	Ian.	12.12. 8	xviii	12
1584	Feb.	11. 5.31	xviii	10
1584	Apr.	10. 8.20	xviii	10
1585	Apr.	29. 6.33	xxix	29
1586	Apr.	18.12.13	x	18
1586	Iun.	16.14.31	x	16
1586	Aug.	14. 9. 9	x	14
1587	Apr.	7.12.56	xxi	7
1587	Mai.	7. 5.24	xxi	7
1587	Iun.	5.20.29	xxi	5
1587	Iul.	5.10. 1	xxi	5
1587	Aug.	3.21.55	xxi	3
1587	Sept.	2. 8.31	xxi	2
1587	Oct.	1.18.23	xxi	1
1587	Oct.	31. 4. 0	xxi	31
1587	Nou.	29.13.38	xxi	29
1589	Oct.	9. 3.26	xiii	9
1589	Dec.	7. 6.33	xiii	7
1590	Feb.	4. 4.11	xxiiii	4
1590	Sept.	28. 5.36	xxiiii	28
1590	Nou.	26.15.28	xxiiii	26
1590	Dec.	26. 6.20	xxiiii	26
1591	Feb.	23. 6.15	v	23
1591	Dec.	15.11.40	v	15

Anni Dñi.	Mēfes	Nouilunia vera ex Ephemeridi b <sup>o</sup> Magini.	Epact.	Nouilunia ex Epactis per annum del fignū pro motū.
		D. H. M.		
1592	Ian.	14. 4.34	xvi	14
1592	Feb.	12.19.11	xvi	12
1594	Apr.	20. 4. 3	viii	20
1595	Apr.	9. 7.44	xix	9
1595	Iun.	7.12.21	xix	7
1595	Aug.	5. 8.36	xix	5
1596	Feb.	27.15. 0	j	27
1596	Iun.	25. 6.49	j	25
1596	Aug.	23. 7. 5	j	23
1596	Oct.	21. 3.26	j	21
1597	Iun.	14. 8.40	xii	14
1597	Aug.	12.14.19	xii	12
1597	Sept.	11. 4. 0	xii	11
1597	Oct.	10.16.46	xii	10
1597	Nou.	9. 4.25	xii	9
1597	Dec.	8.15. 7	xii	8
1598	Feb.	5.11.19	xxiii	5
1598	Apr.	5. 9.10	xxiii	5
1598	Iun.	3.10.28	xxiii	3
1598	Aug.	1.15.55	xxiii	1
1598	Aug.	31. 7.39	xxiii	31
1598	Sept.	29.23.33	xxiii	29
1598	Oct.	29.14.39	xxiii	29
1598	Nou.	28. 4.29	xxiii	27
1598	Dec.	27.16.32	xxiii	27
1599	Ian.	26. 3.27	iiii	26
1599	Feb.	24.13.24	iiii	24
1599	Apr.	24. 8.14	iiii	24
1599	Iun.	22. 5. 8	iiii	22
1599	Aug.	20. 8.15	iiii	20
1599	Oct.	18.17.59	iiii	18
1599	Nou.	17.11.15	iiii	17

Anni Dñi.	Mēses	Nouilunia vera ex E- phemeridi b <sup>o</sup> Magini.	Epaēt.	Nouil- nia ex E- paētū per annū dñi mōti	Anni Dñi.	Mēses	Nouilunia vera ex E- phemeridi b <sup>o</sup> Magini.	Epaēt.	Nouil- nia ex E- paētū per annū dñi mōti
		D. H. M					D. H. M		
1599	Dec.	17. 3. 16	iiii	16	1615	Feb.	27. 6. 9	j	27
1600	Ian.	15. 17. 18	xv	15	1615	Apr.	27. 9. 14	j	27
1600	Feb.	14. 5. 9	xv	13	1615	Iun.	25. 15. 7	j	25
1600	Dec.	5. 6. 33	xv	5	1615	Iul.	25. 6. 17	j	25
1601	Mar.	4. 5. 35	xxvi	4	1615	Aug.	23. 21. 14	j	23
1602	Feb.	21. 13. 30	vii	21	1615	Sept.	22. 11. 32	j	22
1602	Mar.	23. 4. 19	vii	23	1615	Oct.	22. 0. 49	j	21
1602	Apr.	21. 6. 9	vii	21	1615	Nou.	20. 12. 52	j	20
1602	Iun.	19. 9. 8	vii	19	1615	Dec.	19. 23. 47	j	19
1603	Feb.	10. 14. 43	xviii	10	1616	Ian.	18. 9. 56	xii	18
1603	Mar.	12. 8. 51	xviii	12	1616	Feb.	16. 19. 57	xii	16
1603	Apr.	11. 0. 52	xviii	10	1616	Oct.	10. 7. 0	xii	10
1603	Mai.	10. 13. 56	xviii	10	1616	Dec.	8. 12. 50	xii	8
1603	Iun.	9. 8. 45	xviii	8	1617	Feb.	5. 12. 10	xxiii	5
1603	Iul.	8. 9. 3	xviii	8	1617	Apr.	5. 7. 2	xxiii	5
1603	Aug.	6. 16. 44	xviii	6	1617	Sept.	29. 7. 45	xxiii	29
1603	Oct.	4. 9. 1	xviii	4	1617	Nou.	27. 12. 8	xxiii	27
1603	Dec.	2. 7. 14	xviii	2	1617	Dec.	27. 11. 27	xxiii	27
1605	Iun.	16. 3. 10	x	16	1618	Feb.	24. 16. 3	iiii	24
1606	Iun.	5. 4. 18	xxi	5	1618	Apr.	24. 8. 10	iiii	24
1606	Aug.	3. 10. 30	xxi	3	1618	Dec.	16. 14. 22	iiii	16
1606	Oct.	1. 14. 25	xxi	1	1619	Ian.	15. 8. 27	xv	15
1606	Nou.	29. 14. 7	xxi	29	1619	Feb.	14. 0. 34	xv	13
1607	Aug.	22. 3. 7	ii	22	1619	Mar.	15. 13. 50	xv	15
1607	Oct.	20. 11. 6	ii	20	1619	Apr.	14. 0. 30	xv	13
1607	Dec.	18. 15. 9	ii	18	1619	Mai.	13. 9. 0	xv	13
1608	Feb.	15. 12. 51	xiii	15	1619	Iun.	11. 16. 22	xv	11
1609	Feb.	4. 3. 42	xxiiii	4	1619	Aug.	9. 7. 24	xv	9
1610	Feb.	23. 3. 30	v	23	1619	Oct.	7. 5. 14	xv	7
1611	Feb.	12. 9. 2	xvi	12	1619	Dec.	5. 13. 56	xv	5
1611	Apr.	12. 14. 29	xvi	12	1620	Ian.	4. 8. 57	xxvi	4
1611	Iun.	10. 9. 14	xvi	10	1620	Feb.	3. 4. 1	xxvi	3

rum, apud quas Cyclos Lunaris fuit in usu. Non igitur Epactæ promouendæ sunt per vnum diem factum, ac proinde Epacta ij. recte ad diem 29. Martij, non autem ad 28. adscripta est.

EADEM absurda consequerentur, si quis, relicta Epactis in Calendario, vt eas descripsimus, tabulam æquationis aliter institueret, nimirum præfigendo anno 1582. post correctionem, literam E, maiusculam, ut in tabula expansa aureso numero 12. anni 1588. responderet Epacta iij. in linea, cui litera E, maiuscula adscripta est, quæ quidem Epacta in Calendario superior est vno die, quàm Epacta ij. Eadem, inquam, absurda consequerentur, quia tunc Nouilunia ab Epactis vno item die citius monstrarentur, non secus, ac si promotæ essent Epactæ per vnum diem. Recte igitur in æquationis tabula literam D, maiusculam anno 1582. post decem dierum exemptionem apposuimus, non autem litera E, maiusculam, ne Nouilunia in Calendario prius, quàm oportet, ab Epactis indicentur. Eodem modo confirmabimus, alias literas alijs annis in tabula æquationis congruenter esse præfixas, ne, si aliter æquatio institueretur, Nouilunia Epactarum in Nouilunia uera incidant, uel ea antecédant, sed potius subsequantur, ut Lunæ XIIII. Paschales semper, quoad eius fieri potest, plenilunia media præueniant vno tantum die.

R V R V S non expedire, ut Nouilunia, cycli coniunctionibus medijs, aut ueris congruant, sed magis ex vsu Ecclesiastico esse, ut eas subsequantur, planè docere nos potest cyclos aerei numeri olim Calendario inscriptus. Hic enim cum circa tempora Concilij Niceni Nouilunia indicare ipsidem prope diebus, quibus in celo fiebant, factum est, ut frequentissime tunc Pascha in XIIII. Lunam inciderit, hoc est, ante mediam oppositionem celebratum fuerit, contra eiusdem Concilij decreta. Id quod ex tabella subiecta manifestum est.

Anni Dñi.	Aurei num.	Litere Dñic.	Pascha	Oppositio nes mediæ Paschales
				D. H. M.
323	1	B	6. Apr.	6. 22. 45
326	4	B	3. Apr.	3. 13. 54
330	8	D	19. Apr.	19. 2. 37
346	5	E	23. Mar.	23. 15. 16
350	9	G	8. Apr.	8. 5. 58
370	10	C	28. Mar.	28. 5. 19
394	15	A	2. Apr.	2. 5. 23
441	5	E	23. Mar.	23. 1. 08
475	1	E	6. Apr.	6. 11. 4
495	2	A	26. Mar.	26. 12. 25

In tabula æquationis Epactarum litera D, maiusculi recte appositum esse anno 1582. post correctionem, non autem litera E, maiusculam.

In tabula æquationis Epactarum litera E, maiusculi recte appositum esse anno 1582. post correctionem, non autem litera D, maiusculam.

Pascha circa tempora Concilij Niceni frequenter incidit in Lunam XIIII. propterea qd Nouilunia ipsidem diebus ab aere in certo mensuratur.

Appludin tabel  
la superioris.

IN prima columna notati sunt anni, quibus Pascha ante plenilunium celebratum est, aut certe non post, sed ijs diebus, quæ plenilunia habent aliquot horis post meridiem: In secunda columna continentur aurei numeri illis annis currentes: In tertia, literæ Dominicales; In quarta, dies Paschæ: In quinta demique oppositiones mediæ Paschales. Vbi vides errorem hunc spatio 173. annorum in 10. annis admittum esse; vt mirandum non sit, tot adhuc discordias in Paschæ celebratione post Concilium Nicænum extitisse inter Orientalem, & Occidentalem Ecclesiam, vsque ad Iustiniani Imperatoris tempora, quâdo Calendario inscriptus est Cycclus aurei numeri à Dionysio Abbate, quo tempore iam aurei numeri rectius Nouilunia, & XIIII. Paschales, monstrabant, quàm Nicæni Concilij temporibus, hoc est, tardius quàm, in cælo fiebant.

Males errores  
Pascha vera, si  
pascha citius  
Nouilunia indicat,  
quam ex præc  
pro anni Calen  
darij iudicij, præ  
ferunt an. 1598.

HVC accedit, quod nisi Nouilunia Epactarum subsequerentur conjunctiones Luminarium eo modo, quo ab Epactis, adhibita æquationis tabula, in Calendario ostenduntur, insignes, & intolerabiles errores sæpissimè contingerent in celebratione Paschæ. Cuius rei euidētissimum exemplum est annus 1598. quem Mæstlinus, & nonnulli alij in medium adducunt, vt ostendant, Epactas non exhibere legitimas XIIII. Paschales. Nam si ex sententia eorum, qui putant, Nouilunia per Epactas tardius, quàm res ferat, indicari, Epactæ singulæ per singulos dies sursum promouerentur, uel (quod idem est) æquationis tabula ita institueretur, ut pro linea literæ D, maiusculæ in tabula expansa assumi iuberetur linea literæ E, maiusculæ, incideret Nouilunium Paschale illius anni in diem 5. Aprilis, vbi collocata tunc esset Epacta XXIIII. eiusdem anni, si illa Epactarum promotio fieret, vel vbi Epacta XXIIII. ponitur, quæ eodem anno Nouilunia indicaret, si æquationis tabula aliter construeretur, ita vt annus 1582. post correctionē, præfixam haberet literam E, maiusculam, non autem D, maiusculam. Antecedens enim Nouilunium, quod incideret tum in 7. diem Martij, Paschale non esset, cum extraterminos Paschales cadat, vt ex ijs constat, quæ Capite 1. superioris libri scripsimus. Hoc concesso, celebraretur Pascha die 19. Aprilis, hoc est, Dominica prima post XIIII. Lunam, quæ tunc in diem 18. incideret. Cum ergo eo anno oppositio media fiat Die 20. Hor. 9. Min. 20. post merid. verum autem plenilunium Die 20. Hor. 22. Min. 39. post merid. præiret solennitas Paschæ plenilunium tum uerum, tum medium, duobus fermè diebus, quod sacris Canonibus, & Concilij sacrosancti. Idemque demonstrari potest, alijs nonnullis annis accidere.

NE igitur tam frædi, ac turpes errores in tantâ celebritate admittantur, optimo consilio sic dispositæ sunt Epactæ in Calendario, sicque earum æquatio instituta, ut Epacta anni 1598. sit XXIIII. ad diem 8. Martij posita. Ita enim Nouilunium Paschale tunc incidit in 8. diem Martij, eiusque dies XXI. in diem 21. ac proinde Pascha sequenti die 22. quæ Dominica est, celebrabitur, nimirum Luna xv. quæ in oppositionem

Pascha non 1598.  
ritè celebrari  
piter pro anno Ca  
lendarij, cetera Mæ  
stlini. Io. Anton.  
Magnum, & alios  
nonnullos.



fitionem mediam tum incidit, cum ea fiat Die 21. Hor. 20. Min. 36. post  
 mer. hoc est, Die 22. Hor. 4. serè ante mer. Neque uerò obstat, quo mi-  
 nus rite tunc Pascha celebretur, quòd plenilunium uerum contingat.  
 Die 22. Hor. 9. post mer. Ecclesia enim in hoc negotio ueros motus  
 mediis postponit, ut Cap. 1111. libri primi ostendimus: Vt mirer  
 quidnam in mentem uenerit Io. Antonio Magino Mathematico no-  
 stræ ætatis alioquin præstantissimo, eo anno in suis Ephemeridibus  
 reijcere Pascha in 29. diem Martij, propter illam oppositionem uerâ.  
 Si enim Nouilunium illud Martij est Paschale, ut uere est, etiam ipso  
 teste, quod quidem Epacta xxij. die 8. Martij exhibet, eiusque diem  
 xiiij. die 21. non potest Ecclesia, si Conciliorum, Patrumque decretis  
 stare uelit, & diurnæ consuetudini, non celebrare Pascha die 22. cū  
 is sit Dominicus dies proxime Lunam xiiii. quam Cyclus exhibet,  
 insequens. Neque enim unquam legimus, eam Pascha post Lunam  
 xv. si ea in Dominicam incidat, in aliam hebdomadam, uidelicet in  
 quartam, atque adeo in Lunam xxii. discessisse, cum hoc decretis Eccle-  
 siæ repugnet. Neque uero in sui defensionem dicere potest, Eccle-  
 siam debere Nouilunium illud in diem 9. Martij reijcere, ut eius dies  
 xiiii. in 22. Martij incidere, hoc est, in diem Dominicum, ac proinde  
 Pascha in Dominicum diem insequentem, id est, in diem 29. transfer-  
 retur. Hoc, inquam, dicere non potest, quia tunc uel Epacta xxiii.  
 cum omnibus aliis, per unum diem deorsum promouenda essent, uel  
 (quod idem est) pro Epacta xxiii. assumenda Epacta xxii. atque idcir-  
 cò anno 1582. in tabula æquationis litera C, maiuscula præsigenda.  
 quod absurdum est, cum hac ratione Nouilunia Cycli nimis serò con-  
 iunctiones caelestes subsequerentur: quippe cum plerisque uideantur  
 ab Epactis, ut in Calendario nouo digestæ sunt, serius, quam oporteat,  
 monstrari. Quid ergo dicerent, si per diem integrum adhuc postpo-  
 nerentur? Constat ergo, Pascha anno 1598. ex usu Ecclesiæ, rite cele-  
 brari die 22. Martij, & nulla ratione, ut uult Maginus, differendum  
 esse in diem 29. Hunc ego sanè lapsum doctissimi uiri libentissime  
 dissimularem, præsertim cum ab Ecclesiæ præscripto per impruden-  
 tiam magis, quam per contumaciam nonnihil recesserit; nisi eius  
 auctoritas tum alios multos, tum uerò ipsam Meselinum, in frau-  
 dem impulisset.

Q. V. Æ. cum ita sint, quis iure incusare nos, aut reprehendere au-  
 debit, nisi qui consuetudinis Ecclesiasticæ in Cyclorum usu prorsus sit  
 ignarus, quòd Nouilunia per Epactas inquirenda Nouiluniis per Astro-  
 nomicas tabulas inuenitis postposuimus; ne uidelicet in eum, quem  
 diximus, errorem; toties incurreremus, hoc est, tam sæpe Pascha an-  
 te oppositionem mediam celebraremus, ut temporibus Concilij Nicæ-  
 ni usui ueniebat? præsertim cum nec sic effugere omnino potuerimus,  
 quin & Cyclus noster Epactarum Pascha interdum ante oppositionem  
 penè mediam licet rarò admodum id fiat, & ad summum in spatio 3000.

Maginus ad usum  
 Pascha ann. 1598  
 in suis Ephemer-  
 idibus reijcere ex  
 die 29. Martij in  
 diem 29.

Sciendū Nouilunia Epactarū in Calendario ut plurimū postponuntur, multa tamen caelestibus Nouiluniis adhaerent.

annorum semel, aut bis) offerat celebrandum, & plurimā Nouilunia per eundem Cyclum in Calendario monstrata cum caelestibus Nouilunijs consentiant, videlicet omnia illa, quae supra ante coniunctiones veras futura esse diximus, si Epactae singulae per singulos dies versus mensum initia promoueantur. Certo si quis tam seuerus iudex Epactarum esse velit, reputare secum debet, nullum Cyclum in Calendario descriptum omnia posse incommoda vitare, ut nimirum eius Nouilunia neque à Nouilunijs caelestibus dissentiant, neque eius Lunae xv. oppositiones veras, aut medias interdum antecedant. Testis est aurei numeri Cycli sa. Concilio Niceno approbatus, qui dum circa eius Concilij tempora Nouilunia monstrabat, isdem ferme diebus, quibus in caelo fierent, saepenumero eius Luna XIIII. biduo oppositionem mediam praebat, ac propterea non raro Pascha ante oppositionem mediam celebrabatur, ut paulo ante diximus. Testis etiam est noster Cyclus Epactarum, qui dum cauere vult, ne eius Lunae XIIII. biduo medias oppositiones praerueniant, indicat plerumque Nouilunia coniunctionibus caelestibus posteriora.

Nulli cyclū partē caelestibus motibus plane respondere, ob varias causas.

MVLTA autem cause sunt, cur nullus Cyclus motibus caelestibus penitus respondere possit. Primum quia in Lunationibus cycli, quae dierum 30. & 29. alternis constituentur, non paucae horae negliguntur, cum media Lunatio qualibet non contineat dies ipsos 30. aut 29. sed Dies 29. & Horas ferme 12. Min. 44. Sec. 3. Ter. 11. Deinde, quoniam cum in Lunationibus Cycli nulla habeatur ratio dierum intercalarium in annis bissextilibus, fit, ut interdum Lunatio, quae deberet esse dierum tantum 29. contineat dies 30. immo quod maius est, Lunatio, quae dies complecti deberet 30. efficiatur dierum 31. Tertio, quia cum propter utriusque anni, Solaris ac Lunaris, æquationem, de vna linea Epactarum tabulae expansae ad aliam transeundum fit, fit, ut non parum magnitudines Lunationum Ianuarij, Februarijque immutentur. Quarto, quia media coniunctio Luminarium, cui Cyclus magis congruere debet, quam veræ, antecedere potest veram, & subsequi, horis prope modum 14. ut mirum videri non debeat, si Nouilunia Cycli a ueris coniunctionibus discrepent. Augeret hæc uarietas ex Meridianorum uarietate, propter quam eadem coniunctio, quae Romæ uerbi gratia ipso meridie fit, Orientalibus populis, pluribus horis post meridiem, Occidentalibus uero, ante meridiem eueniat, necesse est.

In anno bissextili Lunationes interduo complecti dicitur.

QV ANQVAM autem accidat interdum, ut diximus, Lunam XIIII. Paschalem secundum Epactas biduo ferme oppositionem mediam praercurrere, non tamen idcirco Nouilunia magis postponenda sunt uisa, tum quia nimis a caelestibus Nouilunijs distarent, & serius, quam par est, monstrarentur in Calendario, tum etiam, quia

quia admodum raro illa anticipatio Lunæ XIIII. contingit, eamque sæpenumero litera Dominicalis emendat; ita ut non semper eo in casu Pascha ante oppositionem mediam celebretur, propterea quòd Dominica in illam oppositionem non incidit, sed eam sequitur. Huc accedit, quòd Pascha, si magis postponerentur Nouilunium, non raro ultimo, siue duodecimo mense celebraretur. Fieri enim posset tunc, ut Plenilunium aliquod medium incideret in diem ipsum Æquinoctij, uel eum præiret, ac propterea Lunatio illa pertineret ad ultimum mensem, non autem ad primum, (quòd Plenilunium primi mensis subsequi debeat diem Æquinoctij: quippe cum Luna XIIII. eiusdem primi mensis, Plenilunium vno die antecedens, nunquam antea debeat Æquinoctij diem, ut supra docuimus.) quam tamen Cycli ita postpositus exhiberet Paschalem, nimirum quando eius Nouilunium contingeret die 8. Martij, & Luna XIIII. die 21. in ipso Æquinoctio. Quod quidem ex sola postpositione Nouiluniorum euenit. Hinc enim fit, ut Nouilunium medium, duobus diebus, & eò amplius, præueniens Neomaziam Cycli Paschalem, habere possit. saum Plenilunium in ipso die Æquinoctij, uel ante, ac proinde ultimo mensi tribuendum sit, quanquam Cycli Neomaziam illam primo mensi ascribat.

Nonnulli uicinis  
pudicis effice-  
re, ut Pascha elai  
uo mēse celebretur.

IAM uerò Nouilunia ex Cyclo inuenta debere potius subsequi coniunctiones Solis, ac Lunæ, quæ in cælo fiunt; quam eadem conitari, confirmari quoque possumus auctoritate grauissimorum scriptorum. Nam Beda venerabilis, vir hac in re exercitatissimus, in libro De Ratione temporum Cap. 41. asserit, Lunam non esse dicendam primam eo die, quò cum Sole coniungitur, sed die insequenti, quanquam 23. horis ante Solis occasum, quo apud ipsum dies incipit, coniunctio fiat. Vides ergo, Lunam dici posse primam secundum Cyclum, ex sententia Bedæ scriptoris de recta Paschæ celebratione diligentissimi, etiamsi prius Sol cum Luna coniunctus fuerit per diem integrum, & eò amplius. Idem præcipit Campanus in Computo Maiori Cap. xxviii. his uerbis.

*Lunam oportet dici primam non in ipso die coniunctionis eius cum Sole, sed in die proxime sequenti, cum iam principium incipit apparere.*

Vbi perspicue docet, Nouilunium Cycli per diem integrum subsequi debere coniunctionem Solis cum Luna. In eadem sententia plerique ueterum Patrum fuerunt, præcipue uerò Theophilus Alexandrinus Episcopus, cuius tantum in hoc negotio Paschæ apud Pontifices Romanos auctoritas ualuit, ut ex eius supputatione, ac præscripto, Ecclesia pluribus annis Pascha celebrarit, ut constat ex epistolis Magni illius Leonis Pape ad Martianum Imperatorem, & Eudoxiam Augustam. Hic autem Theophilus, ut refert S. Cyrillus, eius in Episcopatu successor, (ut testantur Paulus Middelpurgensis, Ioann. Stofferinus, & alij Computistæ) censuit Lunam

Beda Lunam ad  
dicendam esse pri-  
mam eo die, quo  
cum Sole coniun-  
gitur, cuius 23.  
horis ante occa-  
sum Solis, quo  
dies incipit, con-  
iunctio fit.

Campano Lunæ  
non esse dicendam  
primam ipso die  
coniunctionis, sed  
sequenti die.

Theophilo Alex-  
andrino, & S. Cyri-  
llo Lunam xiiiiij.  
cycli esse ei, qui  
ex tabulis Astro-  
nomicis est xviij.  
re si iunctio.

eam ex Cyclo, & vsu Ecclesie, appellandam esse XIII. quam alij ex tabulis Astronomicis XVI. à coniunctione vocabant: quam quidem sententiam totis viribus idem S. Cyrillus comprobare nititur. Ex quo satis apparet, eum non accepisse Lunam primam, ad celebrationem Pasche, eo die, quo cum Luna Sol coniungitur, sed duobus ferme diebus post. Itaque non infeliciter cum nostris Epactis actum est, cum ita distributę sint in Calendario, vt earum Nouilunia, ut plurimum, medias coniunctiones consequantur modo paucioribus horis, modo pluribus, ut natura Cycli fert, & constitutio illa alternarum Lunationum 30. & 29. dierum patitur: quandoquidem hac in re & veteres illos Patres imitati sumus, & ea dispositione Epactarum seruata, Pascha congruo magis tempore celebratur, ut constat ex iis, quę diximus.

AD extremum, non esse absurdum, neque nouum, aut inusitatum in Ecclesia DEI, primam dici Lunam, hoc est, primum diem mensis Lunaris, quando iam per diem integrum, & eo amplius, coniunctio Luminarium præcessit in celo, ita vt iam secunda esset dicenda illa Luna, vel secundus dies mensis Lunaris, facile sibi persuadebit, qui paulo accuratius considerauerit, in anno etiam Politico Solari diem illum interdum appellari primum, qui uerius ultimus dicendus esset in anno: Item in mensibus anni Solaris diem illum nonnunquam vocari vltimum mensis alicuius, qui re ipsa primus alterius insequentis mensis esse deberet: quod ita planum erit. Si ponamus Solem die primo, verbi gratia Ianuarij, anno post bissextum primo, ipso meridie esse in puncto quopiam certo Zodiaci, constat, post expletos 365. dies eum meridie eiusdem diei primi redire non posse ad idem punctum, sed post 6. ferè horas, quę in annis communibus negliguntur, ad illud reuersurum, sub occasum Solis: secundo uerò anno, post 12. ferè horas, circa median noctem sequentem: & tertio, post 18. horas, hoc est, sub ortum Solis secundi diei Ianuarij. Dies ergo iste secundus, rectius appellandus esset primus dies Ianuarij, quod Sol tunc periodum sui cursus absoluerit: cum tamen adhuc eum nominemus primum diem anni, qui uerius ultimus antecedentis anni censeretur deberet. Rursus, si statuamus, Solem primo die verbi gratia Martij, anno tertio post bissextum, hora 6. ante meridiem, hoc est, circa Solis ortum, tenere punctum aliquod certum in celo, efficitur, ut insequenti anno bis sextili, propter diem intercalarem additum, ad idem punctum redeat die ultimo Februarij, qui tunc 29. dies continet, non in ortu, sed 6. horis ferè post, id est, circa meridiem. Hic ergo ultimus dies Februarij merito tunc diceretur primus dies Martij, quod in eo Sol ad idem celi punctum redierit, in quo eum primo die Martij antecedentis anni collocaueramus; cum tamen adhuc eundem diem dicamus primum Martij, qui uerius secundus dicendus esset. Itaque,

ut

Merito Epactis  
noui Calendarij  
indicare Nouilia  
nis post consuetu-  
dines medias.

In anno Politico  
Solari diem illud  
interdum appellat,  
et primum, qui  
uerius esset vlti-  
mus alicuius, &  
est in illis annis  
qui dicitur aliam  
diei, in mensibus  
qui uerius dictus  
dies esset primus  
insequentis mensis.

3. ad ortum  
Solis  
et  
et

ut uides, cogimur interdum diem aliquem in anno Solari politico appellare primum, uel secundum, qui tamen a primo, uel secundo abest modo 6. horis. modo 12. modo 18. toleramusque huiusmodi errorem, donec expletis quatuor annis, per intercalationem unius diei corrigatur. Pari ergo ratione in anno Lunari Politico, propter horas, & horarum minutias in una Lunatione omisissas, & propter additium diem in anno bissextili, denique propter alias causas, cogitur Ecclesia pronuntiare interdum Lunam primam, quæ uerius secunda esset, toleratq; hunc errorem, donec per Embolifinos, & alias Lunæ æquationes compensetur.

VERVM antequam ad postremum caput huius libri ueniamus, in quo Mæstlini argumenta soluenda sunt, operæ pretium me facturum arbitror, si hoc loco rationem quandam simplicem, ac facilem proposuero, quæ sine magno labore quibus per Epactas Nouilunia, atque Plenilunia media possit inuestigare. Quæ quidem ratio, etsi non sit tam accurata, ut ea, quæ ex tabulis mediorum motuum depromitur, parum tamen a uero abest, atque in tabulis Prutenicis, & in tabulis Ioan. Antonij Magini traditur, diligenterque a Paulô Middelburgensi in sua Paulina describitur: ita ut ei tuto in hoc negotio Paschæ fidere possimus. Hac enim ratione fiet, ut in promptu habeamus mediam oppositionem Paschalem; quando opus erit, aut quando Cyclus Epactarum erit examinandus, rectène Lunam XIIII. Paschalem exhibeat, an non: Præsertim uero, quia proximo Capite plurimas oppositiones Paschales medias supputare cogemur, ad calumnias, cauillationesq; Mæstlini depellendas: quod & paulo ante in aureo numero Concilij Nicæni examinando factum est a nobis.

PRÆTER Epactas igitur, quæ adhuc declaratae sunt, oriunturque ex diebus, quibus Lunaris annus a Solari superatur, utroque anno per dies integros computato, neglectisque horis, earumque fragmentis, considerantur ab Astronomis aliæ Epactæ exquisitiores, in quibus nimirum horæ quoque, atque horarum fragmenta obseruantur, suntque dies, horæ, minutæque horarum; quæ in quolibet anno, uel etiam mense, ultra integras Lunationes medias supersunt, non expletes unam Lunationem mediam integram: quæ quidem Epactæ annorum, ac mensium dicuntur.

ITAQUE si annum Lunarem, hoc est, Dies 354. Hor. 8. Min. 48. Sec. 38. Ter. 12. ex anno Solari dierum 365. detrahatur, reliquæ sicut Epactæ unius anni communis, Dies 10. Hor. 15. Min. 11. Sec. 21. Ter. 48. Anni uerò bissextilis Epactæ erunt, Dies 11. Hor. 15. Min. 11. Sec. 21. Ter. 48. Hinc facile Epactas duorum annorum communium, trium, uel quatuor, &c. usque ad 100. conficies, per continuam additionem Epactarum unius anni, abiciendo tamen semper Lunationem integram, hoc est, Dies 29. Hor. 12. Min. 44. Sec. 3. Ter. 11. quando summa confecta maior est, & adden-

*Epactæ annorum, ac mensium, quæ.*

*Epactæ annorum ac mensium quæ ab isto colliguntur & in tabulis rediguntur, ad Nouilunia, plenilunia quæ inuestiganda.*

do insuper diem 1. annis bissextilibus, cuiusmodi sunt anni 4. 8. 12. 16. & reliqui, quos quaternarius numerat, ut vides in sequenti tabula 100. annorum expanforum esse factum.

EADEM ratione compones ex continua additione Epactarum 100. annorum Epactas 200. 300. 400. & consequentium annorum centenariorum, reiiciendo semper, quando fieri potest, integram Lunationem: quod cernitur in altera tabula annorum per 100. collectorum usque ad 4000. Verum singulis hisce Epactis annorum collectorum per 100. addita est Epoche CHRISTI, (vulgo Radix CHRISTI uocatur) quæ Magino auctore, continet Dies 16. Hor. 18. Min. 12. Sec. 30. Elegimus autem hanc potius radicem, quam eam, quæ in tabulis Prutenicis continet Dies 17. Hor. 5. Min. 27. Sec. 30. aut illam, quæ Paulus Middelburgensis ponit Dies 16. Hor. 16. Min. 41. Sec. 9. quoniam inter has duas media quodammodo est. Quod si quis extendere velit vterius hanc tabulam, adiciat continue Dies 25. Hor. 4. Min. 50. Sec. 3. reiiciendo semper Lunationem Dierum 29. Hor. 12. Min. 44. Sec. 3. Ter. 11. quando abiici potest.

RVRSVS si ex 31. diebus mensis Ianuarij demas Lunationem integram Dierum 29. Hor. 12. Min. 44. Sec. 3. Ter. 11. reliquæ fient Epactæ Ianuarij, Dies 1. Hor. 11. Min. 15. Sec. 56. Ter. 49. Quibus si addas dies insequentium mensium, abiiciendo item, quando fieri potest, integram Lunationem, & in anno bissextili tribuendo dies 29. Februario, conflabis Epactas omnium mensium tam anni communis, quam bissextilis, quemadmodum factum esse uides in duplici tabula mensium.

POSTREMO si a dimidiato mense Lunari Dierum 14. Hor. 18. Min. 22. Sec. 1. Ter. 36. per continuam additionem dimidiati mēsis progressiaris, nihil abiiciendo, donec ad quartam coniunctionem peruenias Dierum 118. Hor. 2. Min. 56. Sec. 13. ut in apposita tabella cernere licet, quam Astronomi Tabulam reuolutionum Nouiluniorum, Pleniluniorumque appellant, compositæ erunt tabulæ, quibus facili negotio & Nouilunia, & Plenilunia media supputabuntur, ut mox dicemus. Satis est autem peruenire ad quartam cōiunctionem, quia summa subtrahenda ex his reuolutionibus nunquam maior esse potest, quam numerus huius quartæ coniunctionis. In omnibus porrò istis tabulis, quas ex Ioann. Antonio Magino huc transtulimus, neglecta sunt Minuta Tertia, ita tamen, ut in compositione tabularum, quando plura Tertia in summa fuerunt quam 30. assumptum sit 1. Secundum.





SEQVVTVR  
TABVLAE AD NOVILVNIA,  
pleniluniaque calculanda.



Anni seu Regni	Epaçtæ				Anni seu Regni	Epaçtæ				Anni seu Regni	Epaçtæ			
	D	H	M	S		D	H	M	S		D	H	M	S
1	10	15	11	22	43	24	6	7	53	85	9	8	20	20
2	21	6	22	44	44	6	8	35	12	86	19	23	31	43
3	2	8	50	2	45	16	23	46	33	87	1	1	59	1
4	14	0	1	24	46	27	14	57	55	88	12	17	10	23
5	24	15	12	46	47	8	17	25	14	89	23	8	21	45
6	5	17	40	5	48	20	8	36	36	90	4	10	49	4
7	16	8	51	27	49	1	11	3	55	91	15	2	0	26
8	28	0	2	49	50	12	2	15	16	92	26	17	11	47
9	9	2	30	7	51	22	17	26	38	93	7	19	39	6
10	19	17	41	29	52	4	19	53	57	94	18	10	50	28
11	0	20	8	48	53	15	11	5	19	95	29	2	1	50
12	12	11	20	10	54	26	2	16	41	96	11	4	29	9
13	23	2	31	32	55	7	4	43	59	97	21	19	40	30
14	4	4	58	50	56	18	19	55	21	98	2	22	7	49
15	14	20	10	12	57	29	11	6	43	99	13	13	19	11
16	26	11	21	34	58	10	13	34	2	100	25	4	30	33
17	7	13	48	53	59	21	4	45	24					
18	8	5	0	15	60	3	7	12	42					
19	18	20	11	37	61	13	22	24	4					
20	10	22	38	55	62	24	13	35	26					
21	21	13	50	17	63	5	16	2	45					
22	2	16	17	36	64	17	7	14	7					
23	13	7	28	58	65	27	22	25	29					
24	24	22	40	20	66	9	0	52	47					
25	6	1	7	38	67	19	16	4	9					
26	16	16	19	0	68	1	18	31	28					
27	27	7	30	22	69	12	9	42	50					
28	9	9	17	41	70	23	0	54	12					
29	20	1	9	2	71	4	3	21	30					
30	1	3	36	21	72	15	18	32	52					
31	11	18	47	13	73	26	9	44	14					
32	23	9	59	5	74	7	12	11	33					
33	4	12	26	24	75	18	3	22	55					
34	15	3	37	45	76	0	5	50	13					
35	25	18	48	7	77	10	21	1	35					
36	7	21	16	26	78	21	12	12	57					
37	18	12	27	48	79	2	14	40	16					
38	29	3	39	10	80	14	5	51	38					
39	10	6	6	18	81	24	21	3	0					
40	21	21	17	50	82	5	23	30	18					
41	2	23	45	9	83	16	14	41	40					
42	13	14	56	31	84	28	5	53	2					

Revolutions Nouiluniorum, Pleniluniorūq;				
	D	H	M	S
opp.	14	18	22	2
con.	29	12	44	3
opp.	44	7	6	5
con.	59	1	28	6
opp.	73	19	50	8
con.	88	44	12	10
opp.	103	8	34	13
con.	118	2	56	13

Anni colle- cti per 100.	Radix Christi				Anni colle- cti per 100.	Epactæ				Anni cõmunis	Epactæ			
	D   H   M   S					D   H   M   S					D   H   M   S			
	16	18	12	50		16	18	12	50		Menses			
100	12	7	59	0	2500	26	7	31	6	Jan.	1	11	15	57
200	8	1	45	30	2600	21	23	17	36	Feb.	29	11	15	57
300	3	17	31	59	2700	17	15	4	5	Mar.	1	9	47	50
400	28	22	2	32	2800	13	6	50	35	Apr.	1	21	3	47
500	24	13	49	2	2900	8	22	37	5	Mat.	3	8	19	44
600	20	5	35	32	3000	4	14	23	35	Iun.	3	19	35	41
700	15	21	22	1	3100	0	6	10	5	Iul.	5	6	51	38
800	11	13	8	31	3200	25	10	40	38	Aug.	6	18	7	35
900	7	4	55	0	3300	21	3	27	8	Sept.	7	5	23	31
1000	1	20	41	31	3400	16	18	13	37	Oct.	8	16	39	28
1100	28	1	12	3	3500	12	10	0	7	Nou.	9	3	55	25
1200	23	16	58	33	3600	8	1	46	37	Dec.	10	15	11	22
1300	19	8	45	3	3700	3	17	32	7	Anni Bissext.				
1400	15	0	51	33	3800	28	22	2	40	Epactæ				
1500	10	16	18	2	3900	24	13	49	10	Menses				
1600	6	8	4	32	4000	20	5	35	40	Jan.	1	11	15	57
1700	1	23	51	2						Feb.	0	22	31	54
1800	27	4	21	35						Mar.	2	9	47	50
1900	22	10	8	4						Apr.	2	21	3	47
2000	18	11	54	34						Mat.	4	8	19	44
2100	14	3	41	4						Iun.	4	19	35	41
2200	9	19	27	34						Iul.	6	6	51	38
2300	5	11	14	3						Aug.	7	18	7	35
2400	1	3	0	33						Sept.	8	5	23	31
										Oct.	9	16	39	28
										Nou.	10	3	55	25
										Dec.	11	15	11	22

Que ratio Ne  
lunia, Plenil-  
niaque media ex  
tabulis Epactarū  
congruunt.

VSVS autem propofitarum tabularum ad Nouilunia media, Pleni-  
luniaque inquirenda est eiuſmodi. Colligantur in unam ſummam  
Epactę annorum per 100. collectorum, qui elapſi ſunt, & Epactę annorū  
expañſorum, qui etiam completi ſunt, ac denique Epactę menſis, qui il-  
lum, cuius Nouilunium medium, aut plenilunium queritur, antecedit,  
ut in tabulis Aſtronomicis fieri ſolet. Summa deinde hæc ex nume-  
ro Coniunctionum, prope ſyllabam Con. aut Oppoſitionum, iuxta  
ſyllabam Opp. proxime maiore in tabula reuolutionum, reiiciatur, pro-  
ut media coniunctio uel oppoſitio inquiretur. Reliquus enim nume-  
rus dabit tempus coniunctionis, oppoſitioniſve quaſitę.

EXEMPLI cauſa. Sit inueſtigandum Nouilunium menſis Se-  
ptembris anno 1723. Epactę annorum 1700. ſunt Dies 1. Hor. 23. Min.  
51. Sec. 2. Epactę uerò annorū 22. completorum ſunt Dies 2. Hor. 16.  
Min. 17. Sec. 36. Epactę denique menſis Auguſti completi anni commu-  
nis ſunt Dies 6. Hor. 18. Min. 7. Sec. 35. ut ex ſuperioribus tabulis pater.  
Quę efficiunt ſummam Dierum 11. Hor. 10. Min. 16. Sec. 13. Hęc ſūma  
ablata ex proxime minore numero coniunctionum hoc eſt, ex Dieb. 29.  
Hor. 12. Min. 44. Sec. 3. relinquit Dies 18. Hor. 2. Min. 27. Sec. 50. & ad-  
ditis diebus 11. qui exempti erunt uſque ad illud tempus ex anno  
( ſemper enim adijciēdi ſunt dies exempti propter æquationem quinq̄  
diſſij ) ſunt Dies 29. Hor. 2. Min. 27. Sec. 50. Medium ergo Nouiluniū  
incidit in Diem 29. Septembris, Hor. 2. Min. 27. Sec. 50. poſt mer. ut in  
hiſce formulis apparet.

D.	H.	M.	S.		D.	H.	M.	S.
1	23	51	2		29	12	44	3
2	16	17	36		11	10	16	13
6	18	7	35		18	2	27	50
11	10	16	13		11			
					29	2	27	50

QVOD ſi ex hoc tempore auferas tempus unius Lunationis me-  
dię, adiectis prius diebus 31. antecedentis menſis Auguſti, quia abie-  
ctio fieri nequit, reliquum erit tempus antecedentis Nouilunij medię,  
quod fiet menſe Auguſto, Die 30. Hor. 13. Min. 43. Sec. 47. Si autem ei-  
dem illi tempori inuento adicias tempus Lunationis unius medię, &  
ex ſumma auferas dies 30. menſis Septembris, reperies Nouilunium  
inſequens fieri menſe Octobri, Die 28. Hor. 15. Min. 11. Sec. 53. Ac  
uerò ſi ex tempore cuiuſlibet Nouilunij demas ſemiſſem menſis Luna-  
ris, id eſt, Dies 14. Hor. 18. Min. 22. Sec. 2. uel eidem addas, reperies tē-  
pus

pus plenilunij medij antecedentis, vel insequentis. Itā reperies plenilunium mense Septembri fieri Die 14. Hor. 8. Min. 5. Sec. 48. Octobri uerò, Die 13. Hor. 20. Min. 49. Sec. 52. Verum memento, semper adiciendos esse dies antecedentis mensis, quando subtractio fieri nequit et item auferendos esse dies mensis propositi, si summa collecta excedat dies illius mensis.

**SIT** rursus inueniendum plenilunium medium Paschale mense Martio, uel Aprili anni 2673. Dito mense Martio, uel Aprili, quia nondum constat, quo mense Plenilunium Paschale futurum sit. Cum annis 2600. accipe Epactas Die. 21. Hor. 23. Min. 17. Sec. 36. At cum annis 72. completis, Epactas Die. 15. Hor. 18. Min. 32. Sec. 52. Et cum Februario elapso anni communis Epactas Die. 29. Hor. 11. Min. 15. Sec. 57. quarum summa est Die. 67. Hor. 5. Min. 6. Sec. 25. qua summa ablata ex numero oppositionum proxime maiore, nimirum ex Dieb. 73. Hor. 19. Min. 50. Sec. 8. remanent Dies 6. Hor. 14. Min. 43. Sec. 43. Et additis diebus 18. qui ad illud tempus usque ablati erunt, fiet oppositio media Paschalis mense Martio, Die 24. Hor. 14. Min. 43. Sec. 043. quæ insequenti diei 25. adscribenda erit, in quem cadet tunc Luna xiiij. Epactas xix. quæ cum aureo numero 14. concurrat.

**QVOD** si loco Februarij, cum Martio anni communis accepisses Epactas Diei 1. Hor. 9. Min. 47. Sec. 50. effecisses summam Die. 39. Hor. 3. Min. 38. Sec. 18. quæ dempta ex Dieb. 44. Hor. 7. Min. 61. Sec. 5. (qui numerus oppositionum proxime maior est) relinqueret Dies 5. Hor. 3. Min. 27. Sec. 47. Et additis diebus 18. qui detracti erunt ex anno, fieri Plenilunium mense Aprili, Die 23. Hor. 3. Min. 27. Sec. 47. quod Paschale non est, cum consequatur dies 19. Aprilis, quo clauduntur plenilunia media Paschalia. At si ergo, ab illo (adicietis prius diebus 31. mensis Martij antecedentis) Lunationem integram, inueniesque Plenilunium Paschale mense Martio fieri Die 24. Hor. 14. Min. 43. Sec. 44. ferme, ut prius.

**PRAETEREA** querendum sit Plenilunium medium Paschale mense Martio, uel Aprili anni 1592. Cum annis 1500. sume Epactas Die. 10. Hor. 16. Min. 18. Sec. 2. Cum annis uerò 92. completis Epactas Die. 13. Hor. 2. Min. 0. Sec. 26. Et cum Februario elapso anni bissextilis, Epactas Die. 0. Hor. 12. Min. 31. Sec. 34. quæ summam conficiunt Die. 26. Hor. 16. Min. 50. Sec. 22. Hac summa subtracta ex proxime maiori numero oppositionum, hoc est, ex Dieb. 44. Hor. 7. Min. 6. Sec. 5. & additis decem diebus ex anno demptis, fiet Plenilunium medium Paschale mense Martio Die 27. Hor. 14. Min. 15. Sec. 43. hoc est, die 28. in quem etiam incidit Luna xiiij. Epactæ xvj. cum aureo numero 16. concurrentis.

**QVOD** si pro Februarij, sumpsisses cum Martio anni bissextilis Epactas Die. 2. Hor. 9. Min. 47. Sec. 59. inuenisses Plenilunium mense Aprili Die 26. Hor. 2. Min. 59. Sec. 47. quod Paschale non est. Ablata igitur Lunatione integra, (adicietis prius diebus 31. mensis Martij antecedentis)

Min recedentis

cedentis, offeretur Plenilunium Paschale mense Martio Die 27.  
Hor. 14. Min. 15. Sec. 44. fermè, vt antea.

POSTREMO si velis scire Plenilunium medium Paschale mense Martio, uel Aprili anni 383. Cum annis 300 cape Epactas Dier. 31. Hor. 17. Min. 31. Sec. 59. At cum annis cõpletis 87. sũme Epactas Dier. 1. Hor. 1. Min. 59. Sec. 1. Ac denique cum Februatio anni bissextilis transacto Epactas Dier. 0. Hor. 22. Min. 31. Sec. 54. Summam omnium Dierum 5. Hor. 18. Min. 2. Sec. 54. detrahe ex proxime maiore numero Oppositionum, nimirum ex Dieb. 14. Hor. 18. Min. 22. Sec. 2. inueniesq; plenilunium quæsitum fieri mense Martio, Die 9. Hor. 0. Min. 19. Sec. 8. quod non potest esse Paschale; cum non sequatur diem 21. æquinoctio destinatum. Addita ergo integra Lunatione, sient Dies 38. Hor. 13. Min. 3. Sec. 11. & ablatis diebus 31. mensis Martij, continget illud Plenilunium mense Aprili, Die 7. Hor. 13. Min. 3. Sec. 11. hoc est, die 8. Cadit autem tunc Luna xiiij. aurei numeri 9. in diem 7. Aprilis, ut ratio postulat.

I A M uerò si loco Februarij accepisses cum Martio anni bissextilis, Epactas Dier. 2. Hor. 9. Min. 47. Sec. 50. inuenisses statim Plenilunium in Aprili, Die 7. Hor. 13. Min. 3. Sec. 12. idem serè, quod prius.

C Æ T E R V M si quæras, cur ad calculum adiciendi sint omnes dies exempti, siue omiſsi, cum tamen non semper per tot lines Epactarum factus sit descensus in tabula expansa, sciro hanc esse causam. Calculus Astronomicus exhibet Lunationes, si nullus dies esset ablati, ut uerè in celo contingunt, nulla habita ratione æquationis Lunæ: quippe cum calculus ipse Lunam per se æquet, & æquatio Lunæ solum ad corrigendum Cyclum decennouennalem adhibeatur. Quare si usque ad exemptis, quo calculus instituitur, aliquot dies, ob æquinoctij æquatione, exempti sint, accident Lunationes toti dem diebus ferius: quandoquidè in calculo illi iisdem dies assumpti fuerunt. Necessario ergo addendi sũt omnes dies exempti, ut Lunationes in propriis dies incidant.

ARGVMENTA MÆSTLINI AD VERSVS  
Nouilunia, Quartasdecimas Paschales, & æquationem tam Epactarum, quàm Cycli Solaris noui Calendarij, eorumq; confutationes.

CAP. VII.



Solutio argumenti  
pocm Mæstlini,  
& aliorum contra  
Nouilunia cycli  
Epactarum noui  
Calendarij.

X ijs, quæ proximo Capite scripsimus, nullo omnino negotio omnia argumenta non solum Mæstlini, uerum etiam aliorum, quæ contra Nouilunia Calendarij noui excogitata sunt, uel excogitari possunt, dissoluuntur. Omnia enim id solum efficunt, Nouilunia ex Epactis nostris inuenta, ueris aut medijs Nouilunijs non omni-



no congruere, sed hæc, ut plurimum, ante illa contingere: quod nos sponte, atque vltro damus, causamq; cur id necessario ita fieri debeat, superiori Capite aperuimus: ut non opus sit, (ut inepte, atque in falsè iocans uociferatur Mestlinus) nos Mathematicos Calendarij huius Patres, uel Patronos accurrere, & huic languido nostro clienti ferre suppetitias. Calendarium enim hoc nouum rectissime se habere in Nouilunijs ex vsu Ecclesiæ demonstrandis, clarissime superiori Capite ostendimus. Neque in hac Calendarij restauratione opus impossibile, ut falso putat, inoliti sumus, eò quod, nobis ipsis auctoribus, nullus cycclus possit omni ex parte motibus caelestibus respondere: nisi fortè dicere uelit, & a Iulio Cæsare, Alexandrinis, Concilio Nicæno, & ab omni antiquitate inanem laborem in cyclis Calendario inscribendis susceptum esse: quod esset summæ dementia. Quamquam enim Cycclus Nouilunia de industria propter rectam Paschæ celebrationem, postponit, nõ tamen a ueris ea longe abesse permittit; ut operæ pretium sit ea, etiam sic postposita, cognoscere: præsertim cum ex cyclo discamus, quot dies Luna plerumque habeat post coniunctionem ueram; ita ut quando Luna dicitur prima, secunda, tertia, quartadecima, &c. intelligamus diem fermè primum esse, secundum, tertium, quartumdecimum, &c. à coniunctione elapsum.

Cyclo Epochæ in Calendario mōstrare, quot dies plerumq; post cōiunctionem ueræ elapsi sūt.

QVOD uerò attinet ad Lunas xiiij. Paschales, ostendit se Mestlinus tam inscium, & ignarum consuetudinis Ecclesiasticæ, in summa arrogantiâ, & impudentiâ, ut pudeat me, qualiscumque sum, cum huiusmodi homine disputare. Nam ut demonstreret, nostras xiiij. Paschales erroneas esse ac falsas, & motibus caelestibus non congruere, coarctauit pag. 24. & 25. annos 70. ab anno 1500. usque ad annum 1700. quibus termini nostri Paschales uel uno die tantum medias oppositiones antecedunt, uel eas subsequuntur, ipso etiam teste: quæ quidem res cycli nostrum non modo non labefactat, uerum etiam uique eo confirmat, ut magnam ei gratiam, quocumque animo fecerit, debere fateamur; quandoquidem Cap. antecedenti abunde demonstraui, in Cyclo quolibet, ut recte terminos Paschales, siue Lunas xiiij. indicet, satis esse, ut eia numeri nunquam Lunam xiiij. Paschalem exhibeant biduo ante oppositionem mediam, sed uel uno die tantum, uel certe in ipsa media oppositione, aut paulo post. Ad quod in annis ab aduersario probatis prorsus seruatum cernitur.

Inscio Mestlinus, uti arguitur in xiiij. Paschales oppositas.

Argumentis Mestlini, uti arguitur in xiiij. Paschales conuincere cycli Epochæ poem, quod insensum.

CAETERUM in ea ipsa re turpiter lapsus est, & penè pueriliter, cum putat, Lunam xiiij. Paschalem a media oppositione non differre, ac proinde quotiescunque illa eum hac non congruit, errorem ex eius sententia in termino Paschali committi: quod inauditum est, ac nouum in DEI ecclesia, ut ex superiori Capite manifestum est. Sed quid mirum, si homo non modo rerum Ecclesiasticarum ignarus, sed etiam contradi cendi studio prouectus tam fœdè ruit, ac tam sæpe? Nihilò enim peritorem se præbet in hisce 7. annis, 1576. 1578. 1579. 1580. 1581. 1582. 1583. in quibus ita debacchatur, ut exclamet, nosmetipsos deridendos

Errat Mestlinus, uti esse oppositum in media, & Lunam xiiij.

nos prostituisse toti mundo, quod etiam in his annis, quibus hunc scelerem i sumus, & in lucem produximus, valde enormiter errauimus. Sed videat ipse, ne tanquam insanus sanos irridens omnibus deridendum sese prostituat, cum suae stultitiae testes colligens plane declaret, se ne primoribus quidem labris, quod dicitur, ea attingisse, quae Patres, & Concilia de rectae Paschae celebratione decreuerunt. Nam in his 7. annis Lunae xiiij. Paschales secundum nostras Epactas à Conciliorum decretis non dissentiunt, cum semper uel uno die medias oppositiones antecedant, uel cum illis congruant, uel denique paulo post eas occurrant, ut in hac tabella perspicuum est.

Anni Domini	Aurei numeri	Epactae	xiiii Paschales	Oppositiones mediae
				D H M
1576	19	xxix	14 Apr.	13. 1. 37
1578	2	xxii	22 Mar.	22. 19. 15
1579	3	iii	10 Apr.	10. 16. 47
1580	4	xiiii	30 Mar.	30. 1. 36
1581	5	xxv	18 Apr.	17. 23. 9
1582	6	vi	7 Apr.	7. 7. 57
1583	7	vii	6 Apr.	6. 16. 46

Thouuerantia  
Mæstlini, dum ea  
sua auct. corre-  
ctionem exami-  
nat, ut si ex illa  
fuerit 10. dies  
exempti.

NEC satis consideratus fuit (ut leuissime dicam) in 4. hisce annis, 1576. 1577. 1578. 1579. in quibus, ut ostenderet, Lunas xiiij. Paschales Epactarum longius a pleniluniis ueris distare, hoc est, biduo ea anteuertere, (quod tamen ad rem non facit, cum in hoc negotio motus medij spectandi sint, non ueri.) ita intentum animum habuit ad nouum Calendarium euertendum, ut instituti sui penè oblitus, & quidnam ageret, non considerans, plenilunia illorum supputauerit, perinde ac si ex illis 10. iam dies fuissent sublati, cum tamen annum correctionis antecedant: quod periculum est. Nam cum initium, seu radix exemptionis 10. dierum, constituatur in anno 1600. a quo in posterum æquatio quadringentesimo quoque anno adhibenda progreditur, non sunt auferendi 10. dies ex annis, qui correctionem nostram antecedunt, sed aliquid minus, praesertim ex annis, qui remotiores sunt ab anno 1600. cuiusmodi est annus 1511. Vnde mirum non esset, si xiiij. Paschalis huius anni non satis medio, aut uero Plenilunio responderet. Excerpti autem a Mæstlino ex illis annis dies 10. ex eo apparet, quod eius calculus locum non habet, nisi, quos dixi, dies pro exemptis habeantur; Id quod in hac tabella cernitur.

Anni Domini	Aurei numeri	Epactæ si exēpti fuisset 10. dies ex his annis	xiiii Paschales	Plenilunia media	Nouilunia vera secundum Mæstlinum.
				D H M	DIES
1511	11	xxi	23 Mar.	23. 22. 5	25 Mar.
1527	8	xviii	26 Mar.	26. 23. 57	28 Mar.
1571	14	xxiiii	18 Apr.	19. 4. 6	20 Apr.
1579	3	xxiii	21 Mar.	22. 4. 3	23 Mar.

Vbi vides, xiiii. Paschales die tantum vnico antequam media plenilunia, quod satis est ad rectam Paschæ celebrationem, vt sæpe diximus. Itaque etiam si malitiose 10. dies ex illis annis detraxerit, nihil tamen effecit, sed nostras xiiii. Paschales potius confirmavit. Quod si anni illi accipiantur ante correctionem Calendarij, hoc est, sine detractioe 10. dierum, vt par est, haberent sese eorum Epactæ, Lunæ xiiii. Paschales, & media plenilunia in nouo Calendario, vt in hac altera tabella continentur, in qua rursus cernis, legitimas esse xiiii. Paschales, ex præscripto concilij Nicæni: & quidem xiiii. Paschalem anni 1571. magis legitimam, quàm si 10. dies eximantur.

Anni Domini	Aurei numeri	Epactæ ante anni correctionem	xiiii Paschales	Plenilunia media
				D H M
1511	11	J	12 Apr.	12. 11. 19
1527	8	xxviii	15 Apr.	15. 12. 41
1571	14	iiii	9 Apr.	9. 4. 6
1579	3	iii	10 Apr.	10. 16. 48

DEINDE conatur ostendere, in nouo Calendario plurimorum annorum plenilunia Paschalia esse secundi mensis, cum tamen ea primo mensi adscribantur. Exemplum ponit in his annis, 1571. 1590. 1609. 1628. 1647. 1666. 1685. in quibus omnibus aureus numerus est 14. & Epacta xxiiii. quæ terminum Paschalem habet 18. Aprilis, si tamen ex anno 1571. cogitentur 10. dies exempti, (quod & supra fecit Mæstlinus) etsi ante correctionem sit ille annus, ac proinde terminum Paschalem, seu Lunam xiiii. habuerit non 18. sed 9. Aprilis. In his enim omnibus annis ait, calculum ex recentissimis

Argumentum Mæstlini, q̄ propter plurimum subiecti intercalationem ex quo quibusq; annis, pleaq; plenilunia Paschalia non Calendarij portentur ad secundum mensis.

bus erutum docere, Lunam xiiij. Paschalem ad mensem secundum pertinere: vbi nos omnes, qui huic correctioni interfuimus, non leuiter perstringit, quodd, vt falso putat, in nouis obseruationibus non fuerimus occupari, cum tamen, vt ait, diligens opera per nouas obseruationes examinata hic requiratur, propterea quod facillimus lapsus toto mense errare facit. Causam erroris reiicit in tabulam æquationis Epactarum, & in Lunationum, & æquinoctiorum in æqualem anticipationem, cum hæc citius vnum diem anticipent, quam illæ. Non enim intelligit, qui possit fieri, vt ab anno 1500. vsque ad 1700. exclusiue, aureus numerus 14. exhibens secundum tabulam æquationis Epactam xxiiij. reponat xiiij. Paschalem in 18. Aprilis, statuens eam ad primum mensem pertinere: ( In definiendo autem primo mense, incidit in pristinum errorem, appellans primum mensem eum, cuius Nouilunium æquinoctio verno proximum est, siue in præcedentes, siue sequentes dies numeretur: quod Cap. 1. superioris libri refutauimus) Ab anno verò 1700. vsque ad 1900. exclusiue idem aureus numerus 14. exhibens Epactam xxiiij. promoueat xiiij. Paschalem ex 18. Aprilis in 21. Martij, perinde ac si illa prior iam non amplius ad primum mensem pertinereat, sed ad secundum. Et multo crassiora absurda sequi affirmat annis insequentibus. Nam eodem modo ab anno 2200. vsque ad 2300. exclusiue, aureus numerus 17. exhibet secundam tabulam æquationis Epactam xxiiij. & xiiij. Paschalem in 18. Aprilis reiicit. Sed ab anno 2300. vsque ad 2400. exclusiue, aureus idem numerus 17. Epactam indicat xxiiij. ideoque terminum Paschæ die 21. Martij. Deinde ab anno 2400. ad 2500. usque exclusiue, idem aureus numerus 17. denuo exhibet Epactam xxiiij. terminumque Paschalem die 18. Aprilis, ut ante ab anno 2200. Itaque Calendarium nouum (inquit) ijs annis, quibus aureus numerus est 17. ab ann. 2200. usque ad 2300. exclusiue, censet mediam oppositionem in Martio factam ( Lunam xiiij. dicere debuit, in quo semper errat) semper præcessuram esse æquinoctium, ac proinde eam Paschalem esse non posse: sed ab anno 2300. ad 2400. exclusiue futurum, ut eadem oppositio media (id est, Luna xiiij.) cadat uel in æquinoctium, vel illud sequatur, atque idcirco non posse eam non esse Paschalem. Ab anno denique 2400. usque ad 2500. exclusiue, eandem rursus oppositionem median, (hoc est, Lunam xiiij.) antecessuram ingressum Solis in Arietē, atque adeo desinere eam esse Paschalem, quod ipsi uideretur falsum. Nam *Quomodo*, inquit, *possibile est, ut æquinoctium, cuius anticipatio semper est velocior anticipatione Lunationum, faciat plenilunium, (hoc est, Lunam xiiij.) quod terminus Paschalis esse cepit, mox iterum hoc officio priuetur? Hac res est profecto longe absurdissima, ut pote prorsus inaudita, & toti Astronomicæ certitudini, & veritati e diametro contraria, &c.*

Argumentum Mq  
Blun, q' multo rec  
mini Paschales

SIMILI ratione demonstrare nititur, multos terminos Paschales in nouo Calendario pertinere ad ultimum mensem, non autem ad pri-

primum, his uerbis: *Demonstratum est supra (si DEO placet) quod equinoctium uernum uerum possit à 21. Martij usque ad 27. recedere. Futurum ergo est, ut omne plenilunium (id est, omnis Luna x 1 1 1 1.) quod inter 21. & uerum diem ueri equinoctij post 21. sequentis incidit, à Calendario nouo pro termino Paschali habeatur. Verum talis oppositio, (- id est, talis Luna x 1 1 1 1.) tum non est primi mensis anni sequentis, sed ultimi precedentis anni.*

HIC sanè non fatis admirari possum Mæstlini arrogantiam, ne dicam, malitiam, qui dum maleuolo animo Calendarium nouum tollere uult de medio, accusat simul omnes totius orbis Mathematicos, qui uno ore fatentur, (quod etiam res ipsa loquitur) æquinocetium ad pristinam sedem non posse restitui, nisi per ablationem tot dierum ex anno aliquo, quòt diebus uersus initium mensis progressum esse compertum fuerit. At Mæstlinus ex nouo quodam genere Astronomorum reprehendit nouum Calendarium hoc etiam nomine, quod per omissionem diei intercalaris in quibusdam centesimis annis (quod est diem unum ex anno eximere) æquinocetium ad eum diem restituit, à quo recesserat. Cur tandem? Quia, inquit, ex hac diei ablatione sequitur, plenilunium, quod autem fuit Paschale, desinere mox esse Paschale; & quod ante non potuit esse Paschale, mox non posse non esse Paschale. Magnum uerò peccatum, quod ne committatur, nunquam æquinocetium in suam est sedem reuocandum, (quantumuis ad ea uersus mensis initium prolapsum sit) cum aliter reuocari nequeat. Egregium sanè Mathematicum, qui ut Calendarium nouum omnibus reddat suspectum, uel potius odiosum, tanquam innumeris absurditatibus, & atque multiplici falsitate refertum, omnem prorsus anni correctionem, quæcunque tandem excogitari potest, reiiciendam arbitretur, quippe cum in qualibet emendatione anni eximi oporteat aliquot dies, ut æquinocetium ad eum diem redeat, à quo discesserat: quod illi absurdum uideatur, & nulla ratione concedendum. Si enim hanc detractionem admitteret, profecto eam ob rem tãto impetu non ferretur in nouum Calendarium, quandoquidem ea concessa, sequatur necesse est, uelit noluit, (quod ipsi uideatur scelus inexpiabile) Lunam xiiii. quæ nunc, corrente certo aliquo Cycli numero, Paschalis est, mox post elisionem unius diei non amplius Paschalem futuram, & contra. Quod qua ratione fieri possit, docere eum hoc loco, si discere uult, quandoquidem se id ignorare fatetur, non grauabor. Audi igitur Mæstline.

QVOTIESCVNQVE de linea aliqua Epactarum tabulæ expansæ sit transitus ad lineam inferiorem, ut accidit necessario in centesimis annis non bissextilibus, quibus Luna tamen æquanda non sit, tunc si aureo alicui numero respondebat in priori linea Epacta xxiiij. erat Nouilunium illius aurei numeri Paschale 5. die Aprilis, ubi est ultimum Nouilunium Paschale: sed eiusdem aurei numeri Nouilunium 7. die Martij Paschale non erat. In posteriori autem linea Nouilunium eiusdem aurei numeri mensis Aprilis non erit amplius Paschale,

cum

noni C. f. d. n. g. queque ad ali-  
man metata.

Duo argumeta  
proxima, si que-  
quam ualerit, tol-  
lere à medio rem-  
nem æquinocetij  
restituere, an  
siq. et. restitua.

Solutio proxima  
cum dicitur argu-  
mentum. No. 10.

Quando se tran-  
sit de superiore  
hanc tabulæ ex-  
pansæ ad inferio-  
rem, Nouilunium  
Paschale quon-  
dam Aprilis deb-

ait esse Paschale,  
& Nouilunium ad  
Paschale superius  
die Martij incipit  
esse Paschale.

cum idem ille aureus numerus respondeat tunc Epactæ xxiiij. quæ Lunam xiiii. habet die 19. Aprilis, & Nouilunium die 6. Aprilis, extra terminos nimirum Paschales. Idem tamen aureus numerus habebit tunc Nouilunium Paschale mense Martio, quod Epacta xxiiij. ei respondens collocata sit ad diem 8. Martij, ubi initium est Paschaliū Nouiluniorum. Vides igitur, nisi fortè cæcus esse vis, Nouilunium illius aurei numeri Paschale esse mense Aprili, dum superior linea Epactarum est in vsu, desinere autem Paschale, quando inferior linea Epactarum vsurpatur? Item Nouilunium eiusdem aurei numeri mense Martio, dum prior linea Epactarum in vsu est, non esse Paschale, incipere autem Paschale esse, quando posterior linea Epactarum inseruit. Ratio quoque huius rei Astronomica perspicua est. Nam quando dies intercalaris in centesimo aliquo anno omittitur, si Luna non egeat tunc æquatione, descendunt omnia Nouilunia uno die in Calendario versus fines mensium. Quare Nouilunium, quod prius cadebat in 5. Aprilis, Paschale est, sed postea incidens in 6. Aprilis, Paschale esse definit. E contrario Nouilunium cadens prius in 7. Martij, Paschale nõ est, postea autem in 8. Martij incidens, Paschale fit.

Quædam hæc res  
de ratione li  
nea tabule expi  
ta ad superior  
Nouilunium Pa  
schale ostendit  
Martij desinit esse  
Paschale, & Nou  
ilunium non Pa  
schale sunt diei  
Aprili incipit ef  
se Paschale.

R V R S V S quotiescunque de aliqua linea Epactarum tabule expansæ ad superiorem lineam gradus sit, vt accidit necessario in annis ceterisimis bissextilibus, quibus Luna æquanda est, tunc si alicui aureo numero respondebat Epacta xxiiij. in linea superiori, erat Nouilunium illius aurei numeri Paschale die 8. Martij, ubi Nouilunia Paschalia incipiunt: sed eiusdem aurei numeri Nouilunium die 6. Aprilis Paschale non erat. In superiori autem linea, cum iam idem aureus numerus Epactam xxiiij. indicet, Nouilunium illius aurei numeri in 7. Martij incidens desinit esse Paschale, aliud uerò cadens in 5. Aprilis Paschale efficitur. Vbi rursum cernis, Nouilunium illius aurei numeri mense Martio esse Paschale, dum inferior linea in usu est; desinere autem ab hoc officio, quando superior linea assumitur. Item Nouilunium eiusdem aurei numeri mense Aprili non esse Paschale, quamdiu inferior linea vsurpatur, fieri autem Paschale, cum primum linea superior in vsu recipitur. Huius quoque rei ratio Astronomica, si queris, hæc est. Quando dies intercalaris in centesimo aliquo anno retinetur, & Luna æquanda est, ascendunt omnia Nouilunia vno die versus initia mensium in Calendario. Quamobrem Nouilunium cadens ante æquationem Lunæ in 8. Martij, Paschale est, & post æquationem in 7. Martij incidens, Paschale amplius esse non potest. Pari ratione Nouilunium ante eam æquationem cadens in 6. Aprilis, nullo modo Paschale est, & post æquationem eandem incidens in 5. Aprilis, Paschale efficitur. Non est ergo hæc res longè absurdissima, utpote prorsus inaudita, & toti Astronomiæ certitudini, & ueritati è diametro cõtraria, ut falso stemis, sed Astronomiæ præceptis ualde consentanea; ut tua incertitia hæc in re nullo modo excusari possit, quòd rem per se clarissimam intelligere te non posse fatearis.



PORRO verum non esse, in his 7. annis, 1571. 1590. 1609. 1628. 1647. 1666. 1685. a Mæstlino prolatis, Plenilunia, quæ in nouo Calendario Paschalia sunt mense Aprili, esse secundi mensis, & non primi, vt ille asserit, liquidò constat ex sequenti tabella, in qua peripicue cernitur, eorum Plenilunia media Martij non esse primi mensis, vt ipse perperam vult, sed ultimi, siue duodecimi; quippe quæ non subsequantur diem 21. Martij, in quo æquinoctium constituitur ab Ecclesia, sed eum potius antecedant; cum tamen plenilunia media Paschalia, siue primi mensis debeant æquinoctium subsequi, & Lunæ xiiij. Paschales ipsum diem æquinoctij nunquam præcurrere, ut ex iis, quæ ante diximus, manifestum est.

Plenilunia Paschalia in Aprili sequenda a Mæstlino censeri non esse secundi mensis, ut ipse statuit, sed ad primum pertinere.

Anni Domini	Aurei numeri	Epactæ	Oppositio- nes mediæ Martij
			D H M
1571	14	xxiiiij	20. 15. 22
1590	14	xxiiiij	20. 7. 54
1609	14	xxiiiij	20. 0. 27
1628	14	xxiiiij	19. 16. 59
1547	14	xxiiiij	20. 9. 32
1666	14	xxiiiij	20. 2. 4
1685	14	xxiiiij	19. 18. 37

NEQVE verò obstat, quod hæc Plenilunia ex Alphonsino calculo, æquinoctio sint posteriora, quia ex Prutenicis tabulis eadem priora sunt, ut Mæstlinus ipse fatetur. Immo verò quicquid sit de æquinoctio, siue ex Alphonsino calculo, siue Prutenico, nihil nostra interest, cum Ecclesia, posthabitis tabulis, æquinoctium uni diei assignat, nimirum 21. Martij, etsi quandoque in utramque partem nutet æquinoctiū, dummodo non longius ab eo discedat. Et sanè sæpenumero Ecclesiam respuere Lunationes nonnullas, tanquam non Paschales, eo solo nomine, quod earum Lunæ xiiij. diem 21. Martij æquinoctio assignatū præueniant, etsi re ipsa in æquinoctium incidant: Nonnullas item pro Paschalibus recipere, propterea quod eorum Lunæ xiiij. in diem 21. æquinoctij incidant, quanquam verè æquinoctium ipsum præcurrant, liquidò cernitur in annis bissextilibus, & ijs, qui a bissexto tertij sunt. In illis enim, quanquam æquinoctium diem 20. Martij attingat, rejicit tamen omnes Lunationes, quarum dies xiiij. in 20. Martij, hoc est, in æquinoctium cadunt; In his autem omnes Lunationes approbat, quarum Lunæ xiiij. incidunt in diem 21. licet in iis æquinoctium post diem 21. contingat. Id quod superiore etiam libro Cap. v. docuimus.

In his xiiij. primis mensis ab Ecclesia referri ad diem 21. Martij æquinoctio definiuntur, ut interdum ab eo die æquinoctio distet.

Referunt aliis  
calendariis 14  
dies ante Pascha  
14.

VERVM vt illud quoque appareat, aureum numerum 14. ab anno 1700. ad 1900. recte Lunationem Paschalem ex Aprili in Martium reijcere, (quod ipse concoquere non potest) atque aureum numerum 17. ab anno 2200. ad 2300. congruè eandem exhibere mense Aprili; ab anno verò 2300. ad 2400. mense Martio; & denique ab anno 2400. vsque ad 2500. eandem aprissime Aprii tribuere, calculauimus sequentes oppositiones medias: vbi apparet, media plenilunia aurei numeri 14. siue Epactæ xxiiij. mense Aprili ab anno 1700. ad 1900. non esse Paschalia, cum sequantur diem 19. post quem nul

Anni Domini	Aurei numeri	pactæ	Plenilunia media			Menses
			D	H	M	
1723	14	xxiii	19.	16.	26	Apr.
1742	14	xxiii	19.	8.	58	Apr.
1799	14	xxiii	19.	10.	35	Apr.
1818	14	xxiii	20.	3.	8	Apr.
1837	14	xxiii	19.	19.	40	Apr.
1875	14	xxiii	20.	4.	45	Apr.
1894	14	xxiii	19.	21.	18	Apr.
2201	17	xxiiii	20.	0.	23	Mar.
2220	17	xxiiii	19.	16.	55	Mar.
2239	17	xxiiii	20.	9.	37	Mar.
2258	17	xxiiii	20.	2.	0	Mar.
2277	17	xxiiii	19.	18.	32	Mar.
2296	17	xxiiii	19.	11.	5	Mar.
2315	17	xxiiii	19.	16.	21	Apr.
2334	17	xxiiii	19.	8.	54	Apr.
2372	17	xxiiii	20.	5.	15	Apr.
2391	17	xxiiii	19.	10.	31	Apr.
2410	17	xxiiii	20.	14.	19	Apr.
2429	17	xxiiii	20.	6.	52	Apr.
2448	17	xxiiii	19.	23.	24	Apr.
3467	17	xxiiii	20.	15.	57	Apr.
2486	17	xxiiii	20.	8.	29	Apr.

Ium plenilunium medium Paschale est, ne Pascha, quod interdum in diem 19. Aprilis cadit, ante plenilunium medium celebretur. Ab anno verò 2200. ad 2300. medias oppositiones mensis Martij, quan

do aureus numerus est 17. & Epacta xxiiij non esse Paschales, quòd non subsequantur diem 21. æquinoctio destinatum: Similiter oppositiones medias Aprilis ab anno 2300. ad 2400. quando aureus numerus 17. & Epacta xxiiij. concurrunt, Paschales non esse, quod diem 19. Aprilis subsequantur, quemadmodum ab anno 1700. ad 1900. Easdem denique mense Martio ab anno 2400. ad 2500. quòd aureus numerus 17. & Epacta xxiiij. concurrunt rursus non esse Paschales, quemadmodum neq. ab anno 2200. ad 2300. ob eam, quam ibi exposuimus, causam. Vt uel hinc colligi possit, Mæstlinum studio maledicendi potius, quàm veritatis amore inductum tam impudenter nouum Calendarium calumniari, quandoquidem in nostro Calendario nouo omnia profus seruantur, quæ à sacris Conciliis, & Patribus de Paschæ celebratione san- cita sunt.

Constat igitur, falsò asserere Mæstlinum, in nouo Calendario multa plenilunia adscribi primo mense in Aprili, quæ ad secundum verius pertineant.

QVOD autem dicit, æquinoctium à die 21. Martij usque ad 27. progressurum esse, ac proinde tunc temporis omnia plenilunia post diem 21. sed ante 27. contingentia, spectare ad vltimum, seu duodecimum anni mensem, quæ tamen in nouo Calendario mensi primo tribuuntur, plane diuinat, sed toto, ut dicitur, errat cælo. Neque enim secundum tabulas Prutenicas, quibus maximam ille fidem habet; æquinoctium ultra duos, aut tres dies, & paulo amplius, à 21. Martij recedere potest, etiam spatio 20000. annorum, vt Capite vj. superioris libri ostendimus. Quod si contingat, æquinoctium diem 21. Martij subsequi, atque idcirco Lunationem aliquam sumi pro Paschali, quæ suam xiiij. ante æquinoctium habeat; uel si accidat, æquinoctium præire diem 21. Martij, ac proinde Lunationem aliquam, cuius xiiij. in æquinoctium incidat, uel ipsum sequatur, non censeri Paschalem, cum tamen ad primum mensem pertineat; id vitio vertendum non est Ecclesiæ, quæ in hoc negotio, posthabitis veris mouibus, & mediis, æquabile quiddam sequitur, & uniforme, quod a uero non longe ab sit, ita ut incòmodum illud nulla ratione vitari possit, vt fusius libro 1. explicauimus.

INDE Mæstlinus armâ conuertit in tabulam æquationis Epactarum, quam tamen, ueritate cogente, aliqua ex parte laudat, atque commendat, ueluti, quæ magno labore constiterit, & nonnullo artificio sit constructa, & satis pulchra, ut ait, phantasia condita: & quidem non immeritò, cum in ea omisio tridui quolibet spatio 400. annorum, propter æquinoctiorum anticipationem, cum æquatione Lunæ trecentesimo quoque anno adhibenda, propter Lunationem ascensum, ita consentiat, ut perpetuò inter se congruere cernantur annus Solaris, ac Lunaris; ipsaque ratio æquationis cuiunque anni Solaris magnitudinè possit accommodari, ut diximus. Et sanè non dubito, quin maiore laude eam dignam iudicaturus esset, si eius radicem, quam nos non temerè, nec casu, sed re maturè con-

Falsum est, uerum  
non diem 21. die  
Martij, sed 17. post  
se recedere, ut  
Mæstlinus ait.

siderata, anno Domini 550. affiximus, cognouisset. Neque vero si eam intellexisset, aut tam audacter reprehendere, aut tam sēde corrigere, uel corrumpere potius, æquationem pro annis ante correctionem relictissime institutam, ausus esset, cum aliter tabula æquationis cōstrui nequeat, quàm a nobis constructa est, vt ex Cap. 4. manifestum est.

SED vt temeritas, atq; inscitia Mæstlini in hoc æquationis Epactarū negotio omnibus pateat, examinabimus paulò diligentius ea, quæ hæc de re scripsit in suo Examine. Postquam ergo tabellam Cycli Epactarū perpetuam proposuit, in qua tamen fatetur se nō posse intelligere, quid mysterij lateat in Epacta 25. diuersi coloris, characterisve, & cur literæ alphabeti non scriptæ sint supra Epactas aureo numero 1. respōdentes, sed potius supra Epactas, quæ aureo numero 3. respondent; (Vtriusque rei causam nos supra Cap. 3. & 4. attulimus.) conatur construere tabulā æquationis, eandemq; corrigere, vel potius corrumpere, ut sequitur, proposita prius ea tabula æquationis, vt in Calendario nouo descriptu r: in qua tamen, & in alijs ab eo confectis, posuimus signum hoc ☉. quando Luna æquatione indiget, quemadmodum & supra in tabula æquationis Epactarum tabulæ expansæ fecimus.

TABVLA AEQVATIONIS CYCLI PERPETUI in Calendario nouo posita.

Anni Dñi				Anni Dñi				Anni Dñi			
N	1			A	2200			q	3600	Biss.	☉
P	320	Biss.		u	2300			p	3700		
P	500	Biss.		A	2400	Biss.	☉	n	3800		
a	800	Biss.	☉	u	2500			n	3900		☉
b	1100	Biss.	☉	t	2600			n	4000	Biss.	
c	1400	Biss.	☉	r	2700		☉	m	4100		
Deductis 10. Diebus				t	2800	Biss.		l	4200		
D	1582			f	2900			l	4300		☉☉
D	1600	Biss.		f	3000		☉	l	4400	Biss.	
C	1700			r	3100			k	4500		
C	1800		☉☉	r	3200	Biss.		k	4600		☉
B	1900			r	3300		☉	i	4700		
B	2000	Biss.		q	3400			i	4800	Biss.	
B	2100		☉	p	3500			i	4900		☉

QVONIAM ergo (inquit Mæstlinus) ex auctoris sententia illæ Epactæ, quarum index est D, congruunt annis a 1600. ad 1700. vt supra dictum est, idcō anno 1600. præfigitur Epactarum index litera D. Verum anno 1700. dies intercalaris abijciuntur, quiescente Lunatione, ipsius enim

enim anticipatio diem nondum compleuit: idcirco omnes Lunationes vno die sunt posteriores; ut cum intra 1600. & 1700. omnes anni, quorum aureus numerus est 3. haberent Epactam xxij. hoc est, cum in Calendario nouo, ubicunque est Epacta xxij. Luna in illis annis eo die fieret noua, seu cum in tabula Paschali, qua paulo post sequetur, Epacta xxij. ostenderet in illis annis terminum Paschalem in 21. Martij: hoc idem post reiectam bissextilem diem anni 1700. continget die mox sequente, qua Epacta est xxij. Idcirco aureus numerus 3. habebitum Epactam xxij. Huius autem index in tabula Epactarum est C. Igitur C. litera praefigitur anno 1700. Quod de annis, quorum aureus numerus est 3. dicitur, hoc idem de reliquis omnibus est accipiendum: Placuit autem loco omnium reliquorum exempli loco eligere aureum numerum 3. propterea quod auctor huic superimposuit literam indicem, ut antea monui.

DEINDE anno 1800. eliditur vnus intercalaris dies, & ibidem simul Lunationis anticipatio diem absoluit. Igitur facta mutua compensatione, Cyclus Epactarum hoc centenariis non interruptitur, sed index C. hic etiam permanet.

PRAETEREA anno 1900. idem accidit, quod anno 1700. Vnde aureus numerus 3. transit ad Epactam xxi. cuius index est B.

ITERVM anno 2000. & 2100. Cyclus hic non interruptitur. In illo enim quiescit & Lunatio, & dies intercalaris, in hoc autem similis ratio est, qua anno 1800. Quare index B. per 300. annos in officio monstranda aequationis Epactarum retinetur.

RVRSVS annus 2200. & 2300. conuenit cum anno 1700. quare aureus numerus 3. descendit in illo anno ad Epactam xx. in hoc ad xix. litera autem indicem ibi habens A. hic u.

AT anno 2400. postquam Lunatio denuo diem anticipando consumasset, intercalaris dici nulla sit omissio; ideo Lunatio in aureo numero ex xix. denuo ascendit in xx. Epactam, & indicem A. denuo consequitur. Sic etiam de reliquis est sentiendum. Simili enim via inuenta sunt singulae literae indices post annum 1582. correctionis. Nec etiam aliud subtilius tabulae huius fundamentum est, quanquam auctor id studiosè (ne dicam malitiosè) occultauit.

QVID vero de reliquis annis sit sentiendum, qui annum 1582. correctionis praecedunt, auctor sanè satis intricatè proposuit: si quis tamen paulò diligentius examinaret, facile colligere poterit, quibus vsus fuerit fundamentis, & quo in loco haberi mereantur.

EX literis indicantibus aequationem Epactarum, quas auctor in tabula proxima praeposuit annis praecedentibus annum 1582. animaduertere licet, quod à principio annorum Christi, usque ad annum 320. ascripserit aureo numero 3. Epactam xxix. litera enim index est N: sed ab anno 320. usque ad 800. ascribuerit eidem Epactam xxx. quam ipse asterisco \* notat. Item quod annis ab 800. vsque ad 1100. eidem aureo numero 3. concesserit Epactam j. & inde ad 1400. Epactam ij. & rursus à 1400. ad 1582. Epactam iij. quam post correctionem permutauit in xxij. Et quod

de hoc aureo numero 3. moneo, idem de reliquis correspondentibus intelligitur, quemadmodum paulò ante dixi. Igitur hoc toto tempore Lunationes paulatim anticipare statuuntur. Ergo Cyclum Epactarum huic tempori correctum adhibet, æquinoctiorum verò anticipationem omittit, sicut sequens tabella indicat.

TABVLA AEQVATIONIS EPACTARVM  
expansã, quam noui Calendarij auctor in annis ante correctionem contraxit.

N	0	Biss.	☉	P	700	Biss.	☉	C	1400	Biss.	☉
N	100	Biss.		a	800	Biss.	☉	c	1500	Biss.	
N	200	Biss.		a	900	Biss.		Detractis 10. Diebus			
P	300	Biss.	☉	a	1000	Biss.		D	1582		
P	400	Biss.		b	1100	Biss.	☉	D	1600	Biss.	
P	500	Biss.		b	1200	Biss.		C	1700		
P	600	Biss.		b	1300	Biss.		C	1800		☉

HAC tabula, qua iuxta sententiam auctoris ex proximè precedente tabella producta est, videre licet, in quo pretio totum hoc opus habendum sit. Nam primo quidem, quo modo computus auctoris congruat cum calculo Astronomico, docent Lunationum aequationes inter annum 1400. & 1800. & in precedente tabula inter annum 3900. & 4300. Dicitur est paulò ante, quòd Lunationum anticipatio pro vno die postulet 304. annos, quorum gratia aequationes, distribuenda tantum per centenarios annos, exigant aliquando non solummodo 300. sed 400. annos. Verum huiusmodi periodus exigit vicies quinquies trecentenos annos: Nam 4. illi anni accedentes annis 300. non complent quartum centesimum annum, nisi vicies quinquies coaruerunt. Sed auctor huiusmodi aequationem partitur tantum per vicies quinquies centenos annos, videlicet ab anno 1600. ad 4100. quod profecto calculo Astronomico planè contrarium est, nec ullam excusationem, aut a falsitate absolutionem ferre potest.

DEINDE hunc vitiosum calculum, ne ex imprudentia commissus pueretur, auctorem non pudet alio magis vitioso compensare, & in veritatem Astronomicam data opera grauius impingere. Ipse enim pro aequatione Lunationum ab anno 300. (vel 320) vsque ad 800. hoc est, annis 500. reponit unicum tantum diem anticipationis. Quae res longè omnium absurdissima



suma, & in Astronomia falsissima est. Nam contingere quidem interdum potest, sicut modo dictum est, ut propter 4. annos adhaerentes annis 300. Lunationum anticipatio ad unum diem absolvendum postulet annos 400. sed ad 500. annos talis numeratio nunquam extendi potest. Et praesertim eius loci non est, huiusmodi aequationem ultra 300. annos interserere. Annus enim 800. ab anno 1400. ubi quarti huius centenary aequatio interposita est, abest tantummodo 600. annis: quod spatium nimis procul à periodo huius aequationis, qua est, vicies quinquies trecenteni anni, distat. Nec possibile est, errorem hunc fuisse auctori incognitum: nimis crassus enim & palpabilis est. Causa autem, quare à manifesta veritate discedere voluit auctor, haud dubio, haec est, quòd nimirum ipse singulari studio attendit ad aurum numerum visitatum, ideòq; Epactas suas omni modo reluctantes, capillis attrahendo adegit, ut cum aureo numero tempore Nicani Concily concordarent. Hoc autem fieri non potuit, nisi enormi hoc solacijmo commisso. Maluit ergo suos numeros aureo numero (quem non animadvertit, Lunationibus illius seculi nequaquam satisfacere) esse congruos, quam cum calculo Astronomico consentire. Ecce haec sunt fundamenta tabulae, quae praeter reliquis omnibus numeris, & tabulis totius nouae reformationis, est maxime artificiosa.

QVOD si vero auctor hanc Lunationum anticipationem continuasset eodem stylo, quo antea, per annos 300. aliam profecto litteram aequationis Epactarum indicem sub tempore Nicani Concily inuenisset, sicut hac tabula sequente patet.

TABVLA AEQVATIONIS EPACTARVM, QVALIS ab auctore noui Calendarij conficienda fuisset ad annos correctionem praecedentes.

Anni Dñi			Anni Dñi			Anni Dñi		
M	0	Biss.	P	700	Biss.	c	1400	Biss.
M	100	Biss.	a	800	Biss.	c	1500	Biss.
N	200	Biss.	a	900	Biss.	Detractis 10. diebus		
N	300	Biss.	a	1000	Biss.	D	1582	
N	400	Biss.	b	1100	Biss.	D	1600	Biss.
P	500	Biss.	b	1200	Biss.	C	1700	
P	600	Biss.	b	1300	Biss.	C	1800	

HAC tabula annis Concily Nicani congruit littera index Epactarum, non P, sed N.

ET ut nugatorius, & inanis calculus totius tabula huius ab auctore nomi Calendarij confecta melius pateat, considerabimus eam, adhibita correctione etiam æquinoctiorum, quemadmodum Cap. 1. factum: siquidem huius correctionis, seu noui Calendarij fundamentum omne, atque adeo prima origo, à Concilio Nicano dependet. Indicem igitur literam illius seculi sequens tabula ostendit.

TABVLA AEOVATIONIS CYCLI EPACTARUM ad annos præteritos, qua correctio tam Lunationum, quam æquinoctiorum eodem modo obseruatur, quo in futuro tempore obseruanda ab auctore noui Calendarij traditur.

	Anni Dñi				Anni Dñi				Anni Dñi		
P	0	Biss.		G	700			E	1400		☉
N	100			H	800	Biss.	☉	D	1500		
N	200		☉	G	900			D	1600	Biss.	
M	300			F	1000			C	1700		
M	400	Biss.		F	1100		☉	C	1800		☉ ☉
M	500		☉	F	1200	Biss.		B	1900		
H	600			E	1300			B	2000	Biss.	

HIC rursus animaduertere potestis vos Mathematici, noui Calendarij Patroni, quid certitudinis subisti vestro Calendario. Seculo Nicani Concilij videtis ex hac postrema tabula, iuxta correctionem noui Calendarij obseruatam tam in æquinoctiorum, quam Lunationum anticipatione, congruere indicem Epactarum literam M. Sed ex proximè precedente tabula, qua Lunationum correctio tantum retinetur, videtis eidem seculo deberi literam indicem N. At auctor Calendarij, ut vobis falso imponat, contra proprium suum calculum & intentum, vobis obrudit literam P. Habetis ergo ad eosdem annos, verbi gratia, quorum aureus numerus est 3. tres Epactas, videlicet propter literam indicem æquationis M, Epactam xxviij. Propter literam N, Epactam xxix. & propter literam P, Epactam xxx. que \* asterisco notatur. Sed cur hoc reprehendo? Gratulabor potius vobis de abundantia Calendarij vestri. Si enim triplici calculo hoc vnicuique tantum litera index offerretur, (quod alioqui in calculo Astronomico, quibus & omni Arithmetico fieri solet. Is enim utique variatur, nunquam tamen à seipso diuersus deprehenditur) forsitan non tam certi esse possentis de Nouiluniorum, vel de Pleniluniorum Paschaliū diebus determinandis.

*Nunc autem cum pro vno die ternos habeatis, vix fieri potest, vt à vero aberreritis. Attamen interim hinc patet, quòd noui Calendarij auctor in calculo Astronomico exquisitè examinando, & cum suis numeris confederando, non admodum defudarit. Vos ergo ipsi indicate, si auctor hæc non intellexit, dignumne sit, cuius auctoritati in reliquis quecumque tribuatur, idque propter prudendam, seu affectatam ignorantiam: sin conscius fuit horum, an non Divis sit deuouendus, quia & Pontifici uestro, et vobis omnibus suis affectis, & vniuerso Christianorum orbi, malitiosè fucum fecit?*

**HÆC** sunt, quæ aduersarius ad euertendam funditus tabulam æquationis Epactarum affert. Quod ergo ad eius explicationem tabulæ æquationis Epactarum attinet, quanquam sibi videatur rem penitus intellexisse, non tamen omnia assecutus est. Nam ob radicem nostræ æquationis ignoratam, quæ in anno Domini 550. constituta est à nobis, reddere causam nesciuit, cur æquatio Lunæ tum ex anno 1700. qui trecentis annis ab anno 1400. abest, quo proximè antecedens æquatio Lunæ facta est, in sequentem annum centesimum 1800. tum iterum ex anno 4200. qui etiam trecentis annis abest ab anno 3900. ubi proximè æquata fuit Luna, in centesimum annum sequentem 4300. a nobis reiecta sit. Cuius tamen rei causam Cap. 4. pluribus verbis exposuimus. Quòd autem dicit, auctorem æquationem in annis correctionem antecedentibus satis intricare proposuisse, & si quis paulo diligentius rem examinet, facile colligi posse, quibus auctor fundamentis vsus fuerit, & quo in loco haberi mereantur; nemo mirari debet, cum ipse fundamenta auctoris penitus ignorauerit; & propterea calculo Astronomico repugnare existimauerit æquationem tum ex anno 1700. in annum 1800. tum ex anno 4200. in annum 4300. reiectam; in quo planè fallitur. Exemplum sit annus 1723. inter annum 1700. & 1800. cuius Epacta, ex nostra æquatione, est xxij. eiciens xiiij. Paschalem in diem 21. Martij, paulo ante oppositionem meridiam, quæ incidit in diem 21. holarum ferè 4. post non. vt ratio postulat. At si Luna æquaretur anno 1700. vt vult Mæstlinus, & hæc æquatio non differretur in sequentem centesimum, vt à nobis fit, esset eo anno Epacta xxij. reponens suam xiiij. in 20. Martij, ante terminos à Patribus constitutos. Accipienda ergo esset Epacta xxiiij. in Aprilis, quæ xiiij. suam in 18. Aprilis reuocigaret, idcirco, si sequens dies 19. esset Dominicus, celebraretur Pascha ante plenilunium medium, quod eo anno in diem 19. Aprilis, & horam 16. post mer. incidit, nimirum paulo ante ortum Solis diei 20. quod absurdum foret. Eadem incommoda in plurius aliis annis consequerentur æquationem Mæstlini, quæ nostra æquatio facile vitat. Videat ergo Mæstlinus, quo ore, qua fronte dixerit, illam nostram æquationem calculo Astronomico repugnare, cum ipsius potius æquatio; quam instituit velles, & Astronomia, & S. Patrum decretis, (quod maius est) aduersetur, nostra vero cum utrisque mirificè congruat.

**MIROR** autem vehementer hoc loco, Mæstlinum adeò in Prutenicis tabulis, atque Alphonsinis, vt videri vult, uersatum, quippe qui

Mæstlinum non penitus intellexisse tabulæ æquationis Epactarum.

Acquisitione Calendarij noui iterum ad 1700. & 1800. Astronomia in calculo congruat, ob Mæstlinum.

Mællini error  
 occupatio. La  
 ex delectanda.

non modo diligenter, sed etiam curiosè omnia per tabulas examinare studeat, tam facile (nimirum solum, vt haberet, quo nostram illam æquationem carperet) in errorem inductum esse, vt cum vulgo crederet, Lunationes vnum diem anticipare spatio 304. annorum, atque idèd vicissim quinque trecentis annis completis, hoc est, post 7500. annos, in quibus 4. anni quibusuis 300. anni omisso numerum 100. annorum explent, æquationem Lunæ non faciendam esse anno trecentesimo, sed quadringentesimo. Quæ quidem in re Mællinus turpiter admodum lapsus est. Hoc enim manifestè omnibus tabulis Astronomicis, quas tantopere iactat, repugnat, in quibus vna Lunatio media statuitur Dierum 29, Hor. 12. Min. 44. Sec. 3. Ter. 11. fermè. Ex quo sequitur, Lunationes anticipare vnum diem annis ferè 312  $\frac{1}{2}$ . vt Cap. 1. huius lib. ostendimus: ita ut octies trecentis annis finitis, id est, post annos 2400. æquatio trecentesimo anno faciendâ in sequentem centesimum annum differatur; adeo vt tunc anno quadringentesimo fiat, quemadmodum à nobis in tabula æquationis facturatum est. Itaque quod ille falsò de nobis affirmat, verissimè de illo dici potest: nimirum ea, quæ hoc loco de Lunationibus docet, calculo Astronomico planè contraria esse, nec vllam excusationem, aut à falsitate absolutionem ferre posse. Rectè enim computus noster (quicquid ille dicat) cum calculo Astronomico congruit, appositeque instituta est à nobis æquatio inter annum 1400 & 1800. vt ex superiori exemplo anni 1723. patuit; itemque inter annum 3900. & 4300. cum Lunationum æquatione exigente, vtrobique æquatio ex anno trecentesimo in quadringentesimum reuocatur: quandoquidem anni 12  $\frac{1}{2}$ . trecentis quibusque annis omisso in summa 100. annorum tum excreuerant, vt Cap. 4. huius lib. demonstrauimus.

Deceptio pariter  
 Mællini, quæ  
 p. 220. in Calen  
 dario non 3 ab an  
 no 320. ad 800.  
 tribi anticipata e  
 si Lunæ vni di  
 spatio 500. anno  
 nam.

IN eo quoque penè pteriliter deceptus est aduersarius noster, quòd putauit nos existimasse, Lunationes ab anno 320. vsque ad annum 800. hoc est, spatio fermè 500. annorum, vnicum tantum diem anticipasse; propterea quòd vidit in tabula æquationis literam P, maiusculam indicem Epactarum ab anno 320. non mutari in literam a, minusculam, ante annum 800. ubi ait nos dara opera in veritatem Astronomicam grauius impingere, esseque rem hanc longè omnium absurdissimam, & in Astronomia falsissimam. Deceptus, inquam, est ille, nos autem hoc loco neque in Astronomiam quidquam commisimus, neque aliquid absurdi, aut falsi in Astronomiam inueximus. Rectè enim & necessario facta est hæc mutatio literæ P, maiusculæ in literam a, minusculam, anno 800. & non prius; cum ab anno 500. vbi ferè radicem æquationis figimus, (quod Mællinum omnino latuit) cum litera P, maiuscula, ob causam supra allaram, vsque ad annum 800. numerentur trecenti anni. Pudeat igitur Mællinum tam impudenter reprehendere, quòd non intelligit, desinatque tandem conuictis nos, & irrisionibus lacescere, quibus omnes paginae libri ipsius respersæ sunt, & quæ in eum magis, quam in nos conueniunt.

QVOD

**Q**UOD verò ait, si tabula æquationis ad anteriores annos continetur per 300. annos, annis Concilij Nicæni congruere literam N, maiusculam, non autem P, ut ex penultima eius tabella æquationis apparet, verum quidem est, cum Epactæ literæ N, maiusculæ rectius ex vsu Ecclesiæ Nouilunia, Pleniluniatque indicent, quàm Epactæ literæ P, maiusculæ, illis temporibus: sed ad rem non facit. Neque. n. in animo habuimus Nouilunia Concilij Nicæni emendare, sed indicare solum, quibus diebus eo tempore per aureos numeros monstrabantur: quod quidem per Epactas literæ P, maiusculæ accuratè præstatur, vt ex superioribus liquet. Rectius autem, quod ad usum Ecclesiæ spectat, Plenilunia Paschalia indicari per Epactas literæ N, maiusculæ, quàm per Epactas literæ P, maiusculæ annis Nicæni Concilij, liquiddò constabit ex tabella 19. annorum circa tempora Concilij Nicæni, quæ mox sequetur. Cum enim in ea Epactæ literæ P, maiusculæ exhibeant xiiij. Paschales toto ferè biduo ante oppositiones medias, quis dubitabit, Epactas literæ N, maiusculæ, quæ in Calendario unodie inferiores sunt, conuenientius easdem xiiij. Paschales demonstrare? Verum, vt diximus, hoc non euertit nostram æquationem, quam aureo numero Concilij Nicæni respondere, vt par erat, uoluimus, sed solum confirmat id, quod non semel professi sumus, aureos numeros Concilij Nicæni citius, quàm oporteret, Nouilunia, & ex his Lunas xiiij. Paschales indicasse: ac propterea radicem æquationis rectè ad annum 550. constitutam esse potius, quàm ad annos Concilij Nicæni. Quare iure optinio literam P, maiusculam anno 320. præfiximus, non autem N, maiusculam: ut nimirum Nouilunia Epactarum a Nouilunijs aureorum numerorum illius temporis non differreat. Sed videlicet Mestlinus, melior Grammaticus hoc loco, quàm Astronomus, cum hanc radicem nostræ æquationis prorsus ignorauerit, existimauit nos enormi hoc solécismo, ( Sic enim loquitur ) quo videlicet 500. annos anticipationi Lunæ vnus dies tribuimus, literam P, maiusculam ab anno 320. usque ad annum 800. non commutasse in literam a, minusculam: in quo tamen ipsemet eorum in Computo Ecclesiastico solécissimum commisit, non intelliges concordiam inter literam P, maiusculam, & annum tam 300. quàm 500. quippe cum, ut Cap. 4. ostendimus, utrique anno litera P, præfigenda sit, vt Nouilunia eadem habeantur, quibus Ecclesia Nicæni Concilij temporibus vsa est: quam tamen ipse concordiam perperam abrumperet, dum literam P, ab anno 300. amoueret, eiusque loco literam N, maiusculam subrogat, ut in penultima eius tabella æquationis cerne-

**P**OSTREMO falsissimum est, quod asserit, literam P, maiusculam neq; anno 500. neq; 300. rectè præfigi in Calendario nouo, sed utrique anno præfigendam esse literam M, maiusculam. Hoc enim solum sequitur ex Solaris anni æquatione annis correctionem antecedentibus importunè, ac temerè ab eo adhibita, quæ ante annum 1582. quo Calendarium restitutum est, nunquam fuit usurpatâ, neque vero adhiberi po-

Mestlinus fœdit  
 uelle, non  
 Concilij Nicæni  
 per  
 figuram fuisse  
 literam N, maius-  
 culam, non autem  
 P, maiusculam.

Mestlinus pro-  
 hibet æquatio-  
 nem anni Solaris  
 ad annos præteri-  
 tos, quæ non  
 sit, ut hanc  
 æquationis Epac-  
 tæ æquationis  
 Concilij Nicæni  
 loquatur.

resti Lunationes annorum præteritorū eo modo relinqui debeāt, quo  
 contigerunt, vt res ipsa exigat: propterea quod æquatio nostra anni So-  
 laris, sicut neque vlla alia, omni ex parte præteritis annis vsque ad tem-  
 pora Concilij Nicæni, respondere potest, vt superiori libro ostendimus:  
 vt importunè admodum adhibita sit à Mæstlino æquatio anni Solaris  
 annis præteritis, vt Nouilunia tempore Concilij Nicæni inquirat. Nam  
 vt intelligamus, quò in statu Lunationes ante correctionem fuerint, factis  
 est, vt habeatur ratio æquationis, quam Luna desiderat, nulla facta  
 prorsus mentione æquationis æquinoctiorum, cum nondum vllus dies,  
 ex anno exemptus sit, sed Lunationes tantum sua loca in Calendario an-  
 ticipauerint, retenta semper eadem anni magnitudine dierum 365. &  
 horarum 6. quam ante anni restitutionem Ecclesiam semper obseruasse  
 ceruimus, quanquam vere annus tantus non sit. Itaque etsi æquinoctiū  
 in præteritis annis sedem suam continuè mutauit, quia tamen per tabu-  
 lam æquationis Epactarum eius locum non querimus, sed solum dies  
 Nouiluniorum inuestigamus, satis est æquationem Lunæ diligenter ob-  
 seruare, vt a nobis factum est. Neque mouere nos debet, (quod fre-  
 quenter in ore habet Mæstlinus) calculum quemcunque Astronomicū  
 perinde in tempora præterita, atque in futura quadrare, si rectè institu-  
 tus sit. Nam cur nostra æquatio anni Solaris quadringentesimo quo-  
 que anno vsurpanda, non quadret omni ex parte præteritis annis vsque  
 ad Concilij Nicæni tempora, hoc est, cur non exhibeat nobis decem  
 omnino dies eximendos, quot ex anno 1582. simul exempti sunt, sed  
 9. duntaxat, satis supra expositum est à nobis Cap. 7. lib. 1. Et uero si  
 omnino congrueret, inueniretur tamen per æquinoctiorum æquationē  
 adhibitam, dies duntaxat æquinoctij quolibet anno præterito, sed Lun-  
 nationes interim, etiam ipsarum æquatione adhibita, mirum in modū  
 perturbarentur, ita vt Epactæ eas non indicare possent iisdem diebus,  
 quibus factæ sunt, sed quibus factæ fuissent, si vtriusque anni, Solaris ac  
 Lunar, æquatio fuisset adhibita, si tamen radix utriusque æquationis  
 in anno aliquo certo sigatur: quod etiam annis futuris accidit. Siue  
 enim æquatio anni Solaris æquinoctium ad diem 21. Martij conseruet  
 omnino, siue non conseruet, æquatio tamen Lunæ simul adhibita offert  
 Nouilunia illis diebus, quibus vere, quod ad Ecclesiæ usum attinet, con-  
 tingunt. Huc accedit, quòd cum anno 1582. decem dies simul exempti  
 sint, descensus factus est in tabula expansa per decem lineas Epactarū,  
 quòd totidem diebus Nouilunia, ob illam exemptionem, serius contin-  
 gant. At si æquatio anni Solaris accommodetur annis præteritis, vt  
 decem illi dies non simul, sed paulatim deuorentur, non propterea de-  
 cem linearum mutatio fiet in Epactis, cum non semper litera index mū-  
 tetur, quando dies intercalaris omittitur, sed interdum eadem litera  
 index retineatur, vt in vltima tabella æquationis ipsius Mæstlini contin-  
 git anno 500. 1100. 1400. quin etiam ad superiorem interdum literam  
 fiat regressus, ob diei intercalaris retentionem, & Lunæ æquationē tūc  
 adhibendam, vt in eadem tabella accidit anno 800.

Cur impossibile  
 sit, per vtriusque  
 anni æquationem  
 adhibita inueniri  
 re easdem Epactas,  
 quæ vere sunt  
 Concilij Nicæni  
 Nouilunia mon-  
 strabant.



SED vt experiamur, quo pacto Lunationes, et si per vltiusque anni equationem præteritis annis adhibita percurrerent, respondeant calculo Astronomico, figamus utriusque equationis radicem in anno 500. quando iam litera maiuscula P, rectius Nouiluniam, ex vsu Ecclesie, exhibebat, quam tempore Concilij Niceni, vt diximus. Quo posito, ita se habebit tabella equationis.

Annus	Annus	Annus
Dñi	Dñi	Dñi
P 500	M 900	G 1300
N 600	H 1000	G 1400
M 700	H 1100	F 1500
M 800	G 1200	E 1600

M H C

Propositus ergo sit annus 1589, cuius aureus numerus est 13. Epacta ex hac tabella, xv statuens, suam xiiij. Paschalem in 29. Martij: quo die media oppositio fit supra meridiem, si ratio 8. dierum intercalarium tunc omisso, ex præscripto huius tabelle, habeatur. Vbi manifestum est, Lunam xiiij. Paschalem cum Astronomico calculo congruere, siue æquatio anni Solaris æquinoctium ad diem 21. Martij conferret, siue in alium rejiciat diem, si modo æquatio Lunæ recte instituat. Demonstratio huiusce rei est hæc. Calculus ex tabulis Astronomicis offert oppositionem mediæ, vt verè in celo sit, si nullus dies intercalaris omisus sit. Si ergo ei calculo adijciantur dies ablati, per quo numerum Lunationes versus fines mensium descenderit, computetur media oppositio, congruens cum æquatione anni Solaris adhibita, siue vera, & exquisita, siue non vera. Quare si tunc Lunæ æquatio adhibeatur, (quæ rectè adhiberi nequit, nisi simul æquatio Solaris anni obliuiscatur, vt ex constructione tabule equationis Capitis aliquet.) vt cyclus decennouennalis æquetur, respondebit necessario Cyclus calculo Astronomico, si prius respondebat, antequam utraque æquatio in vsu erat. Vides ergo, Mæstline, fieri nullo modo posse, vt adhibita utriusque anni equatione annis præteritis, eadem illa litera index offeratur, quæ verè temporibus Niceni Concilij Epactas Nouiluniorum indices exhibebat. Rectè igitur tabula equationis Epactarum à nobis instituta est. Hanc si funditus conuellere vis, alijs profecto armis, quam quibus adhuc depugnasti, opus est. Illa enim, vt vides, nimis infirma sunt, ac prorsus plumbea. *Hic Rhodus, hic Salus.* Non est ergo, quodd obicias, auctorem noui Calendarij in calculo Astronomico exquisitè examinando non admodum defudasse; cum eius calculus ab Astronomico, vt ostendimus, non dissentiat. Hæc igitur (vt tuis te verbis alloquar) si

non

non intellexisti, tu ipse iudica, dignus ne sis, cuius auctoritati in reliquis quicquam tribuatur, idque propter pudendam, seu affectatam tuam ignorantiam: Sin conscius fuisti horum, an non exhibendus sis, (neque dicam te Diris deuouendum, quod tu auctori imprecaris) quia & Germaniique vniuersæ, & toti Christianorum orbi, malitiosè fucum facis?

V E R V M sit hoc tuz, in æquationis Epactarum negotio, impudentiæ, ac temeritatis, illud cuius siue malitiz, siue inficitiz est, quod obicitis, Epactas nostras iuxta literam P, maiusculam tabulæ expansæ non rectè indicare terminos Paschales tempore Concilij Niceni; cum nostræ Epactæ eisdem prorsus terminos, quos aurei numeri veteris Calenda-

Messias Graha  
opugnat xiiij.  
Paschalis noni  
Calendarij, circa  
tempora Concilij  
Niceni, cum a  
xiiij. Paschalis  
aurei numeri  
re illa si possit  
una discant.

Anni Domini	Aurei numeri	Epactæ secundū literā indicem P	Lunæ Paschales	Plenilunium media
				D H M
323	1	viii	5 Apr.	6.22.45
324	2	xix	25 Mar.	26. 7.33
325	3	*	13 Apr.	14. 5. 6
326	4	xj	2 Apr.	3.13.54
327	5	xxii	22 Mar.	23.22.43
328	6	iii	10 Apr.	11.20.16
329	7	xiiii	30 Mar.	33. 5. 8
330	8	xxv	18 Apr.	19. 2.38
331	9	vi	7 Apr.	8.11.26
332	10	xvii	27 Mar.	27.20.14
333	11	xxviii	15 Apr.	15.17.47
334	12	ix	4 Apr.	5. 2.36
335	13	xx	24 Mar.	25.11.24
336	14	j	12 Apr.	12. 8.57
337	15	xii	1 Apr.	1.17.46
338	16	xxiii	21 Mar.	21. 2.34
339	17	iiii	9 Apr.	10. 0.17
340	18	xv	29 Mar.	29. 8.56
341	19	xxvj	17 Apr.	17. 6.28

rij, offerant? Vt iam non nouum hoc nostrum Calendarium, sed vetus à Patribus Concilij Niceni approbarum infeceris, contra propriam tuam sententiam, qua vbique vetus Calendarium nouo præferre conaris. Huc accedit, quod iterum accipis Plenilunium pro xiiij. Luna, seu

feu termino Paschali, atque idcirco iniuria omnes terminos Paschales, qui per vnicum diem medias oppositiones antecedunt, falsos vocas, cum tu ipse fallaris. Huius enim contrarium nos supra ex recepto vsu Ecclesie, & scriptoribus grauissimis demonstrauiamus. Sed vt omnes videant, quo pacto termini Paschales Concilij Niceni temporibus se habuerint, eisdemque terminos ab aureis numeris eiusdem Concilij, & Epactis nostris indicari, proposuimus tabulam 19. annorum circa illa tempora, quos tu in medium etiam profers. Omittimus autem Epactas, & terminos Paschales iuxta tuas literas indices N, & M, maiusculas, quod hæc ad rem non faciant; quippe quæ falsò illis annis à te tribuantur, vt paulo ante monstrauiamus.

Ex hac tabella patet, Epactas literæ indicis N, tempore Concilij Niceni rectius indicare xiiij. Paschales, quam Epactas literæ P, cum illarum Lunæ xiiij. Paschales sint vno die posteriores harum Lunis xiiij. Id quod paulò ante monuimus.

E S S E autem Lunas xiiij. Paschales Epactarum eisdem, quas aureorum numerorum tempore Concilij Niceni, ex eo patet, quòd Epactæ ad eosdem dies noui Calendarij scribuntur, quos aurei numeri in Calendario veteri occupabant, vt ex superioribus 30. Calendariis aureorum numerorum in Calendario sub litera P, maiuscula manifestum est. Ex quo liquet, non modo falsò, sed etiam impudenter te nobis obiicere, cum asseris, ex his 19. terminis Paschalibus, qui a terminis numerorum aureorum Niceni Concilij non differunt, solum unum uerum esse, & 18. erroneos. Nam solum 12. termini horum 12. annorum, 323. 324. 325. 326. 327. 328. 329. 330. 331. 334. 335. 338. plus, quam par est, hoc est, sere biduo, medias oppositiones anteuertunt; alij uerò 7. uo duntaxat die, vt ratio postulat. Causam uerò huius anticipationis supra diximus esse, quòd Nouilunia aureorum numerorum Concilij Niceni in eos ferme dies incidant, quibus secundum medium motum contingunt in celo: quod nos in omni Cyclo, ad vsum Ecclesie, uitandum esse docuimus, & re ipsa in nostro Cyclo Epactarum uitauimus, vt ex his, quæ dicta sunt, intelligi potest. Sed vt ut est, hoc saltem constare debet apud omnes, Mæstlinum hoc loco non pugnare contra Calendarium nouum, sed aduersus dispositionem aureorum numerorum in Calendario tempore Concilij Niceni. Calendarium enim nouum, ut suo munere recte fungatur, solum indicat, quo in statu Nouilunia, & xiiij. Paschales secundum aureos numeros tempore Niceni Concilij fuerint, non autem ea approbat: nec uerò approbare potuit, cum citius, quam par est, aurei numeri Nouilunia tunc ostederent, ut suo loco docuimus.

S E D illa est Mæstlini malitia palmaris, quòd noui Calendarij uelut caput veterariæ calumniar, identidem uociferans, temere æquinoctium à nobis ad 21. diem Martij reuocatum esse, ubi à Concilio Niceno constitutum fuerat: perinde quasi uelimus (vt ipse more suo cauillatur

Mæstlini solus  
nobis impo-  
nit, quòd 21. Mar-  
ti) in equinoctio  
designauerimus,  
ut arbitror, et  
solum esse proprium  
ipsius solent.

latur) hunc solum diem esse propriam sedem verni æquinoctii. Atque hoc loco, ut quàm bene, ac pie de religione, Ecclesiæque sentiat, intelligere possimus, dubitat, an Ecclesiâ Christiana obedire debeat decreto illi Concilij Niceni. Sed quia hic de Fide non agimus, aut de religione, omiſſa hæc eius dubitatione, quæ hæresim olet, novum Calendarium; quod ad res Astronomicas attinet, defendamus. Igitur non restitutum a nobis æquinoctium est ad 21. Martij, quod necessario eum diem solum propriam esse sedem Verni æquinoctij arbitrati sumus, sed ut omnes termini Paschales, quos Sacrosanctum illud; & œcumenicum Concilium Nicenum, stabilito æquinoctio die 21. Martij, præfinitum, retinerentur illesi, atque intacti, & ne novitas in orbem Christianum in festo Paschali introduceretur, ut fusi libro 1. Cap. 111. declaratum est.

AD hæc conſtat Calendarium novum reddere orbi uniuerso odiosum, quod in celebratione Paschæ non euitauerit quinque insignes errores, quos maxime tamen volumus fugiendos esse, tantquam immanes aliquos scopulos, a quibus adeo in hac correctione esse vitandos; mirifice gloriamur. Errores autem, qui in Paschali festo cauendi sunt, ad hos quinque reuocari possunt. I. ne celebraretur Luna XI III. cum hæreticis Quartaedecimanis: II. ne ante Lunam XI III. peragatur, quod foret absurdius: III. ne Lunam XXI. consequatur, hoc est, ne in quartam hebdomadam mensis Lunaris incidat: IIII. ne in ultimo mense inueniatur, cuius nimirum Luna XI III æquinoctium Vernum antecedit: V. ne in mensem secundum reiciatur.

PRIMUM ergo ait Mestlinus in Calendario nouo non raro Dominicam Paschalem cadere in ipsum plenilunium, hoc est, ut nos loquimur, in Lunam XI III. Nam semper in eo errore perseverat, quod non liceat celebrare Pascha in Plenilunio. Sed hoc antè factis abundè consueuimus. O Profert autem hos annos; 1503. 1507. 1514. 1551. 1555. 1558. 1578. 1582. 1598. 1609. 1622. 1693. in quibus omnibus affirmat, Dominicam Paschalem in Lunam XI III incidere, quod falsum est. Omnes enim in oppositionem medium cadunt, ac proinde legitime sunt, ex Patrum decretis; ita ut in eis primus error locum non possit habere; ut in subiecta tabella conspicuum est. Sed ex annis ante correctionem Mestlinus 10. dies eximit, quod quidem præter rem est, ut & supra diximus, cum Pascha in illis nõ sit celebratum post 10. dierum exemptionem, prout uidelicet in hac tabella describuntur. Sed tamen, ut ei gratificemur, fac 10. dies exemptos esse, & uideamus, an uetum dicat. Duobus duntaxat annis 1503. 1514. Pascha paulo citius, quam par est, esset celebratum, si 10. dies forent ablati. Causa huius anticipationis est, quod illi anni non possulent 10. dierum subtractionem. Nam cum radix huius subtractionis 10. dierum congruat anno 1600.

Quiaq; errores 1  
Paschæ celebratio  
ne uitandos esse.

Pascha in quibus  
dam annis, quæ  
Mestlinus præter,  
non cadere in Lu  
nam XI III. ut illi  
so ce. 1503. sed  
in oppositionem  
medium, duobus an  
nis exceptis.

1503. 1514. 1551. 1555. 1558. 1578. 1582. 1598. 1609. 1622. 1693.

vt ex tabula æquationis patet, quòd hinc numerentur 400. semper anni, deberent ex illis annis, qui remotiores sunt ab anno 1600. & anno

| Anni<br>Dñi | Aurei<br>num. | Epactæ  | Lit. Dñic. | Termini<br>Pascha-<br>les | Pascha  | Plenilu-<br>nia me-<br>dia |
|-------------|---------------|---------|------------|---------------------------|---------|----------------------------|
|             |               |         |            |                           |         | D H M                      |
| 1503        | 3             | xxiii   | D          | 21 Mar.                   | 22 Mar. | 22. 9. 55                  |
| 1507        | 7             | vii     | F          | 6 Apr.                    | 7 Apr.  | 6.22.32                    |
| 1514        | 14            | xxiiii  | D          | 18 Apr.                   | 19 Apr. | 19. 2.29                   |
| 1531        | 12            | ij      | D          | 11 Apr.                   | 12 Apr. | 11.12.40                   |
| 1551        | 13            | xiiij   | G          | 31 Mar.                   | 1 Apr.  | 0.14. 1                    |
| 1555        | 17            | xxvii   | B          | 16 Apr.                   | 17 Apr. | 16. 2.44                   |
| 1558        | 1             | j       | E          | 12 Apr.                   | 13 Apr. | 12.17.53                   |
| 1578        | 2             | xij     | A          | 1 Apr.                    | 2 Apr.  | 1.19.15                    |
| 1582        | 6             | xxvj    | C          | 17 Apr.                   | 18 Apr. | 17. 7.57                   |
| 1598        | 3             | xxiiij  | D          | 21 Mar.                   | 22 Mai. | 21.20.36                   |
| 1609        | 14            | xxiiiij | D          | 18 Apr.                   | 19 Apr. | 18.13.11                   |
| 1622        | 8             | xviii   | B          | 26 Mar.                   | 27 Mar. | 26.10.39                   |
| 1693        | 3             | xxiiij  | D          | 21 Mar.                   | 22 Mar. | 21. 7.18                   |

1500. uiciniore, eximi 9. dies duntaxat, & paulo amplius, ut supra diximus; atque ita caderet tunc Pascha vel in ipsam oppositionem, uel paulo post, vt in aliis annis huius tabellæ accidit. Quòd si exempli non cogitentur 10. dies ex duobus illis annis, caderet vtriuque Dominica Paschalis in 16. Aprilis, quibus re ipsa Pascha illis annis ante correctionem Calendarij celebratum est. Terminus autem Paschalis prioris anni caderet in 10. Aprilis, die fermè toto ante oppositionem mediam, & proximè post literam Dominicalem, quæ est A: terminus verò Paschalis posterioris anni in ipsam Dominicalem literam, quæ etiam est A, & in oppositionem ipsam ferè mediam incidit: ac propterea Pascha in vtro

In istis annis  
1503. 1514. nota  
concordiæ rectè  
etiam celebratè  
est Pascha, & non  
cogitur in die  
cæpti, ut conuenit.

| Anni<br>Dñi | Aurei<br>num. | Epactæ | Lit. Dñic. | Termini<br>Pascha-<br>les | Pascha  | Plenilu-<br>nia me-<br>dia |
|-------------|---------------|--------|------------|---------------------------|---------|----------------------------|
|             |               |        |            |                           |         | D H M                      |
| 1503        | 3             | iii    | A          | 10 Apr.                   | 16 Apr. | 10.22.37                   |
| 1514        | 14            | iiii   | A          | 9 Apr.                    | 16 Apr. | 9. 2.29                    |

que post oppositionem mediam celebratum est, sed tamen, vt conuenit, in tertia hebdomada mensis Lunaris, hoc est, ante ultimum quadratum aspectu Lunæ, vt in tabella proposita duorum annorum 1503. & 1514. apparet. Vbiñã ergò vides Mæstline in aliquo tuorum 13. annorum Pascha Luna XI I I I. celebrari? Indignus sanè es, cui respondeatur, cum tam insigniter mentiaris in tuo hoc examine, vt toti orbi imponas, Calendariumque nouum, tanquam mille erroribus refertum importunis clamoribus, vociferationibusque extrudas. Sed fortis est veritas, quæ nullis terroribus cedit. Et satis constat, fermè eos, qui causa minus valeant, clamo-  
 re pugnare. Iam verò si accidat nonnunquam, ut Pascha ex præscri-  
 pto noui Calendarij in Lunam XI I I I. hoc est, in diem ante mediam  
 oppositionem incidat, (quod in nostro cyclo contingere posse, licet per-  
 raro, supra diximus) non id vitio vertendum est huic nostro Cyclo no-  
 uo Epactarum, sed omnibus Cyclis, cum nullus qualicumque arte in Ca-  
 lendario dispositus motibus caelestibus ita exquisitè possit congruere,  
 ut quandoque a vero non aberret. Certò tamen hoc de nostro Calen-  
 dario affirmare non dubitamus, in eo multo pauciora contineri errata,  
 quam in veteri a Patribus Concilij Nicæni approbato, ut ex iis, quæ ante  
 docuimus, satis apparet, vbi in paucorum annorum spatio sæpius Sa-  
 crosanctum Pascha Luna XI I I I. celebratum est. Certum etiam est,  
 in iis 13. annis proxime in medium allatis, quos maximo studio Mæ-  
 stlinus inquisiuit, ut Calendarium nouum falsitatis argueret, nullum,  
 præterquam ipsius Mæstlini, qui temerè oppositionem mediam uocat  
 Lunam XI I I I. errorem reperiri.

*Cycli reprehendi  
 non posse, etiam si  
 nonnunquam Pa-  
 scha in Lunâ xiiii  
 incidat.*

*Pauciora errata I  
 Cyclo Epactarum  
 noui Calendarij  
 contineri, quàm in  
 cyclo veteri nome-  
 ri, etiam circa tẽ-  
 pora Concilij Ni-  
 cæni.*

*Caullario Mæstli-  
 ni, quod Pascha  
 eadem passit Lu-  
 na xiiii. in nouo  
 Calendario.*

DEINDE aut aduersarius, non raro Pascha nostrum in Lunã XI I I. cadere, hoc est, ante plenilunium, quod ipse perperam Lunam XI I I I. appellat, vt supra dictum est. Hoc autem meram esse calumniam, quib non videat? Si enim vix, aut certè admodum raro, Pascha in XI I I I. Lunam incidat, vt proxime dictum est, qui fieri potest, vt in XI I I. Luna possit reperiri? Certe nunquam hoc ostendet, ne si omnes quidem non modo ingenii, verum etiam calliditatis nervos intenderit. Et verò si aliquem annum reperiret, (quod non credo) in quo hoc accideret, responsum iam est paulo antè, id naturæ Cyclorum adscribendum esse, quæ talis est, ut in nullo omnia incommoda uitari possint. Nam quod attinet ad hos duos annos 1527. & 1598. quibus asserit, hunc errorem commissum esse, egrègie more suo cauillatur. In posteriori enim Pascha ex decreto Concilij Nicæni legitime esse celebratum, quod ad motum me-  
 dium attinet, liquet ex antecedenti tabella 13. annorum. In priori au-  
 tem, in quo aureus numerus est 8. Epactæ (ablatis prius 10. diebus, quos  
 aduersarius ad libidinem suam exemit, etiam si is annus ante correctio-  
 nem fuerit,) XVI I I. litera Dominicalis B; terminus Paschalis 26. Mar-  
 tij, & Pascha ipsum 27. Martij; seruat quoque Niceni Concilij decre-  
 tum, cum Pascha celebraretur in ipso plenilunio medio, quod fit Die 26.  
 Martij, Hor. 23. Min. 57. post mer. Sed multo exquisitius eiusdem anni  
 Pascha exhibetur a nouo Calendario secundum Ecclesiasticas leges,  
 si 10.



si 10. dies non auferantur, vt ratio postulat, quandoquidem correctionē antecedit. Fuit enim tunc aureus numerus 8. Epactæ xxvi 11. Litera Dominicalis F. Luna x1111. die 15. Aprilis; Pascha 21. Aprilis, & oppositio Die 15 Aprilis, Hor. 12. Min. 41. post mer. ita vt Paschatū celebratū sit post plenilunium medium, ante tamen secundum quadratum Lunæ aspectum, vt Patres, atq; Concilia præcipiunt.

Q U O D ad tertium errorem attinet, si error dicendus est, (cum in nullo Cyclo vitari queat) ingenue confitemur Canone 2. Calendarij noui, propter postpositionem Nouiluniorum necessariam accidere interterdum, vt Pascha in principium quartæ hebdomadæ, hoc est, in Lunā xx11. siue in posteriorem quadratum Lunæ aspectum incidat. Sed hic error non tanti momenti est, vt propter eum Nouilunia debeāt vno die citius in Calendario ab Epactis monstrari; cum ex hac anticipatione innumerabilia penē absurda multo maiora sequantur. Nam sapissime Nouilunia Cycli antecederent coniunctiones tum veras, tum medias, & frequenter Paschæ solennitas in Lunam x1111. incideret, vt ex ijs, quæ diximus, pspiciū est. Nihil ergo noui obijcit nobis hoc loco Mæstlinus, cū pp absurda enumerata coacti simus ita Epactas disponere, vt Nouilunia earū sequatur vt plurimū Nouilunia cælestia; fateamurq; ppter ea nōnunquā Pascha per vnā hebdomadā, licet rarō, prorogari. In quo sanē parum equū se præbet Mæstlinus noster, qui hunc qualecunq; necessariū errorem, eumq; confessum, tantopere exagitat, cum ipse orbi terrarū tot, ac tam fædos obtrudat errores. Verūm prætereundum non est, Mæstlinum sibi non constare hoc loco. Nam cum in superioribus semper sit vociferatus, licet falsō, (non intelligens Ecclesiæ de Pascha celebrando sanctiones, ac consuetudinem,) Pascha non debere celebrari in plenilunio medio, hic tamē in hisce tribus annis, 1629. 1680. 1700. seu memoria vitio, seu potius mendacij inconstantia, contendit, illud celebrandū esse in medio plenilunio; solum ut ostēdat, nos ijs annis Pascha in alterā hebdomadam differre. Hoc autem ex hac tabella constat, ubi Pascha Mæstlini in plenilunium medium cadit, quod ante nolebat.

Pascha ob imperfectionem cyclosum errorum necessarios in principio quartæ hebdomadæ.

Incidentia Mæstlini & con radi do.

| Anni Dñi | Aurei num. | Epactæ | Lit. Dñic. | x1111 Paschales | Pascha Mæstlini | Plenilunia media |
|----------|------------|--------|------------|-----------------|-----------------|------------------|
|          |            |        |            |                 |                 | D H M            |
| 1629     | 15         | v      | G          | 8 Apr.          | 8 Apr.          | 7. 14. 32        |
| 1680     | 9          | xxix   | G. F       | 14 Apr.         | 14 Apr.         | 13. 9. 49        |
| 1700     | 10         | ix     | ©          | 4 Apr.          | 4 Apr.          | 3. 11. 10        |

Omnia enim hæc Plenilunia proxime insequentibus diebus, vt primum octauro, secundum quartodecimo, & tertium quarto, tribuenda sunt, cū post Solis occasum contingant. Ex quo fit, vt festi illi dies in ipsa incidunt plenilunia per Mæstlinum, quod tamen hæcenus semper absurdum esse clamauit, vt modo diximus. Si ergo sibi constare uellet, laudaret utique Calendarium nouum, quòd illos Paschæ dies ex Plenilunij medijs in sequentem Dominicam differat; quanquam re ipsa nos Pascha tunc non proregemus, eò quod in oppositionem mediam incidat, sed propterea quòd Luna x1111. per Epactas inuenta in Dominicâ incurrit. Sed mirum non est Mæstlinum sibi non constare. Tantum. n. fuit eius in reprehendendo studium, vt oppugnandi impetu cæcus, pugnantia à se afferri non uiderit.

NOVVM porrò Calendarium sæpe Paschæ celebritatem reijcere modo in vltimum mensem, modo in secundum, (qui sunt postremi duo errores) non alia ratione confirmat Mæstlinus, quàm superiorib. exemplis, quibus putabat, cum de vna linea Epactarum tabulæ expansæ ad aliam fit gradus, Pascha non raro in vltimum mensem ex secundo, & ex primo in secundum transferri. Ad quod etiam addit, non solum propter eam causam Pascha interdum vltimo, vel secundo mense celebrari posse, sed etiam ante æquinoctium vernum; quànò nimirum æquinoctium ad 27. Martij, ut ipse falsò existimat, delapsum fuerit, & Luna x1111. reperiatur die 21. qui æquinoctio destinatus est, vel 4. aut sidibus post diem 21. ac demum Dominica dies inter illam x1111. Lunam, & diem 27. Martij existat. Verum ad hoc iam supra responsum est. Nam vt Pascha non dicatur cadere in duodecimum mensem, quod ad vsum Ecclesiæ antiquissimum spectat, satis est, vt eius terminus Paschalis, siue Luna x1111. non præcurrat diem 21. Martij æquinoctio assignatum, etsi æquinoctium verum subsequatur interdum diem 21. & Lunam illam x1111. Item vt Pascha dici non possit in secundum mensem incidere, satis est, si proxime antecedens Luna x1111. in Martio præueniat eundem diem 21. æquinoctij, licet æquinoctium verum quandoq; contingat ante illam Lunam x1111. & ante diem 21. quod quidem euenire posse, supra non semel concessimus. Neque enim Ecclesia hæc Astronomorum subtilitatibus adstricta vnquam fuit, sed satis est, si diè aliquem certum, qualis est 21. Martij, æquinoctio præfigat, ultra aut citra quem æquinoctium non longe euagetur. Quin etiam velit nolit Mæstlinus, necessario admittere debet, in anno bissextili posse Pascha celebrari secundo mense, in duodecimum verò idem cadere posse tertio anno post bissexturn, vt supra demonstrauimus, etiam si nunquam Iógius a diè 21. Martij æquinoctium recederet, nisi quàm 6. horæ in an non comuni omisit requirant.

ATQVE vt nunquam finem reprehendendi, & calumniandi inueniat, repetit eòdem 19. annos circa tempora Nicæni Concilij, in quibus non solum Lunas x1111. siue terminos Paschales, putat falsos esse, vt plurimum, vt supra dictum est, verum etiam Pascha ipsum sepe

penultimo

Mæstlini non recte Calendario non imponit, 9. supra Pascha recte in ultimo ut sem, & in secundo.

Pascha secundum Ecclesiam vniuersalem non potest ubi ubi est vltimus mensis, & secundum propter annos bissextilis, ac communis, etiam in anno Juliano verus est.

Mæstlini iterum per calumniam reprehendens Epactas non Calendario sed supra Concilio Nicæno recte.

merito contra Patrum decreta proponi celebranda, nimirum in plenilunio ipso, uel ante. Quia uero & hoc libro, & superiore abunde satis demonstratum est, legitime Pascha in plenilunio celebrari posse: Et quod nonnunquam Pascha ante plenilunium eo tempore sit celebratū, non esse uitio uertendum Cyclo huic nostro Epactarum, aut earum æquationi, sed id prouenire ex eo, quod aurei numeri tunc citius, quam conueniebat, Nouilunia monstrabant, quorum quidem aureorum numerorum dispositioni conati sumus congruam efficere nostrarum Epactarum æquationem, ut par erat, (Hanc enim ob causam litteram P, maiusculam anno 320. præfiximus) non est, quod amplius hac in re frustra tempus teramus. Atque ex his erroribus, quos temerè Calendario nouo Mæstlinus obiecit, facile apparet, quam prudens, quam consideratus sit iste corrector atque emendator orbis terra, qui toties suam in rebus Ecclesiasticis inscitiam prodidit, toties ipse errauit, quoniam non ui aliquid parere moliens, nobis obiecit errores.

**POSTREMO** ut nihil relinquat intactum Mæstlinus acerri- mus aduersarius, & obrectator noui Calendarij, hostiliter etiam inuadit Cyclum antiquum litterarum Dominicalium 28. annorum, qui perpetuus factus est in Calendario nouo, si quouis spatio 400. annorum tres dies intercalares omittantur. Huius enim Cycli æquationem carpit Capite 1. sui examinis, (quanquam responsum ad hunc usque locum distulerimus) affirmans, ex ea in annis correctionem antecedentibus falsam litteram Dominicalem erui, si nimirum ad retroactos annos accommodetur æquatio æquinoctij, (quod & supra in æquatione Epactarum conatus est facere) & æquatio Cycli Solaris instituatür similis ei, quæ in Calendario post correctionem adhibita est. Sed quis hic non rideat, quis non admiretur hominis ineptias, ne dicam malitiam? Nam cum per æquationem anni Solaris in Calendario præscriptam reperiatür littera Dominicalis cuiuslibet anno ante correctione congruens, ut ipse etiam testatur, qua de causa nouam æquationem ad suum arbitrium, ac libidinem moliatür, qua littera Dominicales mirum in modum perturbentur, non satis uideo, nisi quod modis omnibus uult, si possit, Calendarium nouum falsum, & inutile præstis efficere. Quod enim existimat, nostræ æquationis calculum debere in præteritos annos æque bene retrahi, atque in futuros, uehementer decipitur. Quoniam enim æquatio anni Solaris, qua spatio quolibet 400. annorum tres dies intercalares omittuntur, non penitus quadrat in annos Concilio Nicæno uicinos, propter inæqualem Solaris anni magnitudinem, ut libro 1. Cap. vii. declaratum est, frustra laborat Mæstlinus, hac æquatione adhibita, æquationem Cycli Solaris ad Concilium usque Nicænum extendere, ut per eam inueniat litteram Dominicalem, quæ tunc quouis anno fuit in usu, quandoquidem ab ortu CHRISTI ad annum correctionis usque nunquam interruptus est litterarum Dominicalium ordo. In posterum autem, cum adhibenda sit æquatio æquinoctij, locum inuenit hæc æquatio, propterea quod in omni omissione diei intercala-

Mæstlinum mali-  
tiosè cycli So-  
laris in Calendario  
nouo æquati-  
onem præ-  
bentis.

Æquatio cycli So-  
laris quare in præ-  
teritos annos pen-  
itus quadrare  
non potest.

ris series atque ordo literarum Dominicalium interrumpendus est , etiamsi æquatio illa æquinoctij exquisitè omnino non respondeat motibus cælestibus, ut Cap. v. vi. & vii. libri primi tradidimus. Hoc igitur conuincat, si quid efficere uult, quod tamen nunquam perficiet; uidelicet æquationem Cyci Solaris non recte indicare literam Dominicalem futuris annis, quibus verè dies intercalares omittuntur, ac proinde ordo literarum Dominicalium necessariò interrumpitur. Itaque quod supra de æquatione Epactarum dictum est, si ea vnà cum æquatione æquinoctij in annos præteritos retrahatur, idem hic de æquatione Cyci Solaris, si ea vnà cum æquinoctij æquatione præteritis annis accommodetur, dicendum est: nimirum eam ordinem literarum Dominicalium mirum in modum perturbare, ita ut nullo modo illas literas Dominicales exhibeat, quæ verè præteritis annis in usu fuerunt, (nisi fortè æquatio æquinoctij offerat tot dies eximendos, quot exempli sunt vsque ad illud tempus, à quo æquinoctij æquatio incipit) sed quæ usurpandæ fuissent, si adhibita fuisset æquatio illa anni Solaris, si modò radix æquationis ad certum aliquem annum affigatur.

QVOD si Solaris anni æquatio a nobis instituta quadraret omni ex parte in tempora Concilij Niceni, hoc est, exhiberet omnino 10. dies eximendos, haud dubie litera numeralis index ibi posita, quæ tunc esset V, recte literas Dominicales ostenderet. Hoc autem ut planum faciamus, declarandum erit, quam ratione Cycus antiquus Dominicalium literarum æquatus sit in Calendario nouo. Ita autem æquatio se habet.

**CYCLI SOLARIS, SIVE LITERARUM**  
Dominicalium antiquus 18. annorum perpetuus.

|          |   |   |   |   |            |   |   |   |   |           |   |   |   |   |            |
|----------|---|---|---|---|------------|---|---|---|---|-----------|---|---|---|---|------------|
| <b>V</b> |   |   |   |   | <b>VII</b> |   |   |   |   | <b>II</b> |   |   |   |   | <b>III</b> |
| g        | e | d | c | b | g          | f | e | d | b | A         | g | f | d | c | b          |
| f        |   |   |   | A |            |   |   | c |   |           |   | e |   |   |            |

|           |   |   |   |   |          |   |   |   |   |            |   |
|-----------|---|---|---|---|----------|---|---|---|---|------------|---|
| <b>VI</b> |   |   |   |   | <b>I</b> |   |   |   |   | <b>III</b> |   |
| A         | f | e | d | c | A        | g | f | e | c | b          | A |
| g         |   |   |   | b |          |   |   | d |   |            |   |

TABVLA AEQVATIONIS CYCLI  
 Solaris antiqui.

| Annus              | Dñi        | Annus | Dñi        | Annus | Dñi        |
|--------------------|------------|-------|------------|-------|------------|
| V                  | 1          | V     | 2100       | V     | 3000       |
| V                  | 1582       | VI    | 2200       | VI    | 3100       |
| Deductis 10 diebus |            | VII   | 2300       | VI    | 3200 Biff. |
| I                  | 1582       | VII   | 2400 Biff. | VII   | 3300       |
| I                  | 1600 Biff. | I     | 2500       | I     | 3400       |
| II                 | 1700       | II    | 2600       | II    | 3500       |
| III                | 1800       | III   | 2700       | II    | 3600 Biff. |
| IIII               | 1900       | II I  | 2800 Biff. | III   | 3700       |
| IIII               | 2000 Biff. | IIII  | 2900       | IIII  | 3800       |

QVONIAM ordo literarum Dominicalium in centesimis annis  
 communibus necessario interruptitur, quòd tunc non duplex litera,  
 sed simplex currat, non poterit Cycclus antiquus literarum semper incipere  
 a cellula literarum g, f, vt ante correctionem fiebat, sed modo  
 à b, A; modo à d, c; vel f, e; vel A, g; uel c, b, uel e, d: hoc ordine.  
 Ante Calendarium restitutum Cycclus initium semper ducebat  
 a prima cellula literarum g, f; ita vt quando Cycclus Solaris erat 1. Do-  
 minicales literæ essent g, f: quando Cycclus erat 2. litera Dominica-  
 lis esset e: & Cyclo 3. responderet litera d: & cyclo 4. litera c, atque  
 ita deinceps. At post correctionem anni, propter 10. dies exemptos,  
 incipiendus erit Cycclus ab alia cellula duarum literarum, ab illa ni-  
 mirum, quæ post literas g, f, decimum locum obtinent, vt pote a lite-  
 ris c, b, cellule 21. cum tam litera c, decima sit post g, vt hic appa-  
 ret, g, A, b, c, d, e, f, g, A, b, c: quàm litera b, post f, ut hic patet, f,  
 g, A, b, c, d, e, f, g, A, b. Eius rei causa hæc est, quòd cum literæ Do-  
 minicales in Calendario ordine naturali literarum se mutuo consequan-  
 tur, sit ut correctionis anno post diem B. Francisco sacrum, hoc  
 est, post 4. diem Octobris, cui ascripta est litera d, pro litera insequen-  
 ti e, diei quinto ascripta, assumpta sit decima litera post eam, nimi-  
 rum litera A, quinti decimi diei, ut hic apparet; cum decem literæ e,  
 f, g, A, b, c, d, e, f, g, decem diebus exemptis respondentes eo anno  
 omisæ sint. Atque eandem ob causam, post quamlibet literam Do-  
 minicalem in Calendario assumendam accipienda est ea, quæ tot literis  
 ab illa distat, quot dies eximuntur. Vt si verbi gratia unus dies exi-  
 matur,

Contra hanc ta-  
 bulam æquationis  
 literarum Domini-  
 calium præterea.

matur,

matur, assumenda erit post literam A, litera c, loco literæ b, quæ post A, assumenda esset, si dies ille non eximeretur. Si vero duo eximan-

|             |   |   |   |   |   |   |   |   |   |    |    |    |    |    |    |
|-------------|---|---|---|---|---|---|---|---|---|----|----|----|----|----|----|
| Dies Octob. | 1 | 2 | 3 | 4 | 5 | 6 | 7 | 8 | 9 | 10 | 11 | 12 | 13 | 14 | 15 |
| Lit. Domin. | A | b | c | d | e | f | g | A | b | c  | d  | e  | f  | g  | A  |

tur dies, accipienda erit litera d, pro litera b, quæ post A, accipienda foret, nisi duo illi dies eximerentur. Litera enim d, secundum occupat locum post b. Eademque ratio est in cæteris. Cellulæ igitur literarum c, b, quam post 10. dierum exemptionem diximus esse assumendam, superimponemus literam numeralem indicem I. eamque anno 1582. post detractos 10. dies præfigemus, ut significet, Cyclum principium tunc habere a cellula 21. hoc est, primo anno Cycli Solaris literas Dominicales esse c, b; anno secundo, literam Dominicalem esse A, &c. Eandem literam numeralem indicem I, anno 1600. apponemus, quod in eo, cum bissextilis sit, Cyclus initium non mutet, nullaque fiat literarum Dominicalium interruptio. Deinde quia anno 1700. dies intercalaris omittitur, incipiet Cyclus a literis d, c, cellulæ nonæ, quod utraque ite ra proximè utramque c, b, cellulæ 21. sequatur in alphabeto, nimirum d, literam c, & c, literam b. Huic ergo cellulæ nonæ superimponemus numerum indicem II. eundemque anno 1700. præfigemus, ut indicet, anno 1700. Cyclum sumere initium a cellula nona literarum d, c. Rursus anno 1800. communi inchoandus erit Cyclus a cellula 25. literarum e, d, quæ in alphabeto proximè insequuntur literas cellulæ nonæ literarum d, c. ac proinde numerum indicem III. ascribemus tam cellulæ 25. quam anno 1800. Eadem ratione anno 1900. non bissextili Cyclus incipiet à cellula tertiadecima literarum f, e, quæ literas cellulæ 25. literarum e, d, proximè insequuntur: proptereaque numerus index IIII. & cellulæ 13. & anno 1900. apponendus erit. Qui numerus index anno 2000. bissextili non mutabitur. Deinde anno 2100. non bissextili capiet Cyclus principium a prima cellula literarum g, f, quæ literas f, e, proximè sequuntur, à quibus Cyclus anno 2000. incipiebat; atque idcirco numerus index V. primæ cellulæ, & anno 2100. præfigendus erit. Anno autem 2200. qui etiam communis est, ascribemus numerum indicem VI. eundemque decimè septimæ cellulæ literarum A, g, superimponemus, quod hæc literæ sequuntur proximè literas g, f, primæ cellulæ. Anno vero 2300. non bissextili, & cellulæ quintæ literarum b, A, quæ literas A, g, proximè insequuntur, numerum indicem VII. apponemus; qui anno 2400. bissextili tribuendus quoque erit. Anno postea 2500. non bissextili iterum ascribenda est litera numeralis I. index, quod tunc Cyclus rursus incipiat a cellula 21. literarum c, b, quæ literas b, A, proximè insequuntur. Atque hoc modo reperentur annis futuris semper iidem numeri indices, tribuen-



do tamen centesimis annis bissextilibus eisdem numeros indices, qui proxime antecedentibus centesimis non bissextilibus ascripti sunt. Postremo annis ante correctionem ascriptimus numerum indicem V. qui primæ cellulæ, à qua Cyclus semper initium sumpsit ante anni restitutionem, superimpositus est. Vfus huius tabulæ est, vt primus annus Cycli Solaris tribuatur ei cellulæ, cui suprapositus est numerus index idem, qui centesimo anno proposito præfixus est: Secundus verò annus Cycli detur sequenti cellulæ, & ita deinceps. Cellula enim, in quam cadit Cyclus Solaris propositi anni, dabit literam Dominicalem. In centesimis tamen annis communibus assumenda est inferior tantum litera. Veluti, anno 1589. Cyclus Solaris est 2. Cum ergo numerus index I. anno 1582. post correctionem appositus, locetur supra cellulam 21. cadet Cyclus 2. in cellulam 22. literæ A, quæ Dominicalis erit eo anno. Rursus anno 1900. Cyclus Solaris est 5. & numerus index 4. superimpositus tertie decimæ cellulæ. Igitur Cyclus 5. cadet in cellulam 17. quæ est quinta à terriadecima inclusiuè: ac propterea litera Dominicalis anni 1900. erit g, inferior. Postremo anno 325. Cyclus Solaris est 26. & numerus index V. supra primam cellulam. Et quoniam Cyclus 26. cadit in cellulam 26. vbi est litera c, erit c, litera Dominicalis anni 325.

Quo pacto litera Dominicalis ex cyclo perpetuo ascribitur quousque anno propositæ.

I A M vt appareat Mæstlinum temere, ne dicam malitiosè, hanc tabulam æquationis ad annos præteritos reuocasse, ita vt non simul eximantur 10. dies, sed paulatim consumantur, proponemus eius tabulam æquationis, quæ est eiusmodi.

TABVLA AEQVATIONIS CYCLI Solaris antiqui, tanquam ea iam olim fuisset usitata.

|     | Anni Dñi |       | Anni Dñi |      | Anni Dñi |     |      |       |
|-----|----------|-------|----------|------|----------|-----|------|-------|
| III | 1        |       | I        | 600  |          | V   | 1200 | Biss. |
| III | 100      |       | II       | 700  |          | VI  | 1300 |       |
| V   | 200      |       | II       | 800  | Biss.    | VII | 1400 |       |
| VI  | 300      |       | III      | 900  |          | I   | 1500 |       |
| VI  | 400      | Biss. | III      | 1000 |          | I   | 1600 | Biss. |
| VII | 500      |       | V        | 1100 |          | II  | 1700 |       |

Vbi sanè vides, ante numerum indicem I, anno 1500. appositum, procedendo versus principium annorum Christi, fuisse factam nouem dunta

zat numerorum indicum mutationem, nimirum horum, VII. VI. V. IIII. III. II. I. VII. VI. quorum VI., anno 300. præfiguratur. Cum igitur non tantum 9. sed 10. dies sint exempti, quid mirum est, numerum indicem VI. tempore Concilii Nicæni veram literam Dominicalem non exhibere? Oportuisset utique fieri mutationem usque ad decimum numerum indicem V. ut eas literas Dominicales, quæ tunc in usu fuerunt, offerret. Quod si æquatio hæc Mæstlini fuisset a Concilio Nicæno ad nostram usque ætatem in usu, signanda fuisset radix in anno 300. hoc est, anno 300. præponendus numerus index V. qui verè tunc literas Dominicales offerrebat. Sed hac ratione in annum 1300. (si ijdem anni centesimi bissextilis relinquantur, qui in nostra æquatione bissextilis sunt.) non numerus index I., sed VII. incideret, verèque iam hoc tempore literas Dominicales monstraret, non tamen eas, quibus nunc utimur: propterea quod non 10. dies, sed 9. duntaxat ablari fuissent.

Mæstlin non re-  
dè oppugnat æ-  
quationem Epactarum, sed Cycli So-  
laris quippe un-  
solum probat æ-  
quationem æquatio-  
nem non verè  
temporibus Con-  
cilij Nicæni con-  
grua.

DENIQUE dum aduersarius æquationem tam Epactarum, quam Cycli Solaris labefactare, & profus conuellere conatur, eò temporibus Concilij Nicæni utraq; non penitus conueniat, si ad retroactos annos retrahatur, nihil aliud probat, quam æquationem æquij noctij primo libro descriptam non exquisitè temporibus Concilij congruere: quod ultro damus, causamque huius rei satis superque eodem lib. explicauimus. Nihil ergo novi hoc loco affert, neque verò ausus est utriusque æquationis constructionem ipsam imitari: quippe qui planè cognouit, æquationem Cycli Solaris rectè per centesimos annos progredi, ita ut in centesimis quidem annis communibus ordo literarum Dominicalium interrumpatur necessario, Cyclusque aliudè principium sumat, in annis uero centesimis bissextilibus idem ordo literarum Dominicalium, idemque principium Cycli retineatur: quemadmodum probè quoque intellexit, æquationem Epactarum pendere & a 300. annis, quibus Luna fermè vnum diem anticipat, & à 400. annis, quibus æquinoctium per triduum serè sedem suam anteuertit. In hoc solum errauit, quod anticipationi Lunæ tribuit cum vulgo annos 304. nõ autem  $312 \frac{1}{2}$ . ut Astronomorum tabulæ exigunt: Desinat igitur nobis insultare, quasi per nostram æquationem nesciamus literas Dominicales annorum Concilij Nicæni reperire. Nam numerus index V. quem nostra æquatio ante correctionem nobis offert, ritè literas Dominicales omnibus annis Calendarij restitutionem antecedentibus exhibet, cum nunquam ante annum correctum interruptio literarum Dominicalium facta sit: ut Mæstlinus hoc loco a malitia, & temeritate excusari nullo modo possit, quod per vim, contra ius, falsque æquationem nostram, quali per capillos (ut ipse loquitur) attrahens, ad annos præteritos transtulerit; cum potius, ut eam falsam esse conuinceret, demonstrare debuisset, illam futuris annis uitiosam fore: quod non solum non effecit, sed nec facere quidem ausus est; neque vero id efficit, etiam si omne robur huc conferat, omnesque intendat neruos. Sed videlicet

istè

iste Tubingensis Mathematicus Poetis similior, quàm Mathematicis, Poetarum more materiam querens, omnia vndique colligit, falsaque veris affingit. Quid enim? an non falsum est, & quidem impudens mendacium, nos non posse per nostram æquationem (si præteritis annis rectè accommodetur, prætermissa videlicet, vt a nobis factum est, æquinoctij æquatione, quam tamen ipse importunissimè intrudit.) literam Dominicalem temporibus Concilij Niceni reperire? An non videri meritò possit homo totus ex fraude, & mendacio compositus, qui cum probare instituerit, æquationem tum Epactarum, tum Cycli Solaris in Calendario nouo præscriptam, esse prorsus vanam, atque vitiosam, nihil minus agit, quàm vt hoc probet, sed id solum molitur, ut ostendat, æquationem nostram anni Solaris, quæ ab ea longissimè diuersa est, motibus cælestibus veris non omnino congruere: quod quidem præter rem est, & ultrò a nobis non semel concessum, causamque explicauimus, cur neque nostra, neque illa æquatio anni Solaris, quæ æquabilis sit, atque uniformis, vero Solis motui possit omnino ex parte respondere?

VERVM aduersarius totis viibus contendit, æquationem nostram, si vera est, ut asserimus, annis Concilij Niceni debere conuenire, his verbis. *An non nouum Calendarium ad Concilij Niceni decretum intratum est, & ad illud reformatum dicitur? An non ea propter cum illo exquisitissime congruere debebat? Quòd si illa sub tempore Concilij eius ex veteri computo numeranda sunt, an non hoc ipso modo vetus Calendarium probatur, & nouum hoc vestrum improbat? Quin potius istarum æquationum, atque adeo totius correctionis principium non in anno 1582. sed in ipso Concilio Niceno consistit. Nam nihil aliud ipsum velle potest, nec debet, nec aliud subinnuntiat vestra querela aduersus vetus Calendarium, quàm si ista æquationes iam olim fuissent vsurpata, quòd Ecclesia toto hoc tempore, & porro etiam in perpetuum habuisset, & habitura sit correctissimum Calendarium: sed postquam usque ad annum 1582. fuerint neglecta, quòd hac reformatione quasi ab exilio renocata, in integrum restituantur, eisq; oè id, quòd ipse intermedio decesserat, reddatur. Et hoc ipsum auctor suo proprio exèplo confirmat. Nam in tabula æquationum cycli Epactarum ppetui ipse similiter æquationem Lunationum non ad sequentes tantum, sed et ad præteritos annos usque ad principium annorum Christi adhibet. Quare non immeritò hic quoque simili æquatione vtendum erit. Quod cum sit, cur quæso in ore semper habetis, Concilium Nicenum, Concilium Nicanum? Cur contenditis, quòd Calendarium ad Concilij eius constitutionem reformandum fuerit, & iam vestra opera reformatum sit? Cum tamen nec diem æquinoctij verni, nec illam diem Dominicam, aliamve in Septimana certam, ad tempus Concilij illius monstrare possitis, sed calculo vestro pro 21. supponatis 20. diem Martij, & pro die Dominica, diem Luna, &c. Si quid frontis est vobis, an non pudebit vos vestri laboris in hoc Calendario conciliendo suscepti? An non vos, qui consellum recepistis, alijque ad recipiendum vestris consilijs auctores fuistis, quòd in calculu eius*

non aliter inquirere poteritis : aut si potuistis , quòd eum melius non examinaueritis ; priusquam auctoritate Papa moti , eum velut singulari officio absolutum proclamaretis ? Pudeat , inquam , vos vestra vel inscitia , vel temeritate . Sed quis in posterum confidet Calendarij huius numeris , cum ipsi tam ridiculè fallant tempora antea acta ?

Quo p[er] An Cal[endar]i  
dario dicitur ad  
tempora C[on]cilij  
Nic[en]si restitui

NOS autem contra , firmissimè asseueramus , nostram æquationem , quanquam uera sit , non necessariò temporibus Concilij Nicæni debere congruere : atque aduersarium non assecutum esse propositum Calendarij noui ad Concilij Nicæni decretum restituti . Idcirco enim Calendarium ad tempora Concilij Nicæni restitutum est , ut termini Paschales prorsus illæsi , atque intacti permanerent : quod quidem factum est per exemptionem 10. dierum , ut æquinoctium ex die 11. Martij , quo ante correctionem fiebat , in 21. restitueretur , quo illud Patres Concilij illius fieri statuerunt , cum ex æquinoctij die termini Paschales omnino pendeant . Non tamen propterea arbitrati sumus , æquationem nostram , si ab eo Concilio incepisset , conseruaturam fuisse æquinoctium in ipso die 21. ita ut ab eo aliquantulum non discederet : quemadmodum nunc post correctionem , eadem æquatio non ita æquinoctium in ipso die 21. conseruare potest , ut ab eo in utramque partem non euagetur interdum : quod quidem accidit propter inæquabilem , irregularemque æquinoctij progressum , ut superiore lib. ostendimus . Non inficior tamen , si ab illius Concilij tempore æquatio hæc nostra utriusq[ue] ; an ni vsurpata esset , futurum nõ fuisse , ut tot , ac tanti errores committeretur , ut nimirum æquinoctium 10. diebus a die ei assignato , & Luna quinq[ue] ferme diebus a propria sede abesset ; quot uidelicet abesse vidimus hoc tempore , anteq[ua]m annus corrigeretur , propterea quòd æquatio ea adhibita non erat . Et uerò non esse necessarium , ut æquatio inuis Solaris respondeat numero dierum ob æquinoctij restitutionem exemptorum , hoc exemplo planum faciemus . Fac æquinoctium fuisse restituendum in diem 25. Martij , ut plerique uoluerunt . Nonne , ut hoc fieret , eximendi fuissent 14. dies ? ita sanè . Hac enim ratione translatum fuisset æquinoctium in 25. diem Martij , ex 11. quo id contingebat . Quo posito , quis non uider , si æquatio nostra quadringentorum annorum præteritis annis accommodaretur , ( qua aptior nulla institui potest , cum mediæ anni magnitudini congruat , ut etiam Mæstlinus ipse confessus est ) non offerri 14. dies eximendos , immò nec debere tot dies offerri , cum ad summum 12. dies æquinoctium sedem suam anteuerterit ab Incarnatione Dominica ad nostram usque ætatem ? Quare non rectè faceret , qui æquationem retroactis annis accommodaret , ut ostèderet eam falsam esse , eo quòd non exhibeat 14. dies auferendos , quot uerè ex anno fuissent ablati , si ea restituti æquinoctij facta esset . Ita igitur planè in nostra hac correctione factum cogita . Sunt enim ex anno 1582. exempti 10. dies necessario , ut æquinoctium ex die 11. in 21. re duceretur , post quem statim 19. termini Paschales a Concilio Nicæno constituti haberentur , siue uerè æquinoctium tempore illius

Con.

Concilij in diem 21. incidit, siue in alium diem: aut siue æquatio nostra offerat 10. dies uerè eximendos, siue plures, paucioresue; dummodo ea futuris annis ita ad diem 21. æquinoctium conseruet, ut non lóge ab eo id sinat euagari, suaq. sponte, & vltro idem in diem 21. restituar. Quod exquisitè satis nostrá equationē præstare, supra docuimus. Immo etiamsi temporibus Nicæni Concilij æquinoctium uerè die 21. contingerit, non tamen propterea æquatio nostra, quamuis rectè instituta, potest 10. dies exhibere, sed pauciores necessario, propter inæqualitatem anni, atque adeo propter minimam auni magnitudinem inter tempora eius Concilij, & annum correctionis interiectum, ut supra suo loco diximus. Quæ cum ita sint, liquiddò constat, Mæstlinum non sincere agere, dum equationem nostram in præteritos annos retrahit, ut literam Dominicalem tempore Concilij Nicæni inueniat: quandoquidem necesse non est, ut æquatio tot dies auferendos præbeat, ac proinde toties Cyclum Solarem interrumpendum demonstrer, quot re ipsa exempti simul sunt anno correctionis. Satis est, ut Cyclo antiquo Solaris adhibeatur ad literam Dominicalem eruendam annis præteritis; quippe cum nulla in eo ante correctionem facta sit interruptio. Neque obstat, quòd Lunæ equationem præteritis annis accommodauerimus: quia Lunationes uerè anticiparunt sua loca in Calendario, etsi annus Solaris non sit æquatus unquam. Quare ut status Lunationum annis, qui correctionem antecedunt, cognoscatur, necesse est adhibere Lunationum equationem. Hoc autem Cyclo Solari non accidit, cum interrumpi non possit, aut mutari, nisi annus Solaris per aliquot dierum exemptionem, aut per diem intercalarem omisum, vel additum exquetur. En cur in ore semper habeamus Concilium Nicænum, quod ille quæritat, quia uidelicet eius æquinoctium restituumus, eosdemq. terminos Paschales retinuimus: quod factum non fuisset, nisi 10. dies sustulisset, ex anno, equationemq. quadringentesimo quoq. anno adhibendâ instituissemus. Si quid frontis est tibi, Mæstline, (ut tua oratione tecum agam) an non pudebit te tui laboris in hec Calendario oppugnando suscepti? An non erubescis, q̄ tam ueteratoriæ equationem Cycli Solaris euertere conatus sis? Pudeat, inquam, te tuæ uel inficitij, uel temeritatis. Sed quis in posterum cõsideret tuis calumniis, cum tam ridicale in te per se clarissima hallucinatus sis, ut nimirum Cycli Solaris æquationem ad annos præteritos transferre tentaueris, cum is tunc nulla egerit æquatione. Verum hæc satis sint de Nouiluniis, Quartisdecimis Paschalibus, & Cyclo literarum Dominicalium noui Calendarij aduersus Mathematicum istum Tubingensem.

NONNE aperte nides, Mæstline, frustra a te tantum bellum in Calendario nouum esse susceptum? quippe cum id omnibus numeris esse absolutissimum, quod ad usum, & consuetudinem Ecclesiæ spectat, (Nā quod ad motus ueros cælestes, qui in hoc negotio minime considerantur,

Quare annis ante  
correctionē adhi  
bita sit æquatio  
Lunationum, ad  
autem Cycli so  
laris.

Comelahn Apote  
p̄ edictus Mar  
tini.

atti-

atrinet, nullum omnino Calendarium excogitari potest, quod eis vsque, quaque respondeat) hoc meo responso sit demonstratum, adeo ut non modo meo iudicio, sed aliorum etiam peritissimorum hominum, nullū exquisitius, aut magis certum possit excogitari, in quo Cycli ratio seruetur, quemadmodum in nostro, quod necessarium esse omnino in rebus politicis, copiose satis a nobis ostensum est? Equidē non dubito, quin in eadem nobiscum sententia fores, nisi inueteratū illud odiū in Ecclesiā Romanam, eiusq; caput, Pontificem Maximum, Petri Apostoli primi Pontificis Romani legitimum successorem, ac CHRISTI Domini in terris Vicarium, adeo te excēcarer, vt omnia ipsius mandata, atq; decreta, etiā ad Fidem nulla ratione pertinentia, quale est hoc noui Calendarij præceptum, occasionem obterendi, calumniandi, & funditus euertendi, si potes, auidissime, vnde cunq; potes, arripias. Hæc cum ita sint, pudeat te necesse est, (si tamen est aliquis relictus pudori locus) quod tam audacter in Examinis tui iuscriptione omnes Mathematicos prouocaris, ut ad illud respondeant, nisi Impostores, & publicæ pacis in S. Romano Imperio turbatores haberi velint: aut si respondere nequeant, (quod omnino tibi persuadebas) vt se nimis temerario applausu, & præcoci consilio, hoc Calendarium collaudasse, atq; passim ad recipiendum persuasisse, ingenue pro communis Patriæ salute agnoscant. Ita. n. arbitror tuis inepitijs, & calumnijs hoc responso esse satisfactū, vt nouis cauillationibus nullus iam videatur relictus locus, nisi quis è medio tollere velit omnē Calendarij vsum, in quo Cyclus decennouennalis adhibetur, & in quo anni, ac menses per dies integros, neglectis horis, earumq; fragmentis, dinumerantur, vt pote ad captum vulgi, & ad quotidiana hominū commercia accommodati: quod neminem sanæ mentis sibi persuadere posse existimo. Hoc constare puto omnino ijs, qui tuum Examen legerint, & meam Apologiam perpenderit diligentius, te nihil nobis obijcere, quod non antea cognouerimus, aut quod Calendarium Gregorianum labefactare possit: quippe cum aliud nihil ostendas, quàm æquinoctium nerum non semper in die 21. Martij, si nostra æquatio adhibeatur, persistere posse: quod nunquam negauimus: cum fieri nulla ratione posse sciamus, ut vlla æquatio æquabilis, & vniformis id præstare queat, ob verorum motuum inæqualitatem.

LIBRI SECVNDI FINIS.





# A P P E N D I X

Q V A

## ANTONIVS POSSEVINVS

### E SOCIETATE IESV

DEFENDITVR,

*Et summa totius Apologia explicatur.*



**V**IX dum meam hanc Apologiam prelo commiseram, cum de repente è Germania ad me perfertur alter libellus Mæstlini, quem Defensionem inscribit alterius sui Examinis, quod præmanibus habemus, & non omnino indiligenter examinavimus. Occasionem huius Defensionis in vulgus edendæ captavit ex scripto quodam (ut ait) Antonij Posssevini Iesuitæ, qui eum hoc ipso nomine, quod in Calendarium novum inuectus esset, perstrinxit, multò tamen leuius, quam res postulabat. Quod ita agere tulit adversarius, ut operæ pretium duxerit. (Tantum apud eum potuit iracundia, & vlciscendi libido) proprio libello edito scriptam illud Posssevini incredibili sanè maledicentia exagitare, bonumque eius viri nomen, atque existimationem profusè obterere. Audaciorè quoque eum fecit ad hunc libellum excudendum, diuturnum nostrum silentium. Cum enim toto proximo et apso biennio viderit neminem, qui eius Examen conuelleret,

Alius libellus Mæstlini, quo alteri hoc sive Examen defendere conatur adversus Posssevini, & alios, qui eius rationes recitare conantur.

tere, aut labefactare ausu; sit, tanta ei audacia accessit, ut denudò omnes petulantissimè ad respondendum prouocet, planeque sibi persuadeat, neminem fore, quicumque sit, & quantuscumque ipse sibi uideatur Mathematicus, qui eius demonstrationes refutare queat. Quæ omnia ex eius Defensionis initio liquidò constare possunt, quod hic ad uerbù inferere placuit, ut omnes uideant, eum in maledicendo, & in suis com mentis ad sidera extollèdis semper sui simillè esse. Ita igitur Defensionè suam aspiciatur.

*B I E N N I V M* est elapsum, quo alterum meum *Astronomicum Examen Noui Gregoriani Calendarij publicau*, quo, *omissis omnibus alijs Questionibus, & Disputationibus* receptionem eius impedire ualètibus, unicum illud, & quidem præ reliquis primarium, & fundamentale Pontificiorum argumentum discussi dicentium: Quòd nouum Gregorianum Calendarium tanta perfectiōe sit reformatum, & absolutum, ut in eo omnes veteris Calendarij, multiplici imperfectiōe laborantis, errores non modo sint sublati, sed etiam futuro tempore tanta prouidentia prospectum; ut calculus ipsius nullo unquam seculo, usque in *PERPETVVM*, ulli mutationi obnoxius sit futurus. Illo igitur meo examine ego ex ipsis sonitibus, ex quibus tota hac quæstio desumenda, & decidenda est, demonstrari, Nouum istud Gregorianum Calendarium hac commendatione nequaquam esse dignum. Ipsum enim omnibus, & singulis ijs partibus, quibus quàm rectissimè reformatum uel esse debebat, uel esse putatur, innumeris modis tam uitiosum deprehendi, ut nihil quicquam in ullo Calendario reprehendendum occurrere possit, in quo hoc Gregorianum non etiam deficiat. Quam ob causam ipsum potius *COLLVIES OMNIVM ERRORVM*, quam reformatio discendum erat, propterea quòd in ipsum, uel in sentinam, omnes omnium Calendariorum errores turmatim confluunt. Inde certitudine Astronomicarum rationum fretus & stipatus, uniuersos Mathematicos, qui uel primùm consecrunt Calendarium istud, uel hætenus defenderunt, audaciter ad respondendum prouocare non sum ueritus, &c.

*Q U O D* meū Examen simul atq; in publicū exiit, sicut Pontificiis, præsertim quibus Nouum Calendarium arridebat, inexpectatissimum fuit: ceriò enim sibi persuaserant, nouam istam suam creaturam nullius labis insimulari, nedum conuinci posse: ita illi ipsi præcoci censura miris modis in seipud sese exagitare ceperunt, quasi ego solus, præ doctissimis, & celeberrimis nescio quibus Mathematicis, noui uestri Calendarij auctoribus, & approbatoribus, mihi ceu solus sapere uideri uelim. Hinc ipsi sibi omnino promiserunt, mihiq; minati sunt, meas illas demonstrationes pro dignitate acceptas, & ex ipsis fundamentis, ad que ego ( ipsorum iudicio ) indolèntè prouocauerim, solidè refutatas iri. Sed quid sit t̄ Tanrum inuicte ueritatis robur est, ut istorum hominum uocibus, ceu imbellium canicularum latratu, non modo non succumbat, sed etiam ultrò aliquem, qui paribus uiribus congregiatur, prouocet, & prodeuntem cum de siderio expelles: Sis ergo dicti mei Examinis refutationem nequaquam

Mutatus non  
uult, Calendarium  
nouam dicti præfati  
perpetuam et  
sua collationem om-  
nium errorè, qui  
in illo Calendario  
occurrere possunt.

pauidus, sed forti animo expello. Verum mihi huius toto hoc bicentio ut  
 deo, unico scripto cuiusdam Iesuita Antony Possenini excepto, cog, et  
 mox demonstrabo, ineptissimo. Anni quidem spatium elapsum est, quo  
 ex quorundam relatione accepi, esse alicubi nonnullos, qui refutationem  
 aliquam non modo meditati sint, sed iam tum prelo typis excudendam  
 commiserint: At nec illa, toto hoc tempore, diligentem etiam habita inquisi-  
 tionem, ad me fertur. Ipsi ergo dum moras moris neclendo prodire in  
 lucem subterfugiant, tacite testantur, se in conscientia sua conuictos ve-  
 ritati refragari non posse. Nam nisi malam fouerent causam, cur ex  
 toe ipsorum peritissimis, sapientissimis, & eruditissimis totius orbis Chri-  
 stiani Mathematicis, (sicut Busaeus Iesuita Moguntinus thesi 170. Dis-  
 putationis sua iactanter refert) vel (si modo Papa Gregorius xiv. in  
 Bulla verum dicit) ex harum rerum peritissimis, quos ipse Papalonge an-  
 te ex primarijs Christiani orbis nationibus delegerat, & qui multum tem-  
 poris, & diligentia ad eam lucubrationem corrigendi Calendarij adhibue-  
 runt, ne unicus prodiret, qui noui Calendarij rationes explicet, eiusq; cau-  
 sam seruo agat. Sed iam ceteri, quam etiam ij, quos ego illo meo scrip-  
 to vel oblique vel nominatim prouocando citavi, tacent. Quin immo  
 ex fide dignis hominibus accepi, quod etiam ille Mathematicus, quem  
 pag. 2. mei Examinis perstrinxi, veritate victus in meam concesserit sen-  
 tentiam. Hoc idem ab alijs quibusdam fieri audio, qui licet Pontificia  
 Religionis sint addicti, aperte tamen consentunt, quod illius mei scripti de-  
 monstraciones a nemine, quicumque sit, & quantumcunque ipse sibi videat-  
 ur Mathematicus, refutari possint. Adde & illud. Per fide dignos iri-  
 dem mihi nunciatum est: quendam nescio qua magis aduersus meam personam,  
 quam scriptum, corruisse, sed ea, vs futilia, & publicatione indignissima,  
 esse Superiorum auctoritate suppressa.

QVARE mei illius Examinis demonstraciones immota adhuc stant,  
 nec insultibus istorum languescunt. Contra vero nouum Calendarium  
 in omnibus suis partibus totum manet imperfectum, mendosum, vitiosum.  
 Quod cum sit, quo, quaso, nonitatis amore, seu potius furoris oestro fa-  
 scinati vel agitati Pontificiorum tam Mathematici, quam alij, peragunt  
 istud suum vitiosissimum Calendarium toti orbi, sub falsissimo exquisitissima  
 & perfectissima Reformationis nomine tam magnifice commendare, vr-  
 gere, & obtrudere? An hoc non est data opera totum Christiani-  
 anum orbem ludere. & ceu seruum pecus tyrannice subigare, atque  
 pessundare?

NONNE videtur miles iste gloriosus iam parva lætus victoria ca-  
 nere triumphum? Miror equidem, vehementerque miror, eum pos-  
 se tam e'ato esse animo, ut præ se, non dicam omnes totius orbis Ma-  
 thematicos contemnat, sed arbitretur, neminem reperiri, qui cum il-  
 lo paribus uiribus congrediatur. Aut enim necesse est eum superbię  
 spiritu inflatum veritatem ipsam nolle aspiceret, aut (quod eius Examen  
 declarat) ceremoniarum Ecclesiasticarum, quibus ad hoc usque tem-  
 pus in toto Christiano orbe Pascha celebratum est, prorsus ignarum

esse, atque expertem; cum contradicendi cupiditate excecatus ineptias suas, quas contra nouum Calendarium affert, non videat. Sed efficiam fortassis, vt ad suos cognoscendos errores tandem oculos aperiat, aut certe, qui in hoc negotio per se nihil vident, cęcum haudquaquam sequantur Duce[m]. Euidenter enim hac mea Apologia ostendi, cur Calendarium nouum Gregorianum dicatur Perpetuum, & nulli unquam mutationi obnoxium, meritoque hoc nomine esse dignum, quicquid interim ipse fremat. Quod si cognoscere desiderat, (cum enim profus hoc non intellexisse, clamat eius Examen, & hic libellus.) legat Caput 5. lib. 1. & caput 4. lib. 2. huius Apologię. Quod autem exprobat, Calendarium nouum esse colluuiem omnium errorum, qui in vltimum Calendarium cadere possunt, quis non intelligit, id eum odio tum in omnes Catholicos, tum p[re]sertim in Pontificem Romanum Christi Vicarium, dixisse? Si enim vnum aut alterum errorem nouo Calendario obiecisset, suspicari quispiam fortasse posset, non omnes profus errores ex eo sublatos esse: Nunc autem, cum omnia in eo vitiosa esse proclamer, quis credat, eum sincero, & candido animo esse locutum? Sed conferamus, quęro, nouum Calendarium cum veteri, ut neminem latere possit, Męstinum non veritatis amore, sed (quod ipse de nobis p[re]dicat) furoris oestro fascinatam, vel agitatam Calendarium Gregorianum insectari, appellareque omnium errorem colluuiem, perinde ac in id, velut in fontinam, (vt ipse ait) omnes omnium Calendariorum errores turmatim confluant. Quid si omnes ex eo errores, quantum per Cyclum licuit, sublatos esse demonstremus? In uetere certe Calendario æquinoctium continenter sedem sibi p[re]stitutam deferens versus mensis initium progrediebatur, ita vt annis proximis ante correctionem decem totos dies à propria sede abscesserit. Neque hic finem sui progressus statuebat, sed quotidie maiora is capiebat incrementa: Neque vero vlla spes erat, vt in suã sedem aliquando sponte sua reuertetur. In nouo aut Calendario æquinoctiũ die 21. Martij, quę ei sedes tributa est ab antiquis, contingit. Et si accidat, vt id ab eo die, propter verorum motuum instabilitatem, aliquando recedat, hic recessus non ad 10. dies, vt in antiquo Calendario, sed ad summum ad duos aut tres dies excrecere potest, & vltro, ac sponte, nullo alio adhibito remedio, ad 21. diem redit, etiam post 20000. ann. ut lib. 1. ostendimus. Deinde in Calendario antiquo aureus numerus Lunas XIIII. Paschales exhibebat multo serius, quam res ferebat, ita vt oppositio secundum Cyclum, siue Luna xv. plerunque per quadriduũ oppositionem mediam subsequeretur, nunquam autem Luna XIIII. in ipsam mediam oppositionem incideret, nedum ipsam vno die anteciret: quod recta Cycli dispositio in Calendario requirit. At nouum Calendarium hunc errorem non ferendum ita emendauit, ut Luna XIIII. Paschalis fermè semper vno die p[re]cutrat mediã oppositionem, vel in eandem incidat, vel denique non multo post contingat: quo quid accuratius in Cyclo ullo potest desiderari? Ex duobus veteris

Ca.

Calendarium nouum  
iure dici Perpetuum,  
& non esse  
colluuiem omnium  
errorum, qui in  
vltimo Calendario ex  
cere possunt, vt  
vult Martinius.

Veteris Calendarii  
erroris, qui in  
omni, quanto per  
cyclo licet, labile  
est fuit.

Calendarij erroribus, quos commemorauimus, & in nouo Calendario sustulimus, sequebantur alij duo errores, ijque grauissimi. Primum enim ijs annis, quibus Luna xiiii. secundum aureum numerum incidebat in diem 11. Martij, vel 20. vel in aliquem inter eos interiectum, (quod quidem accidit, quotiescunque aliquis horum aureorum numerorum, 3. 6. 8. 11. 14. 19. currebat, nimirum sexies in omni decennouénali annorum spatio) reiectum semper est Pascha ex primo in secundum mensum. Deinde quoties Luna xiiii. aurei numeri in diem Dominicum, vel diem Lunæ, aut Martis, Mercurijve incurrebat, toties Pascha quarta hebdomada, hoc est, Luna xxij. vel xxij. vel xiiiiij. vel xxv. celebratum est: propterea quòd Luna xiiii. veteris Calendarij, in cælo erat Luna feruè xvij. ac proinde quando Pascha quadriduo, aut maiori spatio ab illa xiiii. Luna aberat, incidebat necessario in Lunam xxij. aut post. Qui omnes errores cum ex nouo Calendario, quantum per Cyclum licuit, sublatis sint, vt mea hac Apologia demonstrauit, quæ est tanta Mæstlini impudentia, ac temeritas, ut demersus ipse in omnium errorum colluione, ac sentina, Calendarium nouum Colluuiem omnium errorum uocare non uereatur? Ipse certè id nullius erroris conuincere potuit, (quamuis magnificè se hoc effecisse iactet) nisi errorem dicere uelimus, calculum noui Calendarij uero motui Solis, atque æquinoctij non omni ex parte congruere. Præter hoc enim in toto suo Examine prorsus aliud nihil probat. Verum non esse necessarium, immo neque fieri posse, vt ullum Calendarium, in quo regulæ populares proponendæ sint, atque Cyclus describendus, ueris respondeat motibus, satis superque ex ijs, quæ a nobis demonstrata sunt superioribus duobus libris, apparere potest. Verius igitur quis Examen eius atque hanc Defensionem aduersus Possesiuum editam non solum colluuiem errorum dixerit, sed etiam officinam omnium inendaciorum, quibus nouum Calendarium Gregorianum peti, & oppugnari potest.

**PROSEQUITVR** deinde aduersarius uictoriam suam, atque triumphum, dicitque nobis fuisse inexpectatissimum eius Examè: quippe cum responsum ei quidem. minemur, nemo uero nostrum id adhuc ediderit. Quasi uerò solida aliqua ratione Calendarium nouum euerfisset, ita certò uictoriam sibi promittit, cum tamen omnia, quæ in Examine suo arma profert, id tantum conuincat, (ut paulo ante diximus) æquinoctium, adhibita noui Calendarij æquatione, uero æquinoctio non omnino respondere: quod nemo unquam negauit. Neque ulla æquatio equabilis, atque uniformis institui potest, quæ cum ueris motibus exquisitè congruar, vt copiose lib. 1. demonstrauimus. Quòd si fortè eiusmodi æquationem reperiri posse contendat, eam condat ipse Mæstlinus, suo illo laborioso ingenio, vt intelligamus, non sine causa nouum Calendarium ab eo esse reprehensum. Sin autem nullo id modo fieri posse fateatur, fateatur quoque, nouum Calendarium hoc nomine temerè a se oppugnatum, & ueteri posthabutum. Quid enim?

Quod Pascha 2  
ueteris Calendarij  
uel in secundo mēse  
uel post Lunam  
xxi. contra Patrum  
decreta, celebrata  
sit.

Mæstlinus quid  
suo Examine pro  
bat.

Scripto Mæstlini  
in Calendarij esse  
colluuiem omnium  
errorum, & offi  
cinam omnium  
mendaciorum.

Mæstlini solum  
probare, Calenda  
rij noui non om  
nino ueris motibus  
congruere: quod  
ad rem non facti,  
& a ueritate sepa  
rat.

Num Calendarium uetus, quod tantopere laudas, Mæstline, & huic no-  
uo omnibus nominibus præfers, ita ad verum motum conformatum  
fuit, vt ab eo nunquam dissenferit? Certè si per capitale odium, quod  
in Ecclesiam Romanam habes, verum fateri tibi liceret, nunquam nega-  
res, nouum Calendarium propius ad verum motum accedere, quam  
vetus. In veteri enim æquinoctium diem 21. Martij sibi præstiru-  
tum ita deseruerat, vt ad eum reuerti nullo modo potuerit, nisi 10. dies  
ex anno fuissent detracti. In nouo autem, etsi ab eo die aliquanti sper-  
euageretur æquinoctium, sponte tamen aliquot elapsis seculis ad eum red-  
dit, nullo alio adhibito remedio. Taceo de Lunationibus circa corre-  
ctionis tempus, quæ in veteri Calendario a Nouilunijs ueris toto qua-  
triduo, & eo amplius, differebant: quod de Lunationibus Calendarij  
nouij dici non potest. De eo autem, quod asseris, multos, etiam Ca-  
tholicos, in tuam sententiam cessisse, propterea quoddam testentur, se  
in conscientia sua conuictos ueritati refragari non posse, non multum  
laboro. Tu uideris, quam uerum hoc sit. Ego quidem causam, cur  
ad tuum Examen uerbo adhuc responderit, initio huius Apologiæ expo-  
si: quam ueram fuisse, non fictam, tute iam satis intelligere potes,  
cum tuum illud uentosum Examen hac nostra qualicumque Apologia  
elusum uides. Ac sanè non dubito, quin (quod tu de tuo Examine  
dicas) nostrum tibi responsum inexpectatissimum fuerit: quod tu falsè,  
& acutè (vt omnia) Elephantinum partum uocas. Quid agas?  
Elephas tantum animal parere cito non potest. Tardè Elephas parit,  
fateor, sed parit Elephantem: At tu cum paris, Calicem paris. Quid  
enim est aliud in scriptis tuis, Mathematicæ Tubingensis, præter mæ-  
dicentiæ aculeum, & iactationis tubam? quanquam non uereor, ne  
non noster hic Elephantinus partus maturus potius tibi, quam ferus uideatur:  
quem feram uide expectas, vt dicitis, habes iam, quod expectas.  
Tu uide, ne, mutata sententia, iam statuas, causam, cur tantopere  
expectares, non fuisse. Sed pergamus ad alia, & præcipua,  
adhuc Defensionis Mæstlinianæ capita expendamus.

TRIA sunt potissimum in illo scripto Possuini, quæ mirum in mo-  
dum Mæstlinum pupugerunt. Primum, quoddam Hæreticum eum nomi-  
nauerit. Deinde, quoddam asseruerit, gloriosam illam sui Examini inscriptionem  
satis ostendere hominis uentosum ingenium, ac proinde in  
eius scripti recessu multò minus esse, quam fronte promittat, ac pleraq;  
in eo putida esse. Deniq; confirmauerit, Calendarium noui astrui magis  
à Mæstlino, quam negari, confirmari, quam infirmari; quippe cum  
in Examine demonstrauerit, æquinoctium in utramque partem a die  
21. Martij recedere, atque adeo ipsum diem 21. quem Calendarium  
Gregorianum æquinoctio assignauit, medium esse quodammodo inter  
diem 19. & 24. ad quos usque euagari potest æquinoctium. Verum tria  
hæc uerissime a Possuino dici, nullo prorsus negotio clarissimè ostendimus.

PRIMUM enim Mæstlinum hæreticum esse, nemo qui illum no-  
rit,

Calendarij uetus  
uigis uerum mo-  
tibus discrepare,  
quam nouum.

Mæstlinus Calicem  
Paris.

Triâ potissimum  
in scripto Possuini  
ad Mæstlinum pu-  
pugit.

Mæstlinum hære-  
ticum esse.



rit, nisi forte hæreticus ipse sit, negabit. Nam ut taceam, quod plerique in Getmania sciunt, eum, quòd Vbiquetarius esset, pulsam esse Heidelbergam, Professio fidei, qua Mæstlinus in sua hac Defensione usus est, ut hæretici nomen vitaret, profecto est talis, ut si nullum præterea haberemus indicium, sua ipsum confessione iugulare possemus. Nam & Patrum traditiones respuit, & Sanctorum patrocinium contemnit, & soli fidei iustificationem ac beatitudinem tribuit: denique se Vbiquetarium, etsi non uerbo, at se profiteretur. Quo igitur ore hæretici nomen recusat, qui tot, tamque apertas hæreses tam studiosè suscipiat?

DEINDE verissimè Possesinum asseruisse, gloriosam istam Examinationis Mæstliniani inscriptionem satis ostendere hominis ventosum in genium, ac proinde in eius scripti recessu multò minus esse, quam fronte promittat, ac plerique in eo putida esse, hinc studiosus Lector facile cognoscat. Receperat Mæstlinus, se in suo Examine demonstraturum, atque in hac ipsa Defensione inaniter se demonstrasse iactat, omnia in nouo Calendario Gregoriano ita vitiosa esse, ac deprauata, ut uerius Colluuius omnium errorum, qui in ullum Calendarium cadere possunt, appellanda sit, quàm restitutio. Ad singula deinde descendens ait, neque æquinoctium rectè ad 21. diem Martij, per 10. dierum exemptionem, restitutum esse; neque id ad diem 21. conseruari posse, si æquatio in nouo Calendario præscripta adhibeatur; neque Epactas ritè suo fungi munere in Nouilunijs, & terminis Paschalibus monstrandis, tum ob vitiosam earum in Calendario dispositionem, tum ob earum æquationem perperam institutam; neque denique Cyclum antiquum Solarem, siue literarum Dominicalium perfectè esse æquatum ad literas Dominicales tempore Concilij Nicæni indicandæ. Verum ex his omnibus quid in uerbo illo Examine probauerit, liquidò colligi potest ex iis, quæ hac Apologia aduersus eum scripsimus. Abunde enim in ea omnes eius cauillationes, quas in hac Defensione gloriabundus repetit; resutauimus: ut propterea nihil addendum hoc loco uideatur; cum nec ipse noui aliquid contra Gregorianum Calendarium in sua hac Defensione attulerit. Hoc solum adijciam, quod & supra ostendimus; si totum eius Examen diligentius examinetur, competiemus nihil aliud in eo probari, quàm æquinoctij ad diem 21. Martij conseruationem per æquationem noui Calendarij, cum uero æquinoctio non congruere. Sed hoc & auctor Calendarij, & nos, qui ad anni restitutionem conuocati sumus, antequam Calendarium a GREGORIO XIII. Pont. Max. publicaretur, prauidimus, ut ex Compendio, quod quinquennis toto ante Calendarij emendationem ad Principes Christianos transmissum fuit, liquidissime constare potest. Cur enim in eo hæc uerba prope finem apponerentur, quod & Cap. 4. huius lib. diximus. *Restituitur itaque uerno æquinoctio ad eum locum, ex quo deciderat, atque hoc Epactarum Cyclo, qui ad quatuordecim que anni quantitatem accommodari potest, Calendario apposito, intercala-*

Quid Mæstlinus i suo Examine probare receperit ad uerba ueni Calædarum.

Mæstlinus nihil noui contra Calendarium in sua Defensione attulit.

Mæstlinus nihil noui in Examine Mæstliniani recepit, quod fronte promittat; cum solum probet, æquinoctium ad diem 21. Martij conseruari posse, ut supra ostendimus. Sed hoc & auctor Calendarij, & nos, qui ad anni restitutionem conuocati sumus, antequam Calendarium a GREGORIO XIII. Pont. Max. publicaretur, prauidimus, ut ex Compendio, quod quinquennis toto ante Calendarij emendationem ad Principes Christianos transmissum fuit, liquidissime constare potest. Cur enim in eo hæc uerba prope finem apponerentur, quod & Cap. 4. huius lib. diximus. *Restituitur itaque uerno æquinoctio ad eum locum, ex quo deciderat, atque hoc Epactarum Cyclo, qui ad quatuordecim que anni quantitatem accommodari potest, Calendario apposito, intercala-*

Ad Altera Calda-  
ri prouidit, &  
quationem anni  
Solario uno omni  
ex parte eorum mo-  
tu respicitur: ne  
propterea frustra  
cum Martiana i-  
solatur.

calationis, ratione, quam diximus, & eius Cycli æquatione adhibita, ita  
in posterum anni atque menses congruerent cum Solis ac Luna ratione, ut  
nulla deinde varietas, aut dissensio possit existere; quod si quando accide-  
rit, eadem hac via bellissime in suum statum docet posse restitui. Cur, inq̃,  
hec apponerentur, si arbitrari essemus, (quod per calumniā Mæstlinus no-  
bis imponit) nostrā æquationē a uero motu æquinoctij nūquā posse dis-  
sentire? Si item putauissentus, annum Alphonsinum, qui inter maximū,  
ac minimum medius est, perpetuo responsurum uero æquinoctio, ita  
ut nunquam alia æquatione, quam quæ a nobis præscripta est, indi-  
geret, quorsum, obsecro, hæc alia uerba ad calcem eiusdem  
Compendij adiecta essent a nobis? Quod si alicui Alphonsi calculi in-  
certiores esse uidebuntur, quam ut illis sciendum puer, potiusq̃, recentio-  
ribus adharendum existimet, is profecto intelliget, eam esse huius artifi-  
ciosi Cycli, tabulæ, Epactarum à Lilio excogitata dispositionem ac diges-  
tionem, ut nullo negotio siue Copernici, siue cuiusuis alterius calculis pos-  
sit aptari, si tabella æquationis ex illis confecta, pro ea, quam ad margi-  
nem scripsimus, substituat. ueluti hæc, quam exempli gratia a Coper-  
nici ratione non multum distantem apposimus. An uidemur tibi, Mæ-  
stline, hisce uerbis uoluisse, Calendarium nouum ideo Perpetuum dici,  
quod æquinoctium ita diei 21. Martij adhærescat, ut ab eo per no-  
stram æquationem dimoueri nequeat? Falleris profecto, si hoc putas;  
Qui enim hoc existimare potuissentus, cum liberum reliquerimus,  
ut æquatio siue ad annum Alphonsinum, siue ad annum Copernici, aut  
alterius cuiusuis institueretur? Sed idcirco Perpetuum diximus Cal-  
endarium, quod Cyclo in eo non mutato, æquatio institui possit ad  
quamcunque anni magnitudinem, facileque emendari, si à uero mo-  
tu longius abesse comperiat, ut latius Capite 4. libri 2. exposuimus.  
Quæ cum ita sint, non te pudet, nobis obiicere id, quod uirtrò concedi-  
mus, & confitemur? Cur tam impudenter nobis semper obiicis, No-  
uum nostrum Calendarium polliceri æquinoctij uerni reductionem in  
21. diem Martij, hac adhibita diligenti cura, ut ipsum ab illa die, uelut  
a propria & fixa sede, nunquam usque in perpetuum possit recedere;  
cum hoc nusquam nos dixisse, possis ostendere, nisi in eo sensu, quem  
de Calendarij perpetuitate exposuimus? Lapidem, Mæstline, (ut est  
in prouerbio) uerberas; tum quia inanem operam consumis, cum  
nihil aduersus nos proficias, tum quia te ipsum lædis potius, quā nos,  
cum omnes inde intelligant, te nodum (quod dicitur) in scirpo quæ-  
rere, & malitiose per calumniam Calendarium nouum infectari.  
An non est hoc in tui Examinis recessu multò minus esse, quàm fronte  
promittat? An non putidum deinde est, in Calendario nouo a te re-  
prehendi id, quod Ecclesia semper in Paschæ celebrate ex Patrū Cō-  
ciliorumque Decretis sanctè obseruauit? nimirum cum dicis, Pascha  
non esse celebrandum in Plenilunio proximo post æquinoctium, cum  
tamen hic mos perpetuo in Ecclesia uiguerit, & nullo alio tempore Pa-  
scha aptius posset celebrari, ut supra tum ex antiquissima Ecclesiæ con-  
suetu-

Cur Calendarij  
perpetuum dicitur  
Perpetuum ab eius  
adherione.

Multa in Examini  
ne Mæstlini parti-  
de esse.

suetudine, tum ex grauiſſimis Scriptoribus, qui de recta Paſchæ celebratione ſcripſerunt, comprobauimus: ut hac in re nimis apertè inſcriptionem tuam prodas. An non putidum eſt, te cauillari, ideò Calendarium eſſe a nobis reſtitutum circa finem anni 1582. potius, quam circa principium, ne Paſcha, quod in vetere Calendario legitime celebratum eſſe garris, in nouo non ritè celebraretur? Oſtendis proſecò, quàm bene uerſatus ſis in hoc negotio, cum toto ( vt dicitur ) erres celo. Paſcha enim eius anni legitimè fuiſſet, ex præſcripto Concilij Nicæni, ſi 10. dies initio anni exempti fuiſſent, quod contra Decreta Patrum, eiuſdemque Concilij in vetere Calendario in quarta hebdomada non ritè celebratum eſt, ut Cap. 3. lib. 1. demonſtrauimus. Verum ita tibi in hac putida doctrina places, ut non te pudeat in iſta tua Defenſione iactare. ueritatem tum de cæteris Calendarij noui erroribus, tum præſertim de hoc, ut in Paſchæ feſto anni 1582. in nouo Calendario commiſſus eſſet, agnitam, ſudem nobis eſſe in oculis.

Reſponſo hæc  
trabs ſi Muſtino  
in oculis.

Sed uide ne hæc ipſa reſponſio mea, ne dicam tota Apologia, qua plane te ignarum eſſe harum rerum conuici, trabs tibi ſit in oculis futura. An non putidiſſimum eſt, quòd exiſtimas Lunam XI II. à plenilunio non diſſerre, cum hoc ſit contra omnium Patrum, Conciliorumque doctrinam? An non putidum eſt, docere contra totam ſcholam Mathematicorum, æquinoctium uerum poſſe a medio diſtare toto quadriuo, atque adeo medium ſibi uendicare diem 23. Martij, uerumque ad diem 27. poſt aliquot annorum ſecula prolapſurum, cum huic rei calculus ad annos 20000. extenſus apertiffimè repugnet? An denique non putidum eſt, tam audacter Epactarum æquationem oppugnare, cuius fundamentum, radicemque proſus ignorasti, ut ex iis, quæ cap. 7. lib. 2. ſcripſimus, liquet? Silentio prætereo, te neque æquationem Epactarum, neque Cycli Solaris ex propriis ( ut Philoſophi loquuntur ) oppugnare: quippe cum probè intelligas, neutram earum conuenientius potuiſſe inſtitui. Id ſolum conuincis, æquationem æquinoctij non congruere exquiſite cum æquinoctio uero annorum præteritorum: quod contra nos non facit, ut ſupra oſtendimus cap. 7. lib. 1. Certe ut utramque æquationem conuelleres, oſtendendum tibi eſſet, neutram earum annis futuris reſpondere: quod neque effeciſti, neque unquam efficies. Nam id in Cyclo Solari nec tentaſti quidem, in Epactis uero, quàm feliciter tibi res ſucceſſerit, iudicabunt ij, qui Cap. 7. lib. 2. meæ Apologiæ attente perlegerint.

POSTREMO Poſſeuinum uerè ac rectè affirmare, Meſtlinum, licet inuitum, ac non cogitantem, magis confirmariſſe Gregorianam emendationem, quàm inſtirmaſſe, perſpicue ex ijs apparet, quæ lib. 1. cap. 5. 6. & 7. a nobis conſcripta ſunt. Cum enim Meſtlinus oſtendat, æquinoctium noui Calendarij à die 21. ſibi præſtituto euagari modo; ad diem 19. modo ad 24. ( Nam quòd aſſerit, id ad 27. uſque diem decidere poſſe, calumnia eſſe, & omnino falſum, eodem illo in loco confirmamus

Muſtino, cū pro  
bit, æquinoctiū  
nō ad diē 19. nō  
ad 24. recedere u  
21. Martij, cōfir  
mare æquinoctij  
æquationem Cal  
endarij an nō.

mus

xius) adeo ut dies 21. medium quodammodo locum teneatur inter extremos dies recessus; quis dubitabit, aptissime institutam esse equationem æquinoctij, cum id in medio recessus in utramque partem ita conferuet, ut post 10000. annos adhuc ad diem 21. sinapte sponte reuertatur? Qui plura hac de re desiderat, legat eadem illa cap. 5. 6. & 7. lib. I. huius Apologie.

Cur et reliqua ca  
pita de tribus  
Mæstlinianæ non  
respondent.

RELIQVA Mæstlinianæ huius Defensionis capita persequi non est animus, cum in ijs solum ea argumenta repetat, (& quidem innumeris adiectis maledictis, atque irrisionibus, cum non semel iactabundus nobis insultat, neminem nostrum illi responderi ausurum, immo nec posse respondere. Tantum sibi inflatus iste Tubingensis Mathematicus arrogat.) quæ in Examine proposuerat: quibus videor plene ac cumulata satisfecisse superioribus duobus libris. Ex eius porro conuiciis, & contumeliis, quibus omnes eius paginae, ne dicam, periodi, sunt refertæ, facile conuicere licebit, quo animo Mæstlinus Calendarium nouum Gregorianum tam iracundo, & impotenti animo insectatus sit; num videlicet studio, atque amore veritatis, an potius odio Pontificis Romani, & vniuersæ Ecclesiæ Catholicæ, atque Orthodoxæ, id fecerit. Equidem in ea sum sententia, ut existimem, eum Calendarium eadem rabe exagitatum fuisse, etiamsi in eo veri omnino motus spectati fuissent, atque obseruati, aut quocumque tandem modo restitutum id foret; hoc solo nomine, quoddam Pontifice Romano editum esset, & toti orbi Christiano, ut reciperetur, ab eodem propositum. Tum enim uerò (nec sine causa) exclamasset; Impositores nos esse, ac publicæ Pacis in S. Romano Imperio turbatores; quippe qui Ciuiles annos, qui æquales esse debent, & ad vulgi captum accommodati, quibusque Ecclesiæ vniuersa tam Orientalis, quam Occidentalis iam inde ferme ab initio ad nostram usque ætatem semper vsa est, uiolenter extrudimus, ac pro eis annos inæquales per uim intrudimus, quos necesse est mirandum in modum commercia, conuentionesque humanas conturbare. Quod sanè illum facturum fuisse, ambigi non potest. Si enim, quando annum æqualem in Calendario retinimus, qui omnibus hominibus, ob antiquissimum eius usum, notissimus est, Impositores nos uocat; quid obsecro facturus fuisset, si in Ecclesiam nouum annum, eumque instabilem, maximeque inæqualem inuexissemus? Desinat ergo insidiosè nobis consilium dare, atque identidem inculcare, nos debuisse per nouas obseruationes, nouas easque perfectissimas tabulas prius extrudere, quam Calendarium emendare; ut nimirum (ut ipse ait) confidentius de perpetuitate nostri Calendarij gloriari poruissemus. Hæc enim res maiorem ei præbuisset occasionem nobis insultandi, tanquam qui excellentissimorum Astronomorum obseruationibus

Mæstlinus est  
Calis  
relyngent,  
quocumque modo  
duplicem offic.

Mæstlinus in  
se abbas laudat,  
ut perfectas tabu  
las construat,  
ut nostri Calis  
relyngent  
proponit.

nibus relictis, proprias, nullaque adhuc experientia confirmatas, ad rem grauisimam, cuiusmodi est Calendarii restitutio, adhereremus. Adde, quòd nulla tunc ratione perpetuum fuisset futurum Calendarium. Vt enim possit esse perpetuum, non debet ullis tabulis Astronomicis ita addici, & astringi, vt ab eis nulla in te vnquam dissentiat. Nullæ enim tabulæ ad hunc usque diem, conditæ sunt, uel à peritissimis Astronomis, neque uerò condi possunt, de quarum diuturnitate multum nobis possimus polliceri, propter motuum cælestium periodos nondum planè perspectas, ut Cap. 4. lib. 1. docuimus. Sed tum demum poterit esse Perpetuum, quando cyclus in eo descriptus omnes dies totius anni replet, ut æquatione debita suis temporibus adhibita, ad omnem anni magnitudinem possit accommodari, nulla profus in eo mutatione facta: cuiusmodi esse nouum Calendarium Gregorianum, superioribus duobus libris perspicuè demonstratum est.

HABES igitur, Mæstline, qui tuis ineptiis (quidni enim ineptias dixerim, cum omnia tua argumenta ex mera ignorantia eorum, quæ de recta Paschæ celebratione Patres, Conciliaque sanxerunt, profisciscantur, ac proinde merè nugæ sint) tandem aliquando responderit: quod neminem facturum esse, tibi penitus persuadebas; proptereaque responsionem hanc ridibundus Elephantinum partum in tua Defensione uocabas. Respondi autem unus ego, ex omnibus, qui præclaro huic correctionis operi interfuerunt, non quòd plus in me ingenij esse sentiam, quam in aliis, sed quia ita illis visum est, quibus non obtemperare nefas puto. Erexit præterea me ad hoc qualecunque certamen libentius inuendū, bonitas causæ, & veritatis amor, vt Calendarium nouum quiuiss, modo Astronomiæ profus ignarus non sit, & computum Ecclesiasticum uel mediocriter calleat, a canino tuo allatratur nullo possit negotio defendere, ac tueri. Atque in hac sane responsione libenter ab illis uerbis abstinuissim, quæ de interdum remordent, et atque repungunt, nisi loquacissima, et atque adeo impudentissima tua maledicentia, qua nullum conuicium, nullum uerbum contumeliosum prætermittis, quod uel in Summum Pontificem, uel in nos, qui eius iussu Calendarium restituimus, non euomas, me (hominem alioquin & natura, & instituti mei ratione ab hoc genere dicendi alienissimum) ad illud faciendum coegisset. Certè si modestè difficultatem, si quam habebas, proposuisses, tanquam is, qui aliud nihil exoptet, quam de iis rebus, quas nescit, instrui, modestiq, & uerecundiæ cancellos, ac limites transgressus es, & instar militis cuiusdam gloriosi de nobis per sexcentas contumelias, atque opprobria triumphum agere præ te tulisti, quasi iam uictoria tibi parata esset, non potuimus audaciam istam tuam, et atque

Calendarium ad  
pode esse perpe-  
tuum, si emta que-  
bitas tabulis  
Astronomicas ad-  
heretur.

in otto te resp-  
dit. quæ uerba  
perpetuum esse  
potebat. quæ  
uicibus quæ  
perpetuum esse  
potebat.

Chr in hac Apo-  
logia a uerbis a-  
pocryphis non  
penitus abstinca-  
tur.

si Mæstline mo-  
dero Calendarium  
opprobriis, inuic-  
ditæ et insulæ re-  
spondim.

arrogantiam pro dignitate non accipere: quoniam quam male-  
dignitia non certamus, qua omnes abs te facile superantur; sed  
tantum intolerandam audaciam, uerborum grauitate retundimus: ita  
tamen, ut modestiæ Christianæ memores semper simus.

**Q**UÏS porrò tu es, qui ex angulo orbis terræ, & Tubingæ  
latebris emeris; tam insolenter uniuerso Christiano orbi te op-  
ponis; & euertere conaris id, quod Imperator Romanus, om-  
nes Reges, Principesque Christiani, qui Ecclesiæ Catholicae ve-  
ri filij sunt, omnes Resp. celebrioresque Vniuersitates, Roma-  
num Pontificem unanimi consensu adhortati sunt, ut quam pri-  
mum confisceret? Pudeat te (si quid pudoris in te reliquum est)  
insignis tuæ impudentiæ; qua toti terrarum orbi infestiam tuam;  
ne dicam subitiam, prodidisti. Nonne satius fuisse, silentio  
Calendarij nouum cum toto orbe Christiano admittere; & am-  
plecti, ne mortales omnes præ te contemnerent; perinde ac si so-  
lus sciperes, videreris? præsertim tui Calendarij nouum tuæ  
falsæ Religioni, in qua pertinax uiuis, & propter quam tantum  
bellum contra nouum Calendarium suscepisti, nulla in te aduer-  
setur? Sed dices, Calendarium hoc innumerabilibus esse refer-  
rum erroribus, & veritati Astronomicae penitus repugnare: quod  
ferendum non erat. Quibus autem erroribus? His opinor, quos  
non semel commemorauimus. Primum, Aequinoctium per æqua-  
tionem in Calendario præscriptam non retinetur in die 21. Martij,  
ad quem reuocatum est, sed ab eo liberè in utramque partem eu-  
agatur usque ad diem 19. & 24. quoniam ad 21. diem inte-  
rim redeat. Deinde Nouilunia per Epactas ferius, quam oportet,  
monstrantur, ac proinde contingere potest, etsi raro, ut  
Pascha in quartam Lunaris mensis hebdomadam reiciatur. Ter-  
tio Pascha nonnunquam ex primo mense in secundum, uel in duo-  
decimum transfertur; licet raro etiam id fiat, nimirum quando  
Luna xiiii. Paschalis diem 21. Martij antecedit, subsequi-  
tur autem diem, quo æquinoctium contingit, uel in eundem inci-  
dit; si forte æquinoctium verum ante diem 21. accidat: uel quan-  
do æquinoctium diem 21. Martij insequitur, Luna uero xiiii.  
Paschalis idem æquinoctium anteuertit; dummodo ante diem 21.  
non reperitur. Quarto Paschæ dies agerur interdum, etsi rari-  
ssimo, in ipsa Luna xiiii. ante Plenilunium, siue Lunam xv.  
Ad hos enim quatuor errores omnia, quæ Calendario nouo ue-  
re a te obiciuntur, uel a quoquam alio obici possunt, reuoca-  
re licet: neque ipsum alterius errati unquam conuincens, etiamsi  
omnes machinas adhibeas. Verum quatuor hi errores (si erra-  
tum dicendum est, quod non temerè, sed necessario admitti in-  
terdum debet) in nullo Calendario, quod per Cyclos, & re-  
gulas capru faciles, atque uniformes (ut par est) instituitur,

Metius Topu  
gamo Calesta  
sori orbi Chri  
stano se oppo  
re.

Quatuor erroes  
Calendarij noui,  
qui ueris nullo  
modo possunt, quo  
casque modo isti  
tuatur Calendarij

Metius, prater  
4 illa, quæ  
non sequuntur,  
nullus erroris  
Metius etiam  
etiam

Metius, prater  
4 illa, quæ  
non sequuntur,  
nullus erroris  
Metius etiam  
etiam



uitari possunt. Quod enim ad primum attinet; si æquinotium certo cuidam diei assignari debet, ut termini Paschales statim ac certi præsumantur, quod omnino in anno Civili, ac Politico necessarium est, quis est, qui non videat, æquinotium verum ob eius irregularem, irregularemque motum posse diem illum æquinotium præstitutum modo antecedere, modo subsequi? Quin immo, etiamsi motus æquinotij foret æqualis semper, atque uniformis: incommensuratum tamen hoc utari nulla ratione posset, propter annos communes, ac bissextiles, ut supra demonstravimus. Hunc autem errorem tertius necessario comitatur, ut manifestum est. Error deinde secundus omnino admittendus est in omni Calendario, in quo Cyclos Lunarum rectè dispositus sit; ne accidat aliquando, Nouilunia Cycli coniunctiones Luminarium in cælo factas anteire, ac proinde crebrius in quartum errorem incidatur; cum nec sic quidem in nostro Calendario effugere possimus; quin aliquando (multò tamen rarius, quàm in antiquo Calendario circa Concilij Nicæni tempora) Pascha nostrum in Lunam XIII. incidat. Itaque nonne longe prudentius fecisses, si hosce errores necessarios, immo & alios, si qui fortè irrepsissent, cum Christiano orbe uniuerso dissimulasses: quandoquidem multò maiores, magisque insignes in ueteri Calendario errores cum Ecclesia tolerasti, neque propterea tamen turbatio aliqua in Imperio, aut Repub. ulla consecuta est. Sed tu tantquam clamosus rabula, tragædias excitas in nugis, ut aliquid agere, ac dicere uidearis.

QVAE cum ita sint, quis erit, Mestline, tam prociectè audaciæ, præter unum te, qui nouum Calendarium carpere audeat, eò quòd uitata in eo non sint, quæ nullo modo possunt uitari? Nec uerò dubito, quin ob innatam tibi arrogantiam Calendarium nouum post hoc meum responsum iterum inuasurus sis, ne uicidius & causa cecidisse uidearis: quanquam ueritatis auctoritatem apud te tantum ualere scitè, ac simulatè asseras, ut ei lubentissime celsurus sis, si quis ex fontibus huius negotij te aliud docuerit. Sed ut omnia moltaris, ut tenebras ueritati uindicque offundere coneris, nihil ages, nihil efficias. Ipsa per se ueritatis lux omnes demum tenebras excutiet, quanquam quid dico? Ita discussa est superior illa omnis caligo, quam tu mentibus hominum obieceras, ut nullus iam sit nouæ caligini locus, diluxit, patet, cernuntur omnia. Nihil admodum uero officere poteris, etsi tantquam Cæcias nubes trahis. Verum si Calendarium Gregorianum denuò oppugnare uis, atque euertere, demonstrandum tibi erit, aut in eo alios errores, præter quatuor nuper enumeratos, reperiri, cum quatuor illi deuitari nequeant; aut frequentius Ecclesiam in eos incurrere in nouo Calendario, quàm in ueteri;

Quid Mestline  
hæc sit. Cal  
daria ueni  
tut.

aut certè, si neutrum illorum consequi ualeas, ut plane persua-  
sum habeo, conficiendum abs te erit Calendarium, quod omnib.  
profusus careat labe, dummodo in eo annus Civilis (quod caput est)  
usurpetur, & Cycli ab Ecclesia uisitati adhibeantur: quod ad Calendas  
Græcas te facturum speramus. Forti igitur animo sis, & ad tam præ-  
clarum facinus audendum manus admoue.

HIC RHODVS, HIC SALTVS.

FINIS APPENDICIS.



DE COMPUTO  
ECCLESIASTICO  
LIBER TERTIVS.

P R A E F A T I O.



**Q**VONIAM superioribus duobus libris non solum calumnijs Maslini satisfacimus quam cumulatissimè, verum etiam rationes, ac fundamenta restituti Calendarij vberime exposuimus, non erit à nostro instituto alienum, si tertio hoc libro, ac postremo regulas nonnullas proponamus, quibus omnia, quae in Calendario Gregoriano continentur, mira facilitate memoriter, & in digitorum articulis, reperiantur. Ita enim fiet, vt nihil amplius desiderari posse videatur, quod ad Calendarij explanationem pertineat. Eo autem libentius hunc librum tertium prioribus duobus adiunxi, quod multos, qui ante restitutionem Calendarij Computum Ecclesiasticum memoriter per articulos digitorum nouerant; permolestè tulisse accèpi, se eisdem nunc regulis in Calendario nouo vti non posse; vt haec res non possit illis non iucunda accidere, praesertim quando intelligent, nostras haec regulas Calendario perpetuo, vbi centesimo quoque fermè anno dies anno adiungitur, accommodatas, longè esse faciliores antiquis Computistarum regulis. Pro rudioribus quoque adiunximus tabellas aliquot, maiori ex parte nouas omnino, & adhuc inusitatas, per quas dicto citius, & sine ulla molestia, ac labore, omnia, quae in Ecclesiastico Computo possunt desiderari, inueniuntur.

## DE AVREO NUMERO.

## CAP. PRIMVM.

Cyclus aureus  
non quod.



**C**YCLVS decennouennalis aurei numeri est reuolutio annorum 19. ab 1. vsque ad 19. qua reuolutione peracta, iterum ad 1. reditur. Vt anno 1577. numerus cycli decennouennalis, qui aureus dicitur, fuit 1. Anno insequenti 1578. fuit 2. atque ita deinceps annis insequentibus, addita semper vnitatē aureo numero proximē antecedenti, anni vsque ad 19. qui aureus numerus in annum 1596. incidit, post quem iterum ad 1. redeundum est, ita vt anno insequenti 1596. aureus numerus rursus sit 1. &c. anno 1597. qui sequitur, 2. &c. Continet autem hic Cyclus aurei numeri annos 19. quia post 19. annos Solares elapsos Nouilunia ad eisdem dies mensium reuertuntur, quāquā non ad eisdem omnino horas, vt lib. 2. cap. 1. docuimus. Quilibet vero annus aurei numeri terminatur in fine mensis Decembris, & in principio Ianuarij anni insequentis initium sumit alius annus aurei numeri: quemadmodum etiam anni Domini mense Decembri semper finiuntur, initiumque sumunt à Ianuario. Vt anno Domini 1588. aureus numerus est 12. terminaturque simul cum ipso anno 1588. mense Decembri; Mense autem Ianuario incipiet alius annus Domini, nimirum 1589. & eodem mense assumitur quoque alius aureus numerus, nimirum 13. Atque ita deinceps agendum erit in alijs annis, donec perficiatur aureus numerus 19. à quo iterum redeundum est ad 1. atque hoc modo in perpetuum. Eadem ratione annus quilibet Epactarum, Cycli Solaris, siue literarum Dominicalium, & Indictionis, de quibus postea dicitur, initium habebit mense Ianuario unā cum anno. Hunc ergo aureum numerum quolibet anno ita in digitorum articulis repetiemus.

Quilibet aureus  
numerus incipit  
mense Ianuario,  
quod etiam de  
Epacta, cyclis So-  
laris, & Indictio-  
ne decernitur est.

Nullus autem uno  
et eodem modo  
articulis quod  
ad antrum non  
tam certis ar-  
tibus conuenit.

**I**N articulis quatuor digitorum sinistrae manus, Pollice omisso, (nominē articuloꝝ intelligimus etiam digitorum extremitates, ita vt in quolibet digito septem articulos numeremus, initio facto à radice interiore cuiusvis digiti, appellando exteriorem proximē sub ungue, quintum, &c.) collocandi sunt anni centesimi ab ortu CHRISTI Domini hoc modo. In radice digiti Indicis interiori collocatur annus 0. In radice digiti Medij ponitur annus 100. In radice digiti Annularis, 200. In radice digiti Auricularis, 300. In secundo deinde articulo Indicis ponitur annus 400. In articulo secundo digiti Medij, 500. In secundo articulo Annularis, 600. In articulo secundo Auricularis, 700. In tertio postea articulo Indicis, 800. In tertio articulo Medij, 900. In tertio articulo Annularis, 1000. In articulo tertio Auricularis, 1100. Post hæc in quarto articulo Indicis, hoc est, in extremitate,

mitate, 1200. In extremo Medij, 1300. In extremo Annularis, 1400. In extremo Auricularis 1500. Deinde in quinto articulo Indicis, qui est exterior proxime sub vngue, 1600. In articulo quinto Medij, 1700. In quinto articulo Annularis, 1800. Et quoniam centesimi anni colloca- ti iam sunt in 19. articulis, quot nimirum sunt aurei numeri, redeſſum est ad radicem Indicis interiori, ibique ponendus annus 1900. In radi- ce deinde digiti Medij, 2000. & sic deinceps, reuertendo semper post ar- ticulum 19. ad radicem interiori Indicis.

**CÆTERVM** ne cogamur sepius illos 19. quos diximus, articu- los sinistra manus percurrere, satis est, si diligenter ediscantur sedes 19. centesimorum ab anno 0. vsque ad annum 1900. vt dictum est. His enim accurate cognitis, facili negotio sedem cuiusvis centesimi, quamvis magni, inueniemus hac ratione. Ex numero annorum centesimo- rum auferantur 20. quoties fieri potest, & reliquo numero tot vnitates addantur, quoties ablata sunt 20. Nam vbi centesimus huius summæ sedem habet, ibi sedes quoque erit centesimi propositi. Exempli causa. Querenda sit sedes anni 4900. Ex numero 49. centesimorum (Sem- per autem numero centesimorum exprimitur per figuras numeri, dem- ptis duabus ultimis ad dexteram. Vt in anno 34761. numerus centesi- morum est 345. expressus per figuras reliquas, si duæ ad dexteram, nimi- rum 61. abijciantur, &c.) auferuntur 20. bis. Reliquo ergo numero 9. addenda sunt 1. vt fiunt 11. Et quia vndecimus centesimus, id est, annus 1100. sedem habet in tertio articulo interiori Auricularis digiti, collo- cabitur ibidem annus 4900. Item desideret quis sedem anni 9700. Ex numero 97. centesimorum detrahuntur 20. quater, & supersunt 17. quibus si addantur illa 4. fiunt 21. Et ablatis rursum 20. semel, remanet 1. additaque 1. propter vnicam illam ablationem, fiunt 2. Quoniam igitur annus 200. locatur in radice Annularis digiti, ponendus erit ibidem annus 9700. propositus. Rursus quia ex 20. centesimis, hoc est, ex an- no 2000. detrahi possunt 20. semel, & superest 0. Addita ergo 1. pro- pter vnicam illam ablationem, fit 1. Vbi ergo primus centesimus collo- catur, videlicet in radice interiori digiti Medij, ibi annus 2000. sedem quoque habebit. Postremo sedes anni 57800. ita reperietur. In 578. cen- tesimis continentur 20. vices & octies, nimirum quies, & quinquies in 500. (cum in quolibet centesimo contineantur quinquies) & in 78. ter, & supersunt 18. quibus si adjiciantur 28. propter totidem abiectiones numeri 20. efficiuntur 46. in quibus continentur 20. bis, & supersunt 6. quæ cum 2. faciunt 8. Cum ergo octauus centesimus ponatur in ter- tio articulo Indicis, erit ibidem sedes anni propositi 57800. Atque ita de ceteris.

**VT** quoque facile scias sedem centesimi, qui maior non est, quam 1800. ad 1. ad numerum centenariorum. Articulus enim quem nume- rus conflatus significat, sedes erit dati centesimi. Vt si detur annus 900. Addita 1. ad 9. numerum centenariorum, fit numerus 10. Ergo annus 900. sedem habet in decimo articulo, hoc est, in ar- ticulo

Inuentio huius  
sedis centesimi, cum  
nisi, quomodo  
magis, in articu-  
lis digitorum.

Facilis inuentio  
centesimi anni, q  
numere ab 18, quæ  
1800.

Collocastore  
iure amittit  
in septuor a ti-  
citis, ad aureum  
centum extra  
liber ante in-  
notandum.

ticulo tertio Medij. Et sic de cæteris.

DEINDE in eisdem articulis locandi sunt omnes 19. aurei nume-  
ri, hoc ordine. Quia proximo anno ante CHRISTVM natum fuit  
aureus numerus 1. collocandus est hic aureus numerus 1. in radice inter-  
riori Indicis, vbi positus fuit annus Domini 0. hoc est, annus, qui CHRIS-  
TI ortum proxime antecessit. Quoniam uerò Cyclos aurei numeri  
quinques in 100. annis continetur, supersuntque 5. si aureo numero 1.  
in radice Indicis collocato addantur 5. sient 6. pro aureo numero in ra-  
dice digiti Medij collocando, qui quidem debetur anno 100. post  
CHRISTVM natum, & omnibus alijs centesimis, qui in eam radicē,  
secundum superiorem dispositionem, cadunt. Si rursus ad 6. adii-  
ciantur 5. sient 11. pro aureo numero in radice interiori digiti Annula-  
ris ponendo, qui anno 200. & alijs omnibus centesimis ibi collocatis re-  
spondet. Eodem modo si ad 11. apponantur iterum 5. sient 16. pro au-  
reo numero in radice interiori digiti Auricularis reponendo, qui debetur  
anno 300. & alijs centesimis ibi positus. Rursus addendo 5. ad  
16. sient 21. abiectis autem 19. (quod nullus aureus numerus possit esse  
maior, quàm 19.) remanebunt 2. pro aureo numero in secundo arti-  
culo Indicis supra radicem collocando. Atque ita deinceps omnes  
aureos numeros reperies in 19. articulis reponendos, qui quidem illis  
centesimis debentur, qui in eosdem articulos incidunt. Inuenies. n.  
hac ratione in secundo articulo Medij locari 7. In articulo secundo  
Annularis, 12. In articulo secundo Auricularis, 17. In tertio articulo  
Indicis, 3. In tertio Medij, 8. In tertio Annularis, 13. In tertio Auricula-  
ris, 18. In quarto Indicis, hoc est, in eius extremitate, 4. In extremo Me-  
dij, 9. In extremitate Annularis, 14. In extremo Auricularis, 19. In  
quinto articulo Indicis, qui est exterior proxime sub ungue, 5. In quin-  
to articulo Medij, 10. In quinto denique articulo Annularis, 15. Atque  
hoc modo collocati sunt omnes 19. aurei numeri in 19. articulis, in quibus  
centesimos annos reposuimus.

Alia collocati-  
one in articulo  
secundo Medij  
et in articulo  
secundo Auriculari  
et in articulo  
secundo Annulari  
et in articulo  
secundo Indicis  
reponendum.

SED satis est, inuenisse hac arte quatuor aureos numeros 1. 6. 11. 16.  
in quatuor radicibus digitorum interioribus collocatos. Nam si ab  
aureo numero cuiusvis radicis progressaris per seriem naturalem num-  
merorum uersus secundum articulum, eiusdem digiti vsque ad quin-  
tum, qui exterior est proxime sub ungue, (excepto digito Auriculari,  
in quo solo ad extremitatem vsque procedendum tantummodo est)  
habebis aureos numeros in reliquis articulis reponendos. Ita repe-  
ries in secundo articulo Auricularis numeri, in cuius radice ponitur au-  
reus numerus 16. collocandum esse aureum numerum 17. in tertio, 18.  
& in extremitate 19. Item in secundo articulo digiti Medij, in cuius  
radice ponitur aureus numerus 6. locandum esse aureum numerum 7.  
In tertio 8. In extremitate 9. & in quinto articulo, qui exterior est prox-  
ime sub ungue, 10. & sic de cæteris, ut prius.

Alia dispositio  
est in articulo  
secundo Medij  
et in articulo  
secundo Auriculari  
et in articulo  
secundo Annulari  
et in articulo  
secundo Indicis  
reponendum.

FACILIVS tamen eosdem aureos numeros in digitorum arti-  
culis collocabis, si ab aureo numero 1. in radice interiori Indicis posito  
pro-



progrediatis per seriem naturalem numerorum versus secundum articulum eiusdem, vsque ad quintum articulum, qui est exterior proxime sub vnique; & post hunc ad radicem interiorem digiti Medij regrediaris: Deinde versus secundum articulum eiusdem, vsque ad quintum articulum, qui est exterior proxime sub vnique, & sic deinceps. Ita enim collocabitur aureus numerus 2. in secundo articulo interiori Indicis, & 3. in tertio, & c. Ita vt aureus numerus 19. in extremitatem digiti Auricularis cadat, vt prius. Ratio huius rei hæc est. Quoniam quilibet articulus cuiusvis digiti ab articulo proximo eiusdem digiti, vel alterius proxime antecedentis, ( si articulus a radice Indicis per secundum articulum, tertium, & quartum, progrediendo vsq; ad articulum quintum, numeremus ) distat annis 400. ex superiori collocatione centesimorum annorum; continetur autem Cyclus aurei numeri in annis 400. vicies ac semel, superestque vnitas: sit, vt vnitas addita aureo numero cuiusvis articuli faciat aureum numerum proxime insequentis articuli in eodem digito, vel alio proxime insequente, vna vnitate maiorem, ita ut aurei numeri per seriem naturalem numerorum progrediantur a radice Indicis versus secundum articulum, tertium, quartum, quintum, eiusdem digiti, & hinc versus radicem Medij, secundum articulum, tertium, & alios, & c.

EX his facile aureus numerus cuiusvis anni reperietur. Nam si datus sit annus aliquis centesimus, inuenienda est eius sedes inter superiores 19. articulos, una cum aureo numero ibi collocato. Is enim aureus numerus illi centesimo debetur. Si verò datus sit annus quilibet non centesimus, inuestigandus est aureus numerus illius centesimi, qui proxime antecedit datum annum, vt iam docuimus. Deinde quoniam quolibet anno aureus numerus vnitate augetur, adijciendæ sunt tot vnitates aureo numero illius centesimi inuento, quotus annus datus est post illum centesimum. Conficietur enim hac ratione aureus numerus propositi anni. Quod si numerus compositus maior fuerit, quàm 19. reijciendus erit numerus 19. toties, quoties reijci potest. Reliquus enim numerus dabit aureum numerum questum. Si autem remanserint 19. aut nihil, erit aureus numerus 19.

PORRO vt facilius ex magno numero reijcias 19. reijce 20. quoties fieri potest, & pro singulis abiectionibus singulas vnitates. reposece, quas nimirum una cum 19. abiecasti.

RECTIVS quoque feceris, si prius eo modo, quo proxime diximus, reijcias 19. ex numero annorum post centesimum proxime antecedentem, si reijci possunt, & residuum aureo numero illius centesimi adijcias, vt aureum numerum propositi anni componas.

EXEMPLI causa. Anno 2500. aureus numerus est 12. quoniam sedes illius anni est secundus articulus interior digiti Annularis, vbi aureus numerus 12. collocatur; vt patet, si ab 1. numeres, incipiendo a radice Indicis, vsque ad illum articulum, qui est duodecimus, eo ordine, quem diximus, nimirum a radice cuiusque digiti progrediendo versus

centesimi in  
teriali digitorum,  
ad aureum nume-  
ri cuiusvis anni  
inueniendam.

Incento aurei au-  
meri quilibet  
anni.

extremitatem, usque ad quintum articulum, hoc est, ad exteriorem sub vngue: Vel certe, si ab aureo numero 11. in radice digiti Annularis collocato progrediatis per seriem naturalem numerorum ascendendo, usque ad eundem secundum articulum, in quo sedes est anni 2500.

**QVÆRATVR** rursum aureus numerus anni 2507. Sedes anni 2500. est in secundo articulo digiti Annularis, ibique aureus numerus 12. ei debitus ponitur, vt modo diximus; cui si addas 7. (se. primus enim annus post annum 2500. proponitur) efficiet 19. pro aureo numero anni 2507.

**ITEM** inquirendus sit aureus numerus anni 983. Sedes anni 900. est in tertio articulo digiti Medij, ibique collocatur aureus numerus 8. anno 900. debitus. Quoniam verò ex annis 83. quater abijci possunt 20. addemus quatuor vnitates, propter quatuor illas abiectiones, ad 32. annos reliquos, conflatumque numerum 7. ad aureum numerum 8. anno 900. debitum, adijciemus, vt conficiamus aureum numerum 15. anni 983.

**RVRSVS** sit inueniendus aureus numerus anni 1604. Sedes anni 1600. est in articulo quinto Iudicis, id est, in exteriore sub vngue, vbi aureus numerus 3. ponitur; ad quem si adijciamus annos 4. residuos, efficiemus 7. pro aureo numero anni 1604.

**DATVS** præterea sit annus 2108. Sedes illius est in radice digiti Annularis, vbi ponitur aureus numerus 11. cui si addamus reliquos 8. annos, conflabimus aureum numerum 19. anni 2108.

**POSTREMO** detur annus 3003. Sedes anni 3000. est in tertio articulo interiori digiti Auricularis, vbi aureus numerus 18. positus est; cui si apponamus annos 3. reliquos, conflabimus 21. abiectionesq; 19. remanebunt 2. pro aureo numero anni 3003.

**AUREVS** numerus. facili quoque negotio per præcepta Arithmetices reperietur quolibet anno; hac ratione. Anno Domini proposito addatur 1. & numerus collectus per 19. diuidatur. Numerus enim qui ex diuisione relinquitur, (nulla habita ratione Quotientis numeri. Hic enim solum ostendit, quot reuolutiones Cycli aureorum numerorum à CHRISTO usque ad annum propositum peractæ sint.) erit aureus numerus anni propositi: Et si ex diuisione nihil remanet, aureus numerus erit 19. Verbi gratia. Si quaeratur aureus numerus anni 1589. Adde 1. & collectum numerum 1590. diuido per 19. linuemoque ex diuisione relinqui 13. Erat ergo anno 1589. aureus numerus 13. Rursum si anno 1595. quaerendus sit aureus numerus: addita 1. fit numerus 1596. quo diuiso per 19. nihil superest. Annoigitur 1595. aureus numerus erit 19. Atque ita de cæteris.

**IAM** vero tabe' lam triplicem ad inueniendum aureum numerum cuiusvis anni, ita construemus. In prima describantur anni centesimi hoc ordine. In prima cellula infimæ lineæ ponatur annus 0. In secunda, annus 100. In tertiâ, 200. & ita deinceps vsque ad 1800. annum, post quem

Tractio aurei numeri p præcepta Arithmetices.

Officium nihil leuissimum ad an-  
ni numerum ex-  
tra 1. ann. 1000  
non detur.

quem redeundum est ad primam cellulam secundæ lineæ, ibique scribendus annus 1900. In secundâ cellula, annus 2000. atque ita deinceps in infinitum, redeundo semper post 19. cellulam (Tot enim cellulas quælibet lineæ complectitur) ad primam cellulam insequentis lineæ. Hæc porro 19. cellulæ annorum Domini cuiusque lineæ respondent 19. articulis digitorum, in quibus centesimos eisdem annos supra reposuimus.

SECUNDA tabella complectitur 20. lineas aureorum numerorum, sub cellulis annorum Domini descriptas. Suprema linea ordine continet eos aureos numeros, quos supra in digitorum articulis in transfuersum numerando collocauimus: qui quidem ab 1. incipientes progrediuntur per continuam additionem 5. abiectis 19. ex summa, si ea maior fuerit, quam 19. Atque hæc suprema linea aureorum numerorum centesimis annis debetur, ac proinde ab alijs 19. lineis insequentibus separanda est aliquantulum. Hos aureos numeros sequuntur alij deorsum descendendo ordine naturali numerorum, ita ut infimus idē semper sit, qui supremus.

TERTIA denique tabella ad sinistram secundæ continet centum annos expansos ab 1. vsque ad 100. posito anno 1. è regione secundæ lineæ aureorum numerum, & anno 2. è regione tertiæ, & sic deinceps, ita ut è regione primæ lineæ, quæ centesimis annis debetur, nullus annus expansus describarur.

VSVS triplicis huius tabellæ, hic est. Proposito quouis anno centesimo, quæratnr is in prima tabella. Descendendo enim ab eo vsque ad supremam lineam secundæ tabellæ, incidēs in aureum numerum eius centesimi. Ita uides annis 1600. 3500. 5400. 7300. 9200. respondere aureum numerum 5. Annis autem 300. 2200. 4100. 6000. 7900. 9800. aureum numerum 16. & sic de cæteris. Proposito autem anno quopiam non centesimo: Quære centesimum proximè antecedentem in prima tabella, & annum post eum centesimum datum in tertia tabella inter annos expansos. In angulo enim communi secundæ tabellæ reperies aureum numerum anni dati. Ut proposito anno 1589. reperies in angulo communi annorum 1500. & 89. aureum numerum 13. Anno autè dato 9764. inuenies in angulo communi annorum 9700. & 64. aureum numerum 18. atque ita de alijs. Huc porro referenda sunt illa, quæ supra diximus de inuenienda sede cuiusvis centesimi, quamuis inagni, in articulis digitorum. Referunt, n. cellulæ 19. infimæ lineæ annorum Domini, 19. articulos digitorum, ut diximus.

In fine aurei numeri, quilibet annus, ex tabella triplex, quæ ceteris annis.



## DE EPACTIS ET NOVILVNIS.

## CAP. II.



**P**ACTÆ sunt dies, quibus Solaris annis Lunarem superat, vt lib. 2. ostendimus. Primo enim anno supersunt dies 11. Secundo, 12. Tertio, 13. hoc est, 7. (Numerus 30. abijciendus est) Quarto, 14. &c. Respondent autem singulis 19. aureis numeris, variis temporibus, variæ Epactæ, vt eodem lib. 2. docuimus. Epactam igitur Calendario Nouilunia demonstrat, hac ratione tum ante correctionem anni, tum post, in Pollice manus sinistrae inueniuntur.

17. sicut quid.

**I**N Pollicis sinistrae extremitate, articulo medio, & infimo, collocandi sunt aurei numeri hoc ordine. In extremitate ponitur 1. In medio articulo, 2. In imo, 3. Deinde rursus in extremo 4. In articulo medio, 5. In imo 6. In summo item Pollice, 7. & sic deinceps, ita ut ultimus aureus numerus 19. cadat in extremum Pollicis.

Que postea aurei numeri in Pollice et infra in summo ad hunc modum assignantur.

**P**OST hæc aureo numero in Pollicis extremitate collocato addantur 10. Aureo numero verò posito in articulo medio adiungantur 20. Numero denique aureo, qui in imo articulo locatur, nihil apponatur. Numeri enim ita compositi ( abiectis 30. si numerus constitutus maior fuerit, quàm 30. ) sunt Epactæ, quæ vnâ cum illis aureis numeris, à quibus in Pollice formatae sunt, in vsu fuerunt ante Calendarii correctionem.

Quid addantur 10. aurei numeri in Pollice collocati, et hinc Epactæ sunt calculandæ et sic restantur.

**S**I igitur à singulis Epactis hoc modo inuentis subtrahantur 10. ( quoniam propter 10. dies simul exemptos, in tabula Epactarum expansa facta est mutatio per 10. lineas deorsum. ) relinquuntur Epactæ cum eisdem aureis numeris currentes post emendationem Calendarii, ad annum vsque 1700. exclusiue. Tunc, quia per aliam lineam sic descensus in Epactis, auferenda sunt 11. vsque ad annum 1900. exclusiue. Nam post hunc detrahenda sunt 12. quod per aliam lineam in Epactis tunc mutatio deorsum fiat. At anno 1800. quanquam dies intercalaris omittitur, tamen non fit mutatio in Epactis, Lunæ æquatione id ita exigente, vt declaratum est libro superiore Cap. 1111. Quare tunc idem numerus 12. detrahendus est, quem anno 1700. demendum esse diximus. Atque in hunc modum semper tot vmitates ultra 10. detrahendæ erunt, per quot lineas facta erit in Epactis mutatio descendendo. Quod si subtractio fieri nequeat, addenda erunt 30. ad Epactam inuentam, ut fieri possit subtractio.

Quidam Epactis que ante correctionem adhibebantur, auferendum sunt relique sunt Epactæ post anni correctionem.

**I**TA QVÆ inuentur Epactam ab anno Correctionis vsque ad annum 1700. exclusiue; quare ex 1. Cap. aureum numerum anni propositi, eumque in Pollice colloca, vt dictum est. Ei deinde adde 10. si est in summo

Quo postea inuenitur Epactæ ab anno correctionis vsque ad annum 1700. exclusiue.

summo Pollice, aut 20. si in medio articulo, aut denique 0, hoc est, nihil, si in imo. Ex numero enim conftrato si detrahas 10. ( additis prius 30. si detractio fieri nequeat ) dabit reliquus numerus Epactam curretem, quam queris.

EXEMPLI causa. Anno 1589. aureus numerus est 13. qui cadit in Pollicis extremitatem. Quare ei addo 10. & facio 23. Ablatis autem 10. relinquuntur 13. pro Epacta anni 1589.

ITEM anno 1609. aureus numerus est 14. cadens in articulum Pollicis medium. Additis ergo 20. fiunt 34. & ablati 10. relinquuntur 24. pro Epacta anni 1609.

RVRVS anno 1617. aureus numerus est 3. sedem habens in imo articulo Pollicis. Quare ei nihil addendum est. Sed quia ex 3. auferri non possunt 10. adiungemus 30. vt habeamus 33. à quibus si dematur 10. reliqua fiunt 23. pro Epacta anni 1617.

PRÆTEREA anno 2314. aureus numerus est 16. incidens in extremitatē Pollicis. Additis ergo 10. fiunt 26. ablati autem 14. ( quia ad eum annum vsque inclusive descensus factus erit in Epactis per 4. lineas ultra decem illas, per quas anno correctionis factus est descensus. ) remanent 12. pro Epacta anni 2314.

POSTREMO anno 3129. aureus numerus est 14. cadens in medium articulum Pollicis. Additis ergo 20. fiunt 34. & ablati 17. ( quod ad eum annum vsque inclusive septem mutationes factæ sint in Epactis descendendo ) relinquuntur 17. pro Epacta anni 3129.

Quid Epacta  
21. dicitur extra-  
dieris, voluit  
affumendi sic. Itē  
quando Epacta  
22. dicitur in die  
veneris scripta,  
in die sabbati.

SCIENDVM tamen est, Epactam 25. sumendam esse diuerso colore, aut caractere notatam, quando procreatur ab aureo numero maiore, quam 11. Item Epactam 19. diuerso quoque caractere, aut colore vltimo diei Decembris ascriptam esse quoque in vsu, quando ab aureo numero 19. gignitur, vt continget anno 1595. & nunquam amplius, nisi post vsum 30. linearum Epactarum tabulæ expansæ. Cuius rei causam superiore libro exposuimus.

Quo pacto inae-  
quatur Epacta  
post annum 1700.

VT autem scias, quotnam vnitates ultra 10. auferendæ sint quolibet anno post Calendarij restitutionem proposito, vt Epacta quaesita relinquatur: hoc est, per quotnam lineas post correctionem factus sit descensus in Epactis tabulæ expansæ ultra illas decem anni Correctionis, & ( quod ratio fit ) quando iterum factus sit ascensus ab inferiori linea ad superiorem, ediscendi sunt sex hi versiculi.

*Conducit cuius breuitas, breuitas beat artem.  
Vis artem verbis tradere? trade tribus;  
Si solidam rerum rationem reddere quibus  
Promptè, quam posses nominibus nimis.  
Nec memoris ledit Lectoris lumina Karmen:  
Kontra, iucunde iuuerit immemorem.*

PRIMA vox, *conducit*, horum carminum tribuitur anno 1700. secunda



unda, *cuius*, anno 1800. tertia, *brevitas*, anno 1900. & ita deinceps ægeret infrequentibus annis centesimis, ita vt vltimum vocabulum, *immortalitas*, quod est tricesimumtertium, respondeat anno 4900. Illa etenim carmina vsus tantum habent vsque ad annum 5000. exclusiue.

VIDE ergo cui propositus quiuus centesimus annus respondeat. Deinde articulis interioribus manus sinistrae ( Pollice omisso) in transfuersum omnes voces vsque ad illam inclusiue, quæ dato centesimo responderet, accommodata hoc ordine, vt voces ab eadem litera incipientes eidem articulo tribuas: & quando proxime antecedens litera initialis ( liceat nobis necessitatis causa ita appellare) repetitur, vocem illam proxime antecedenti articulo iterum adscribas. Quot enim articulos hac ratione percurreris, tot vnitates vltra 10. auferendæ erunt, vt Epacta propositi anni relinquatur: hoc est, per tot lineas, vltra illas 10. anni Correctionis, factus erit descensus in lineis Epactarum tabulæ expansæ.

VERBI gratia. Vis scire, quot vnitates vltra 10. auferre debeas anno 2100. & aliis annis infrequentibus vsque ad annum 2100. exclusiue? Quoniam ab anno 1700. inclusiue vsque ad annum 2100. inclusiue, sunt quinque centesimi, numerandæ erunt quinque primæ voces: *Conducit cuius breuitas, breuitas beat*, in articulis sinistrae manus hoc ordine. Hæ duæ, *Conducit cuius*, quia ab eadem litera incipiunt, collocandæ sunt in primo articulo: & aliæ tres *brevitas, breuitas beat*, in articulo secundo, quod eandem literam inrtialem habeant. Quoniam igitur duos tantum articulos percurrimus, auferendæ erunt ultra 10. vnitates, aliæ duæ, nimirum 12. in vniuersum.

ITEM anno 2300. ad quem inclusiue ab anno 1700. inclusiue sunt septem centesimi, numerandæ erunt primæ septem voces: *Conducit cuius breuitas, breuitas beat artem. Vis*, in articulis manus hac ratione, vt primæ duæ, *Conducit cuius*, dentur primo articulo; sequentes tres *brevitas, breuitas beat*, secundo; insequens sola, *artem*, tertio; & vltima quoque sola, *Vis*, quarto: ita vt quatuor articuli percurrantur. Quatuor ergo vnitates vltra 10. auferendæ erunt ab anno 2300. inclusiue vsque ad annum 2400. exclusiue. Et quoniam subsequens vox octaua, *Artem*, incipit ab eadem litera A, quæ dedit initium uoci sextæ, *Artem*, quæ uocem, *vis*, antecedit, collocanda est octaua vox, *Artem*, iterum in tertio articulo, in quo prior uox, *Artem*, collocabatur. Atque ita de reliquis.

QVOD si quis velit vltra annum 4900, in quo auferuntur ultra 10. quatuordecim aliæ vnitates, progredi, inspicienda erit tabula æquationis Epactarum Capite 1111. Superioris libri, & ex eius literis Carmina alta condenda, quorum videlicet verba ab illis literis incipiant: quemadmodum superiorum sex Carminum uoces a literis eiusdem tabulæ æquationis initium capiunt. Hanc enim ob causam tabulæ hæcæ voces, *Carmen, Contra*, per K, scri.

Quid sperandum,  
quando numerus  
ex Epactis aufer-  
endus est 30. vel  
minus.

scripsimus, quanquam id contra rectam orthographiam factum sit. IAM vero si numerus vnitatum detrakendarum, quas carmina exhibent, vna cum 20. diebus anno Correctionis exemptis, fuerit 30. nihil auferendum erit ex Epactis ante correctionem inuentis, sed eodem prorsus tunc Epactæ aureis numeris respondebunt, quæ ante anni restitutionem eam eisdem aureis numeris erant in vsu. Si vero idem numerus fuerit maior, quàm 30. abiciantur 30. quoties fieri potest, & reliquus numerus ex Epactis ante correctionem inuentis detrakatur. Reliquæ enim sicut Epactæ, quæ tempore proposito vsurpantur, erunt.

Novilunij ali-  
quæ sunt in Ca-  
lendario.

INVENTA Epacta cuiusvis anni, doceamus, qua arte per eam Nouilunia memoriter inquirenda sint, hoc est, quo modo cognoscatur, quibus diebus mensium Epacta dati cuiusvis anni præfigatur. His enim diebus sunt Nouilunia ex vsu Ecclesiæ, quanquam secundum calculum Astronomicum plerunque contingant vno die citius: ita ut rectè feceris, si Nouilium quodcunque per Epactam inuentum tribus antecedenti diei, si coniunctionem Luminarium habere velis, non ex vsu Ecclesiæ, sed quando ea in cælo sit. Nam cum Ecclesia maiorem rationem habeat Lunæ quartædecimæ, & Plenilunij, quàm Nouilunij, propter solennia Paschæ, postposita sunt de industria Nouilunia per Epactas vno ferè semper die in Calendario, vt fusius superiori libro declaratum est.

Quæ Epacta Ca-  
lendario mensium  
attribuantur.

SED ante omnia discendum erit, quænam Epactæ in principiis mensium, sine Calendis, sint posite: quod facile scies hoc pacto. Ianuarius habet in ipsis Calendis Epactam \*, seu xxx. Februarius xxix. Martius rursus \*. seu xxx. Aprilis iterum xxix. Maius xxviii. Iunius xxvii. & sic deinceps alij menses ordine, semper vno minus: Augustus tamen solus habet in principio duas hæc Epactas xxv. xxiiii. ac proinde Calendis Septembris Epacta xxiiij. apposita est, & Calendis Octobris, xxij. &c. Quare si duodecim articulis digitorum sinistræ manus. ( Pollice omisso ) tribus 12. menses ordine, progrediendo à radice Indicis per radices digiti Medij, Annularis, & Auricularis, statuendoque quintum articulum eum, qui in Indice secundus est, & sextum eum, qui secundus est in Medio; &c. adeò ut articulus tertius Auricularis digiti sit duodecimus; & in primo articulo, qui Ianuario responderet, mente reponas Epactam \*, vel xxx. in secundo autem xxix. & in tertio rursus \*. vel xxx. in quarto iterum xxix. & in quinto xxviii. atque ita deinceps, semper vno minus, dummodo in octauo, qui Augusto responderet, ponas duas has xxv. & xxiiii. simul: sine magno labore cognosces Epactam Calendis cuiusvis mensis appositam. Quam tamen facilius cognosces, si solum memoria retineas, Epactam xx. collocari in duodecimo articulo, id est, in principio Decembris. Nam si ab hac Epacta progrediaris per seriem naturalem numerorum, tribuendo vndecimo articulo, hoc est, mensi Novembris xxi. decimo uerò, xxii. nono xxiii. & ita deinceps, (modò des

Augu-

Augusto in octauo articulo duas has Epactas xxiiij. xxv. atque in Februario, & Ianuario Epactas Aprilis, ac Martij, hoc est, xxix. & ✱. repletas habebis omnes Epactas mensium iniitijs, hoc est, Calendis adscriptas. Vbi hoc notandum est, in omnibus mensibus (Februario excepto) easdem Epactas in fine poni, quæ in principio positæ sunt; In Augusto tamè, qui duas has Epactas. xxiiij. xxv. in ipsis Calendis habet, sola Epacta xxiiij. repetitur in fine.

*Menses octo, præter Februarium, eidem Epactam habent in primo, pro, ac fine.*

DEINDE sciendum quoque est, in sex mensibus, quorum vnus est Augustus, ut diximus, duas has Epactas xxiiij. xxv. simul eidem diei adscribi: quales sunt menses locorum parium usque ad Augustum inclusiue, hoc est, secundus, quartus, sextus, & octauus, cuiusmodi sunt Februarius, Aprilis, Iunius, Augustus: & post Augustum duo menses locorum imparium, ut nonus, atque vndecimus, hoc est, September, & Nouember. In quibus quidem mensibus scribitur Epacta 2 5. diuerso colore, vel characterè notata, prope Epactam xxvi. quæ duas illas xxiiij. xxv. antecedit. In solo Augusto Epacta 2 5. diuersæ figuræ non scribitur prope Epactam xxvi. sed vltimo die Iulij, vbi posita est Epacta xxvi. duas Epactas xxv. xxiiij. Calendis Augusti adscriptas antecedens. In alijs sex mensibus, videlicet Ianuario, Martio, Maio, Iulio, Octobri, ac Decembri, eadem Epacta 2 5. diuersi coloris, aut characteris, prope Epactam xxv. scribenda est: ita vt Epacta 2 5. diuersæ figuræ mense Iulio bis scribatur, semel die secundo prope Epactam xxv. iterum prope Epactam xxvi. postremo die adscriptam.

*Qui menses habent duas Epactas xxiiij. & xxv. simul eidem dies alteras.*

HI porrò sex menses, qui duas Epactas xxv. xxiiij. eidem diei adscriptas habent, sunt ij omnes, qui habent tantum dies 30. aut 28. vno Augusto excepto, qui dies 31. habet. Itaque si Indicem, & Annularem digitum manus sinistræ deprimas, cæteros autem tres digitos, Pollicem, Medium, & Auricularem, erigas, & per quinque hos digitos omnes menses enumeres, initio factò à Martio, & Pollice, cadent quinque menses dierum 30. vel 28. in duos illos digitos depressos, Indicem, & Annularem, in quibus iisdem duè illæ Epactæ xxiiij. xxv. eidem diei adscribuntur, & 2 5. alterius coloris, aut characteris prope Epactam xxvi. Quibus si addas Augustum, habebis omnes sex menses, quos diximus. Qui ij de sex menses hoc etiam versiculò comprehenduntur.

*Quo pacto facile per digitos manus sinistræ sciatur, qui menses habeat dies 30. & 28. vel 29. ac propterea qui eidem dies adscriptas habent Epactas xxv. xxiiij.*

*Bella decet fortes: humiles ieiunia laudent.*

Nam initiales literæ sex vocum huius versiculi indicant, eos menses duas Epactas xxiiij. xxv. eodem die scriptas continere, qui ea loca in mensibus occupant, quæ ab initialibus illis literis in alphabeto occupantur: quales sunt menses 2. 4. 6. 8. 9. 11. Ita enim vides literas initiales b, d, f, h, i, l, eadem loca occupare in alphabeto, nimirum B, secundum; d, quartum; f, sextum; h, octauum; i, nonum; & l, undecimam. Verum quæ Epactæ Calendis mensium adscribantur, & vbi duæ Epactæ xxiiij. xxv. si mul ponantur, & c. hi quoque versulò declarant.

Vu Mars,

*Mars, & Ianus habent triginta; sed minus uno  
 Februus, Aprilis: Reliquis at mensibus octo,  
 Deme gradatim unum: Sextili has iungito binas,  
 Vingtiquinque, ac vintiquattuor: Ambas,  
 Sed non principio, iungunt quoque Februus, atque  
 Iunius, Aprilis, September 3, atque Nouember.  
 Quinque ac viginti diuersa scribito forma  
 Supra has Epactas, quas iungi diximus. Inde  
 Epacta relique descendunt ordine verso.*

Nouilunia quo-  
 mōdo p Epactas  
 quomōdo reper-  
 riantur, prout in  
 Calendario anno  
 sanocatur.

**HIS** præmissis, ita Nouilunia indagabis. Numera in transfueri sum per triginta articulos sinistrae manus (sumendo duos in Pollice: & alios 28. in quatuor reliquis digitis: quorum 12. sunt interiores; 4. in extremitatibus; & 12. exteriores) ab Epacta currente inclusue (cuius videlicet Nouilunia inquiris) vsque ad Epactam item inclusue Calendis propositi mensis appositam, tribuendo tamen mense Februario, Aprili, Iunio, Augusto, Septembri, ac Nouembri, eidem articulo duas, hasce Epactas, xxiiij. xxv. & insequenti articulo duas has, 25. diuerso colore, aut caractere notatam, & xxvi. Numerus enim articulorum, quos percurreris, dabit diem Nouilunij, hoc est, diem, cui adscripta est in Calendario Epacta currens. Perfacilis autem erit hæc numeratio, etiam si Epacta currens maior sit, quam ea, quæ in principio mensis ponitur. Nam quando peruentum erit ad \*, adijcienda erit Epacta primi diei mensis ad articulos, quos percurreris vsque ad \*, vt habeatur dies Nouilunij. In mensibus tamen, in quibus duæ Epactæ xxiiij. xxv. eidem diei adscriptæ sunt inter \*, & Epactam primi diei, adijcienda erit Epacta primi diei, dempta prius unitate.

**BREVIVS** eundem diem Nouilunij reperies, si Epactam currentem ab Epacta primi diei mensis auferas; uel, si illa maior est, quam hæc, a xxx. & reliquo numero Epactam primi diei adijcias. Numerus enim reliquus, vel coaceruatus, addita prius unitate, dabit diem Nouilunij. In mensibus tamen, in quibus Epactæ xxiiij. xxv. eidem diei adscriptæ, existunt inter Epactam currentem, & Epactam primi diei, nihil addendum est numero illi reliquo, vel conflato.

**EVNDEM** diem etiam habebis, si ab Epacta inclusiuè, quæ in principio mensis posita est, numeres in articulis retrogrado ordine vsque ad Epactam currentem inclusiuè, tribuendo duas Epactas, xxiiij. xxv. Item duas has, 25. diuersi characteris, aut coloris, & xxvi. eidem diei, ubi in Calendario eundem diem occupant. Sed priores rationes magis expeditæ sunt.

**POTES** etiam, si placet, præsertim quando Epacta currens maior est ea, quæ Calendis propositi mensis apponitur, uel minor multò, numerare per articulos ab Epacta ultimi diei mensis, (quæ eadem est, ut diximus, quæ primi diei, Februario excepto) usque ad Epactam currentem, tribuendo duas Epactas xxiiij. xxv. Item 25. xxvi. eidem articulo

lo, quando eidē diei ascriptę sunt. Numerus. n. articulorū, quos percurreris, depra prius unitate, ex numero dierum mēsis propositi detractus re liquet diem Nouilunij, hoc est, diem, cui Epacta currens adscripta est.

PORRO quando Epacta xix. & aureus numerus 19. concurrunt, fit mense Decembri primum insequētis anni Nouilunium, die ultimo, vt supra dictum est: quod alioquin in primum diem Ianuarij caderet.

EXEMPLI causa. Currente Epacta x. si mense Nouembri, qui in principio habet Epactam xxj. Nouilunium desideres; numera ab Epacta x. inclusive, per xi. xii. &c. progrediendo, vsque ad xx. inclusive, percurrēsque 12. articulos. Die ergo 12. notatum est Nouilunium per Epactas mense Nouembri. Vel aufer x. a xxi. remanentque 11. additaque vnitate, sicut 12. pro die Nouilunij, vt ante. Vel ab Epacta xxi. inclusive Calendis adscripta retrogradere per xx. xix. &c. usque ad x. in articulis, percurrēsque 12. articulos, ut prius. Vel denique numera in articulis ab Epacta xxi. inclusive postremo diei apposita naturali ordine usque ad x. procedendo per xxi. xxi. &c. tribuendoque Epactas xxi. xxi. xxv. uni eidemque diei. Percurres enim 19. articulos, quos si, dempta prius unitate, detrahas ex 30. diebus mensis Nouembris, reliquus fiet dies 12. Nouembris, quo Nouilunium con tinget, ut antea.

ITEM mense Iunio, qui ad Calendas habet Epactam xxvi. numera ab Epacta x. vsque ad xxvi. tribuendo uni eidemque articulo Epactas xxi. xxv. percurrēsque 17. articulos. Die ergo 17. in Iunio notatum est Nouilunium. Vel detrahe Epactam x. ex xxvi. relinqueturque dies 17. pro die Nouilunij, vt ante: quia hic nihil additur, propterea quod Epacta xxi. xxv. uni eidemque diei adscriptę interponuntur in Iunio inter propositam Epactam x. & Epactam xxvi. Calendis appositam. Vel ab Epacta xxvi. primo diei præfixa, numera ordine retrogrado in articulis per xxvi. xxv. xxi. &c. usque ad Epactam x. tribuendo vni eidemque articulo Epactas xxv. xxi. Percurres. n. 17. articulos, vt prius. Vel deniq. ab Epacta xxvij. ad extremū Iunij diē posita numera in articulis ordine naturali vsq; ad x. progrediēdo p. xxviii. xxix. \* .j. ij. & c. Percurres enim 14. articulos, quos, dempta prius vnitate, si auferas ex 30. diebus mensis Iunij, reliquus erit dies 17. Iunij, quo Nouilunium fiet, ut ante.

RVRVSVS currente Epacta xxix. in Iunio, percurrunt (tribuendo Epactas xxi. xxv. uni eidemque articulo) 28. articuli ab Epacta xxix. per \* .j. ij. & c. vsque ad xxvi. quę Epacta Calendis adscripta est. Vel si auferatur Epacta xxix. à xxx. & reliquę unitati addatur Epacta xxvi. primi diei, conficiuntur 28. pro die Nouilunij. Hic enim non additur unitas, propter Epactas xxi. xxv. positas inter Epactam xxix. currentem, & Epactam xxvi. primi diei. Sic etiam si numeratio fiat ab Epacta xxvi. primi diei ordine retrogrado per xxvi. xxv. xxi. &c. vsque ad Epactam xxix. propositam, (tri-  
V v 2 buēdo

buendo Epactas xxv. xxiiii. vni & eidem articulo ) percurremus 28. articulos, ut antea. Denique si numeres ab Epacta xxviii. vltimi diei per xxviii. xxix. &c. vsque ad xxix. Epactam currentem percurrentur 3. articuli, qui, dempta prius unitate, ablati ex diebus 30. mēsis Iunij, relinquunt 28. pro die Nouilunij.

Aras Lunæ quo  
pactio deprehēda  
tur.

**COGNITO** die Nouilunij, facile etate Lunę quolibet die deprehendemus, si a die proximi elapsi Nouilunij inclusiuę numeres insequentibus dies vsque ad diem propositū inclusiuę elapsos. Vt currente Epacta x. si desideretur aras Lunę die 3. Iulij; quoniam Nouilunium antecedens factum est die 17. Iunij, numerabimus a die 17. Iunij inclusiuę vsque ad diem 3. Iulij inclusiuę, percurremusque 17. articulos. Erit igitur die 3. Iulij, qui propositus est, Luna xviii. Et sic de ceteris. Verum hac, quam exposuimus, ratione inuestigantur dies Nouiluniorū, atque aratis Lunę, ex vsu Ecclesię, quę hac in re de veris motibus non admodum laborat, hoc est, prout Epactę per Calendarij dies digeste exhibent; quanquam vt plurimum res aliter se habeat in cęlo. Cuius rei causam lib. 2. attulimus.

Quæ Lunatio vs  
in Calendario fiat  
30. dierū, & quę  
ta.

**QVOD** si lubeat cognoscere, quanam Lunationes Epactarum contineant 30. dies, & quanam 29. diligenter memorare insigenda sunt sex illa loca, vbi duę Epactę xxiiii. xxv. eidem diei ascriptę sunt. Lunationes enim incipientes a 30. Epactis, quę Epactam xxiiii. eidem diei cum Epacta xxv. ascriptam proxime antecedunt, ut a xxiiii. xxiiii. xxv. & a ceteris vsque ad illam xxiiii. quę eidem diei cum xxv. ascribitur, continent 29. dies, in quocunque mense id contingat. Alię uerō Lunationes dies 30. complectuntur, exceptis Lunationibus Epactę 25. diuersi coloris, characterisve, quando ea antecedit aliam Epactā 25. eidem diei cum Epacta xxvi. ascriptam. Hę enim Lunationes dies tantum 29. continent.

Nouilunia qua  
ritur eorū per Epac  
tas, & mēsum  
Calendarij reperiri  
sunt.

**IAM** uero si Nouilunia, etate męque Lunę memoriter inquirere cupias, etiam si dispositionem Epactarum in Calendario ignores, efficias id, plus minus, per Epactam cuiuslibet anni, adiunctis Calendis mensium, perinde atque ante Calendarij correctionem, hoc modo. In Ianuario subtrahe Epactam currentem ex 30. In Februario item eandem, addita prius unitate, (propterea quod Ianuarius dies 31. continens superat unam Lunationem 30. dierum, unitate, quę dici solet Epacta Ianuarij) ex 30. deme. In Martio rursus detrahe ex 30. eandem, non addita unitate. Cum enim Ianuarius, ac Februarius constituent 59. dies, quot videlicet duę Lunationes, Cycli plerumque continent; nihil supererit pro Epacta Februarii, proptereaque in Martio nihil addendum erit, sicut nec in Ianuario. In mensibus denique insequentibus subtrahe ex 30. eandem Epactam, additis prius tot unitatibus, quot menses post Martium vsque ad mensem propositum inclusiuę præterierunt. Semper enim, reliquus numerus diem Nouilunij indicabit. Quod si Epacta, vel numerus subtrahendus fuerit minor, quàm



quàm 15. fiat subtractio ex 15. Si uerò maior fuerit, quàm 30. ex 45. relinqueturque dies Plenilunij; quòd tunc Plenilunium antecedit Nouilunij diem.

**E X E M P L I** causa. Currente Epacta xiiij. detrahe eam ex 30. Reliquus erit dies 17. tam Ianuarij, quàm Martij, quo Nouilunium fiet. Eandem Epactam xiiij. tum in Februario, tum in Aprili, addita prius unitate, aufer ex 30. remanebitque dies 16. Nouilunij in utroque mense. Denique si eandem Epactam xiiij in Nouembri, additis prius 8. (octo. n. menses post Martium usque ad Nouembrem inclusive numerantur) subtrahas ex 30. relinquetur dies 9. Nouembris, quo Nouilunium accidet.

**I A M** uerò si ad Epactas, additis prius illis Calendarum unitatibus, quas ad Nouilunia inquirenda adeddas, esse diximus, adiicias numerum diei mensis propositi, & ex summa abiciias 30. si abici possunt, cõflabis, vel reliquam facies, etatem Lunę, quam proposito die habet.

**E X E M P L I** gratia. Currente eadem Epacta xiiij. querenda sit etas Lunę die 25. Martij. Quoniam in Martio nulla vnitas adicienda est, addantur 25. dies ad Epactam xiiij. & ex summa 38. abiciantur 30. Numerus. n. reliquus 8. Lunam tunc 8. dies habere indicabit. Item inuestiganda sit Lunę etas die 19. Nouembris, eadem Epacta xiiij. currẽte. Addantur 8. ad Epactam xiiij. propter 8. menses post Martium usque ad Nouembrem inclusive numeratos, & ad summam 21. adiciantur dies 19. atque ex summa 40. reiciantur 30. Reliquus enim numerus 10. dabit Lunę etatem, &c.

**C Æ T E R V M** hoc modo non semper reperies Nouilunia illis diebus fieri, quibus per Epactas in Calendario monstratur: propterea quod semper subtractio fit ex 30. ac si omnes Lunationes dies 30. cõtinerent, cum tamen plerunque alternis constituantur dierum 30. & 29. in Calendario. Eadem de causa etas Lunę hoc modo inuenta discrepabit plerunque ab eiusdem etate, quam in Calendario ostendunt Epactę: quia nimirum semper abiciuntur 30. quando abiectio fit; cum tamen non omnes Lunationes contineant 30. dies. Quare prior ratio huic posteriori præferenda esse uideatur, præsertim si Luna xiiij. Paschalis inuenienda sit.

**F A C I L E** quoque etatem Lunę, ac Nouilunia, plus minus, per Regulares Lunę inueniemus. Sũt autem Regulares Lunę, ex Cõputistis, certiquidam numeri mensibus anni tributi, qui cum Epacta currente conficiunt etatem Lunę, quam ipsis Calendis habet. Differunt autem Regulares Lunę in Calendario nouo a Regularibus Lunę in ueteri Calendario, nulloque negotio, qui singulis mensibus respondeant, hoc disticho cognosci potest.

*Artes Lunę, quę  
pacta p Epactas  
Calendarum mēsu,  
& dies inueniuntur.*

*Regulares Lunę,  
quod sit, & quo  
pacto inueniantur.*

*Ars breuitatis amans bona cunctis dicitur esse.  
Firmius hac haret Karminē Komposita.*

Hic. n. continentur 12. uoces, quę 12. mensibus anni ordine respõdēt, nitro facta a mense Ianuario. Et quota cuiusuis uocis prima litera est in alpha-

alphabeto, tot unitates Regularem illius mensis, cui uox illa responderet, efficiunt. Postrema porro duo verba, *Karmine Komposita*, improprie per K, scribuntur, ut significent, Regularem tam Nouëbris, quàm Decembris esse 10. quemadmodum litera K, decima est in alphabeto.

**I N V E N T V R V S** igitur etatem Lunæ, atque Nouilunia, adde Regularē mensis propositi ad Epactā currentē, conficiēsque etatē Lunæ, quā Calendis habet: Ad quam si adicias numerū diei eiusdem mēsis, detracta prius unitate, ne primus dies bis accipiatur, & à sūma reiicias 30. si reiici possunt, confabis Lunæ etatē, quam eo die habet. Ex qua facile diem Nouilunij antecedentis conicies, si ab etate Lunæ inclusive numerationem retrogradam instituas vsque ad diē 1. Lunæ inclusive, hoc est, ad diem Nouilunij. Die enim Nouilunij Luna dicitur prima.

**V E R B I** gratia. Currente Epacta ij. cupio scire etatem Lunæ die 11 Maij. Quoniam Maius est mensis quintus, vox quinta, *Cunā*, ei debetur, ac propterea eius Regularis erit 3. cum litera C, sit in alphabeto tertia. Si igitur addas Regularem 3. ad Epactam ij. conficies Lunæ etatē Calendis Maij, quinque dierum. Et si adicias 10. diēs (hoc ē, 11. minus vno) confabis eiusdem etatem die 11. dierum 15. Die ergo 15. ante diē 11. Maij inclusive (hoc est, die 27. Aprilis) factum est Nouilunium. Rursus querendum sit, quota sit Luna die 27. Augusti, currente eadem Epacta ij. Quoniam Augustus est mensis octauus, tribuemus ei octauā uocē, *Firmius*, cuius initialis litera f, sexta in alphabeto dabit Regularem 6. Si igitur addas Regularem 6. ad Epactam ij. inuenies Lunam Calendis Augusti habere dies 8. Et si addas dies 26. (id est, 27. minus vno) atque ex sūma 34. abicias 30. reliqua fiet etas Lunæ quatuor dierum, die 27. Augusti. Quare Nouilunium proximum factū est die 4. ante diē 27. Augusti inclusive, hoc est, die 24. Atque ita de ceteris. Hæc ratio minus ab Epactis discrepat.

**I A M** si per tabellas inuestigandæ sint Epactæ, asciscenda erit tabula Epactarum expansa, vna cum eius tabula equationis, cap. 4. superioris lib. constructa. Nulla. n. breuior, aut expeditior, quæ perpetua sit, proponi potest. Temporarias tamen duas tabellas hic subiiciam, ex quibus sōgē facillimè ab anno correctionis 1582. usque ad annum 1900. Epactæ eliciuntur: quippe cum nouemdecim Epactis ij anni subijciantur, quibus illæ Epactæ in usu sunt. Ut anno 1590. Epacta erit 24. cum huic Epactæ subiectus sit annus 1590. in priori tabella. Ita quocūque anno 1829. Epacta erit 25 quod huic Epactæ annus 1829. subiiciatur in tabella posteriori. Annos porro Domini expansos post centesimos, qui ad sinistram scripti sunt, notauimus, ubi figura 0. significat ipsam annum centesimum. Sunt autē duæ hæc tabellæ excerptæ ex tabula expansa hoc modo. Quoniam anno correctionis aureus numerus fuit 6. cui respondet Epacta 26. in linea literæ D, maiusculæ, quæ ab eo anno vsque ad annum 1700. usurpanda est; descripsimus in priori tabella nouemdecim Epactas eius lineæ ordine, initio tamen facta ab Epacta 26. quibus subiecitimus annos Domini, sumpto initio ab anno 1582. Rursus quia anno 1700. aureus numerus erit 10.

cui

Actus Lunæ, et  
Nouilunij, qua  
are per Regula-  
res Lunæ constat  
quæ.

Inseratio Epactæ  
in per tabellas.



DE CYCLO SOLARI, SIVE LITE-  
rarum Dominicalium 28. annorum.

## CAP. III.

Cyclus Solaris  
quod.



Collocatio anno-  
rum centesimorum  
in articulis digi-  
torum, ad cyclum So-  
laris inueniendi.

**C**YCLUS Solaris, siue literarum Dominicalium, est reuolutio 28. annorum, propterea quod literæ Dominicales post 28. annos eodem ordine redeunt. Procreatur hic Cyclus 28. annorum ex multiplicatione 7. per 4. cum septem sint literæ Dominicales, propter 7. dies hebdomadæ, & quarto quoque anno unus dies intercalatur, ac proinde ordo ille 7. literarum tunc interrumpitur. Cyclum igitur Solarem cuiusvis anni hac ratione inuestigabimus.

**I**N Pollicis sinistri tribus articulis, & quatuor radicibus 4. digitorum interioribus collocandi sunt anni centesimi ab ortu CHRISTI Domini, hoc modo. In extremo Pollice ponitur annus 0. In medio articulo inferiore, annus 100. In radice Indicis, 300. In radice digiti Medij, 400. In radice digiti Annularis, 500. In radice digiti Auricularis, 600. Deinde redeundum est ad extremitatem Pollicis, ibique statuendus annus 700. In medio verò articulo annus 800. Et ita deinceps, reuertendo semper post radicem digiti Auricularis ad extremitatem Pollicis.

Collocatio cycli  
Solaris in digito-  
rum articulis, ad  
cyclum Solarium  
inueniendum.

**D**EINDE quoniam proximo anno ante CHRISTVM natum fuit numerus Cycli Solaris 9. collocandus est hic numerus in Pollicis extremitate, ubi positus fuit annus Domini 0, hoc est annus CHRISTI ortum proxime antecedens. Er quoniam cyclus Solaris 28. annorum rer in 100. annis continetur, & super sunt 16. si numero 9. in extremitate Pollicis collocato addantur 16. fient 25. pro numero cycli Solaris in medio articulo Pollicis collocando, qui quidem debetur anno 100. post CHRISTVM, & omnibus aliis centesimis, qui in eum articulum ex superiori dispositione incidunt. Si rursus ad 25. adiciantur 16. fient 41. Abiectis autem 28. (tantus enim est numerus annorum cycli Solaris) remanent 13. pro cyclo ponendo in radice Pollicis. Eadem ratione si ad 13. addantur 16. fient 29. & abiectis 28. relinquetur 1. pro cyclo ponendo in radice Indicis. Et si iterum ad 1. adiciantur 16. fient 17. pro cyclo in radice digiti Medij collocando. Ad quem si apponantur rursus 16. fient 33. & reiectis 28. remanebunt 5. pro cyclo in radice digiti Annularis ponendo. Tandem si ad 5. iungantur 16. fient 21. pro cyclo in radice digiti Auricularis collocando. Neque altera collocatio opus est, quod iidem numeri iam collocati iterum redeant eodem ordine. Nam si ad 21. quem numerum in radice digiti Auricularis statuimus, addantur 16. fient 37. & abiectis 28. relinquentur 9. pro cyclo in extremitate Pollicis iam dudumposito, &c. Atque hi septē  
nume-

numeri in septem illis articulis positi respondent omnibus centesimis, qui ex dispositione superiore in illos septem articulos incidunt.

**QVOD** si nimis laboriosum videatur, disponere in septem illis articulis cyclum Solarem, per adiectionem numeri 16. & abiectionem numeri 28. collocabimus eundem per additionem quaternarii, in alternis articulis, hoc ordine. Ad 9. qui numerus in summo Pollice ponitur, addatur 4. fietq; 13. pro cyclo, qui in radice eiusdem digiti (medio articulo omisso) locandus est: qdē debetur anno 100. in eadē radice posito. Nā in 100. ann. cōtinetur cyclus Solaris 28. annorū septies, & supersūt 4. Et si ad 13. addatur 4. fiet 17. pro cyclo in radice digiti Medij (omisso Indice) ponēdo, vbi collocatus ē annus 400. Si iterū ad 17. addatur 4. fiet 21. pro cyclo in radice digiti Auricularis (prætermisso Annulari) ponēdo, vbi locatus est anno 600. Et si denuo adiciantur 4. ad 21. fiet 25. in medio articulo Pollicis, (præterito summo Pollice) ubi positus est annus 800. reponenda. Ad 25. si rursus apponantur 4. fiet 29. & abiectionis 28. remanebit 1. pro cyclo radice Indicis, (relicto imo Pollicis articulo) vbi annus 1000. positus est. Et tandem si ad 1. addantur 4. fiet 5. pro cyclo radice digiti Annularis, (Medio prætermisso) vbi annum 1200. collocavimus. Vides igitur per additionem 4. eosdem numeros in eisdem articulis, alterno tamen ordine, (relicto nimirum semper uno articulo in medio) collocari.

*Facilior dispositio cycli Solaris in manu, ad cycli Solaris anni inveniendam.*

**IAM** ex his facile numerus cycli Solaris quous anno elicietur. Nam si datus sit annus aliquis centesimus, inveniēda est eius sedes inter illos, quos diximus, articulos, vna cum numero cycli Solaris ibi collocato. Is enim erit numerus cycli Solaris illius centesimi anni. At si datus sit annus quicunque post aliquem centesimum, inuestigandus est cyclus Solaris centesimi proxime elapsi, vt iam docuimus. Deinde quia singulis annis cyclus Solaris singulis vnitatibus augetur, addendæ sunt tot vnitates cyclo Solaris illius centesimi inuento, quotus annus datus est post illum centesimum. Conflabitur enim hoc modo cyclus Solaris propositi anni. Verū si numerus conflatus maior fuerit, quā 28. reiciēda erunt 28. toties, quoties reici possunt. Reliquus enim numerus erit cyclus Solaris quæsitus. Quod si remanserint 28. aut 0. erit cyclus Solaris, 28.

*Quo pacto cycli Solaris eiusdem anni inveniatur.*

**FACILE** autem ex quolibet numero, quantum magno, reicietur 28. si abiciantur 30. & pro singulis abiectionibus binæ vnitates reposcatur, quæ nimirum vna cum 28. abiectione sunt.

**RECTE** quoque feceris, si prius eo modo, quo diximus, reicias 28. ex numero annorum post centesimum proxime antecedentem, si reici possunt, & reliquum numerum cyclo Solari illius centesimi adicias, ut cyclum Solarem propositi anni conficias.

**EXEMPLI** causa. Anno 1598. querendus sit cyclus Solaris. Quoniam sedes anni 1500. est in medio articulo Pollicis, vbi collocatur numerus cycli Solaris, 25. erit eius centesimi cy-

clus Solaris, 25. Et quia ex annis 98. qui ultra 1900. dantur, re-  
 iici possunt 30. ter, addemus ter duas, hoc est, sex unitates, propter  
 tres illas abiectiones, ad 8. annos reliquos, constatque nume-  
 rum 14. ad inuentum numerum cycli Solaris 25. anno 1500. de-  
 bitum, adjiciemus, atque ex collecto numero 39. iterum 30.  
 reiciemus, & pro hac abiectione duas unitates reliquo numero 9. ap-  
 ponemus, vt constituamus 11. pro cyclo Solari anni 1598. Eademque  
 in ceteris ratio seruanda est.

Gen. 8. m. 10. tri-  
 plex tabella ad  
 cycli Solaris in-  
 uentum.

HIC etiam tabellam triplicem construemus ad inueniendum cy-  
 clum Solarem cuiusque anni, hac ratione. In prima describantur an-  
 ni centesimi hoc ordine. In prima cellula infimæ lineæ ponatur an-  
 nus 0. In secunda, annus 100. In tertia, 200. In quarta, 300. In  
 quinta, 400. In sexta, 500. In septima, 600. Deinde rursus in pri-  
 ma cellula insequentis lineæ scribatur annus 700. In secunda, 800.  
 atque ita deinceps in infinitum, redeundo semper post septimam cel-  
 lulam ( Nam 7. cellulas quælibet linea continet ) ad primam cel-  
 lulam lineæ insequentis. Quæ quidem septem cellulæ annorum  
 Domini cuiusque lineæ respondent 7. articulis digitorum, in quibus  
 eosdem centesimos annos reposuimus hoc capite.

SECUNDA tabella complectitur 29. lineas cycli Solaris, sub  
 cellulis annorum Domini descriptas. Suprema linea continet ordi-  
 ne eos 7. cyclos Solares, quos hoc cap. in 7. digitorum articulis con-  
 stituimus: qui quidem a 9. incipientes progrediuntur, per continuum  
 additionem 16. abiectis 28. ex summa, si ea maior fuerit, quàm 28. Atque  
 hæc suprema linea cycli Solaris centesimis offeratur, ac proinde ab  
 aliis 28. lineis insequentibus aliquanrulum separanda est. Hos nu-  
 meros cycli Solaris sequuntur alij deorsum descendendo ordine natu-  
 rali numerorum, ita ut infimus idem semper sit, qui supremus.

TERCIA denique tabella ad sinistram secunde continet ceterum  
 annos expansos ab 1. usque ad 100. posito anno 1. è regione secundæ lineæ,  
 & anno 2. è regione tertiæ, & sic deinceps, ita vt è regione supremæ li-  
 neæ, quæ annis centesimis debetur, nullus annus expansus describatur.

Inuenio cycli So-  
 laris tabella.

ITAQUE si annus quispiam ex centesimis offeratur, si is in tabel-  
 la prima accipiatur, & ab eo descendatur vsque ad supremam lineam  
 tabellæ secundæ; incidemus in cyclum Solarem oblatis centesimi.  
 Sic vides centesimis annis 300. 1000. 1700. 2400. 3100. 3800,  
 &c. cyclum Solarem esse 1. Proposito autem anno non centesimo;  
 si centesimus proximè elapsus sumatur in prima tabella, & an-  
 nus post eum centesimum datus in tertia, reperietur in secunda in an-  
 gulo communi cyclus Solaris anni propositi. Vt proposito anno 1687;  
 inuenietur in angulo communi anni 1600. & 87. cyclus Solaris 16. Pro-  
 posito autem anno Domini 95. reperietur in angulo communi anni 0.  
 ( nullus enim centesimus præterit ) & 95. cyclum Solarem 10. & sic de  
 cæteris.

PER



## PRIMA TABELLA ANNORVM DOMINI

TERTIA TABELLA  
annorum expansionum.

| 7700 | 7800 | 7900 | 8000 | Et sic in infinitum. |      |      |
|------|------|------|------|----------------------|------|------|
| 7000 | 7100 | 7200 | 7300 | 7400                 | 7500 | 7600 |
| 6300 | 6400 | 6500 | 6600 | 6700                 | 6800 | 6900 |
| 5600 | 5700 | 5800 | 5900 | 6000                 | 6100 | 6200 |
| 4900 | 5000 | 5100 | 5200 | 5300                 | 5400 | 5500 |
| 4200 | 4300 | 4400 | 4500 | 4600                 | 4700 | 4800 |
| 3500 | 3600 | 3700 | 3800 | 3900                 | 4000 | 4100 |
| 2800 | 2900 | 3000 | 3100 | 3200                 | 3300 | 3400 |
| 2100 | 2200 | 2300 | 2400 | 2500                 | 2600 | 2700 |
| 1400 | 1500 | 1600 | 1700 | 1800                 | 1900 | 2000 |
| 700  | 800  | 900  | 1000 | 1100                 | 1200 | 1300 |
| 0    | 100  | 200  | 300  | 400                  | 500  | 600  |

## SECUNDA TAB. CYCLI SOLARIS.

|    | 9  | 25 | 13  | 1  | 17 | 5  | 21 |
|----|----|----|-----|----|----|----|----|
| 1  | 29 | 57 | 85  | 10 | 26 | 14 | 2  |
| 2  | 30 | 58 | 86  | 11 | 27 | 15 | 3  |
| 3  | 31 | 59 | 87  | 12 | 28 | 16 | 4  |
| 4  | 32 | 60 | 88  | 13 | 1  | 17 | 5  |
| 5  | 33 | 61 | 89  | 14 | 2  | 18 | 6  |
| 6  | 34 | 62 | 90  | 15 | 3  | 19 | 7  |
| 7  | 35 | 63 | 91  | 16 | 4  | 20 | 8  |
| 8  | 36 | 64 | 92  | 17 | 5  | 21 | 9  |
| 9  | 37 | 65 | 93  | 18 | 6  | 22 | 10 |
| 10 | 38 | 66 | 94  | 19 | 7  | 23 | 11 |
| 11 | 39 | 67 | 95  | 20 | 8  | 24 | 12 |
| 12 | 40 | 68 | 96  | 21 | 9  | 25 | 13 |
| 13 | 41 | 69 | 97  | 22 | 10 | 26 | 14 |
| 14 | 42 | 70 | 98  | 23 | 11 | 27 | 15 |
| 15 | 43 | 71 | 99  | 24 | 12 | 28 | 16 |
| 16 | 44 | 72 | 100 | 25 | 13 | 1  | 17 |
| 17 | 45 | 73 |     | 26 | 14 | 2  | 18 |
| 18 | 46 | 74 |     | 27 | 15 | 3  | 19 |
| 19 | 47 | 75 |     | 28 | 16 | 4  | 20 |
| 20 | 48 | 76 |     | 1  | 17 | 5  | 21 |
| 21 | 49 | 77 |     | 2  | 18 | 6  | 22 |
| 22 | 50 | 78 |     | 3  | 19 | 7  | 23 |
| 23 | 51 | 79 |     | 4  | 20 | 8  | 24 |
| 24 | 52 | 80 |     | 5  | 21 | 9  | 25 |
| 25 | 53 | 81 |     | 6  | 22 | 10 | 26 |
| 26 | 54 | 82 |     | 7  | 23 | 11 | 27 |
| 27 | 55 | 83 |     | 8  | 24 | 12 | 28 |
| 28 | 56 | 84 |     | 9  | 25 | 13 | 1  |

Institu cycli So-  
laris p præcepta  
Arithmetica.

PER Arithmetices denique præcepta inuenietur cyclus Solaris cuiusque anni hoc modo. Annis Domini addantur 9. Collectusque numerus per 28. diuidatur. Reliquus enim ex diuisione numerus ( nulla habita ratione Quotientis : quippe qui reuolutiones cycli Solaris elapsas duntaxat monstrat ) erit cyclus Solaris anni propositi. Et si nihil ex diuisione superfit, cyclus erit 28. Vt si queratur cyclus Solaris anni 1589. Addantur 9. ad 1589. & collectus numerus 1598. diuidatur per 28. Diuisione enim absoluta, reliquus erit numerus 2. pro cyclo Solari anni 1589. Rursus si desideretur cyclus Solaris anni 10967. Additis 9. ad 10967. fit numerus 10976. quo diuiso per 28. superest 0. Cyclus ergo Solaris illius anni erit 28. & sic de aliis.

## DE LITERA DOMINICALI.

### CAP. IIII.



TSI ad literam Dominicalem cuiusuis anni inueniendam cyclo Solari non indigemus, cum eam sine cyclo Solari multò facilius reperire possimus, vt paulò post docuimus: tamen vt ratio ab Ecclesia ad hoc usque tempus obseruata in Dominicali litera inuenienda aliquo modo retineatur, ( eam enim rationem reddidimus etiam aliquanto commodiorem, vt patebit, si quis nostram rationem cum ea, quam Computistæ ante anni restitutionem tradiderunt, contulerit. ) trademus primum viam, qua litera Dominicalis cuiusuis anni ex cyclo Solari inuento reperietur. Ita ergo rem exequemur. In radicibus interioribus quatuor digitorum sinistræ manus ( omisso Pollice ) collocandæ sunt hæ quinque literæ, C, D, E, F, G, ( ex quibus litera Dominicalis cuiusuis anni per cyclo Solarem reperietur ) hoc modo. In radice digiti Auricularis ponitur C; In radice Annularis, D; in radice digiti Medij, E; & in radice Indicis duæ, F, G, propter annos bissextiles, qui omnes cadunt in articulos Indicis, vt patebit. Hæ autem quinque literæ hoc versiculo comprehenduntur.

Fastidioso quæ  
que litterarum in  
manu sinistra, ad  
literæ Dominicalis  
in iunctis gradibus  
est cyclo Solaris.

*Cordati David Extinxit Funda Gigantem.*

Si enim primam vocem, *Cordati*, tribus digito Auriculari, & secundam, *David*, Annulari, & tertiam, *Extinxit*, Medio, postremas denique duas, *Funda*, & *Gigantem*, Indici, dabunt primæ earum uocum literæ illas, quas in radicibus digitorum collocandas esse diximus.

INVENTVRVS deinde literam Dominicalem quouis anno propositi, quære cyclo Solarè illius anni, eûq; numera in 28. articulis eorum quatuor, quos diximus, digitorum sinistræ manus, hoc ordine.

Pri-

Primus annus cycli tribuatur interiori radici Indicis, secundo radici digiti Medij, tertius radici Annularis, quattus radici Auricularis, quintus secundo articulo interiori Indicis, & sic deinceps in transfuerum; ita tamen, vt quatuor extremitatibus quatuor etiam annos cycli tribuas: qua ratione annus 28. cadet in radicem exteriorẽm digiti Auricularis. Annus porro quilibet, cuius cyclus Solaris in Indicẽm incidit, bissextilis est, alij verò anni, quorum cycli Solares in alios tres digitos cadunt, omnes communes sunt. Notandus autẽm erit diligẽter articulus, in quem numerus cycli inuentus incidit. Ibi enim litera Dominicalis tũ ante Calendarij correctionẽ, tum post, inuenietur. Antequidem correctionẽ, hoc modo.

IN digito, in quem cyclus Solaris incidit, numera secundum sèriẽm naturalem literarum Dominicalium (quæ sunt hæ septẽm, A, B, C, D, E, F, G.) initio factio ab ea litera, quæ ex prima regula huius Cap. in eiusdem digiti radicẽm interiorẽm cadit, percurrentẽ articulos, seu nodos, una cum internodiis, tribueque singulis tam internodijs, quàm nodis, singulas literas, redeundo post G, ad A, donec ad articulum propositi cycli Solaris peruenias. Litera namque in eum articulum incidens, erit Dominicalis eo anno. In Indicẽ tamen præterita sunt internodia, & singulis articulis binẽ tribuendæ literæ; quòd ibi anni bissextiles collocentur, quibus binæ literæ respondent: quarum posterior Dominicum diẽm indicabit à principio anni vsque ad Festum S. Matthiæ, prior autẽm ab eodem Festo ad finem vsque anni. Atque hoc quidẽ modo litera Dominicalis cuiusuis anni ante anni restitucionẽ reperitur.

POST correctionẽ verò, Calendarij ita litera Dominicalis inuenietur. Primùm inquirenda est litera Dominicalis, perinde ac nondum correctam esset Calendarium, eo, quem proxime tradidimus, modo. Deinde numerandæ sunt à litera inuenta exclusiue tot adhuc literæ secundum ordinẽ alphabeti, quot vnitates supersunt, si septenariũ numerus dierum vnus hebdomadæ toties abiciatur, quoties abijci potest, ex numero dierum, qui vsque ad principium dati anni ablati fuerint; qui quidẽ dierum numerus ex insequenti Cap. v. sine magno labore cognoscetur: ita tamen, vt tum in annis bissextilibus, tum in centesimis non bissextilibus, hoc est, in quibus intercalaris diẽs omittitur, numeratio literarum semper fiat à posteriori litera inuenta. Vltima enim litera huius numerationis erit Dominicalis post correctiõnem Calendarij, si annus est communis: si autẽm bissextilis est, postrema illa litera, & proxime antecedens, erunt Dominicales. In centesimis porro annis non bissextilibus sola vltima litera illius numerationis est Dominicalis, ita ut cum ea non sit assumenda proxime antecedens litera, quemadmodum in bissextilibus annis faciendum esse diximus.

EXEMPLIS rem illustremus. Sit inuenienda litera Dominicalis anni 1522. Cyclus Solaris eo anno fuit 19. qui cadit in quintum articu-  
lum

*Et illud quod  
Solaris man  
facta, ad non  
secundam literam  
Dominicalẽ.*

*Quo pacto mel  
bissextiles, & cõ  
moneat cyclo  
Solaris cognosci  
tur.*

*Inuentio literæ  
Dominicalis ex  
cyclo Solaris ante  
correctionẽ  
non.*

*Inuentio literæ  
Dominicalis ex  
cyclo Solaris post  
anni correctionẽ.*

lum digiti Annularis, qui exterior est & vngui proximus: ac propterea annus ille communis est, cum eius cyclus in Indicem non incidat. Si ergo a litera D, quæ in radice Annularis digiti posita est, per seriem naturalem litterarum progrediaris, ponendo E, in proximo internodio, & F, in secundo articulo, &c. cadet litera E, in quintum illum articulum, atque idcirco litera E, Dominicalis fuit anno 1522.

ITEM quærenda sit litera Dominicalis anni 1520. Cyclus Solaris eius anni fuit 17. qui cadit in quintum articulum Indicis, in exteriorem videlicet sub vngue: ac proinde annus ille bissextilis fuit, quod eius cyclus in Indicem cadat. Si igitur a literis F, G, quæ in radice Indicis collocatæ sunt, numeres per ordinem alphabeti litteras Dominicales, ponendo binas A, B, in secundo articulo, & binas C, D, in tertio &c. cadent binæ G, A, in quintum illum articulum: quæ propterea Dominicales fuerunt anno 1520.

R V R S V S inquirenda sit litera Dominicalis anni 1594. Cyclus Solaris eius anni est 7. qui in secundum articulum interiorem digiti Annularis incidit, atque idcirco annus ille communis est. Si igitur a litera D, quæ in radice eiusdem digiti collocatur, numeres litteras Dominicales per seriem alphabeti, ponendo E, in proximo internodio, cadet F, in secundum articulum, ubi positus est cyclus Solaris 7. quæ litera Dominicalis esset, nisi Calendarij correctio decem dies abstulisset. Quare si post F, percurras adhuc tres litteras G, A, B, quod post abiectionem 7. ex 10. diebus ablati, supersunt 3. erit B, litera Dominicalis anno 1594.

ANNO quoque 1604. litera Dominicalis reperietur hoc modo. Cyclus Solaris est 17. qui incidit in quintum articulum Indicis, nimirum in exteriorem vngui proximum, in quem cadunt binæ litteræ G, A; quæ Dominicalis essent, nisi 10. dies essent exempti. Si numeres ergo a posteriori litera A, adhuc tres litteras B, C, D, & cum ultima D, assumas quoque antecedentem litteram C, quod annus datus sit bissextilis, (cum eius cyclus incidat in Indicem,) erunt litteræ Dominicales D, C.

POSTREMO ita inquirens Dominicalem litteram anno 1800. nō bissextili. Cyclus Solaris iterum est 17. quem in quintum articulum Indicis cadere diximus, ubi ponuntur binæ litteræ G, A. Et quoniam vsque ad principium anni 1800. ablati erunt dies 11. (Nam in Festo S. Matthiæ erit primum ablarus dies 12. quod tunc dies intercalaris omittatur) numerabimus post A, quatuor adhuc litteras B, C, D, E, quod post abiectionem 7. ex 11. remanent 4. erit solum litera E, tunc Dominicalis; cum annus 1800. sit communis, hoc est, sine intercalari die transigatur, ac propterea proxime antecedens litera D, assumenda non sit, quemadmodum in annis bissextilibus faciendum est se præcepimus.

QVOD si nolis post litteram inuentam in articulo, in quem cyclus incidit, numerare tot adhuc litteras, quot dies supersunt post abiectionem

Etione 7. ex numero dierū exēptorū, poteris in radicibus interiorib. quatuor digitorum collocare alias quinque literas, quę tibi inferuient ab illo centesimo exclusiue, pro quo collocatę sunt, vsq; ad alium centesimū in clusiue, in quo iterum dies intercalaris omittetur. Hoc autem modo collocatio quouis anno centesimo non bissextili proposito fiet. Post literam C, positam in radice Auricularis numerata tot literas, quot vnitates super sunt post abiectionem omnium septenariorum ex numero dierum vsq; ad propositum annum centesimum non bissextilem exclusiue exemptorum, quorū videlicet supra diximus numerandas esse post inuentam literam. Vltima enim harum locanda erit in radice Auricularis loco C, & alia deinceps, quę sequuntur, positę duabus in Indice, vt supra: Vt quoniam exempli sunt dies 10. vsque ad annum 1700. exclusiue, in quo alius dies mense Februario eximeretur, numerandę sunt post C, tres hę literę, D, E, F, atque F, locanda in Auriculari; G, in Annulari; A, in Medii; B, & C, in Indice: quę quidem vsū habebunt vsq; ad annū 1700. inclusiue.

Alia collectio  
quinque literarū  
in unum fastidit  
ad inueniendam  
literam Dominicalem  
post annum  
restituam.

**ITAVE.** si litera Dominicalis inuenienda sit, verbi gratia, anno 1594. quo cyclus Solaris est 7. cadens in secundum articulum interiorē Annularis, numerabimus a litera G, in radice eiusdem digiti posita, literas ordinatim, ponendo A, in proximo internodio, ita vt M, in secundum articulum incidat. Litera enim B, Dominicalis erit, vt supra patuit.

**RVRVS** ad inueniendas literas Dominicales post annum 1700. quando iam dies omnino 11. erunt exempti, vsque ad annum 1800. inclusiue, numerabimus post literam C, in radice Auricularis ante restitutionem anni positam, quatuor hęc literas, D, E, F, G, propter quatuor vnitates, quę supersunt post abiectionem 7. ex numero 11. dierum exemptorum. Posita ergo litera G, in radice Auricularis, locabitur A, in radice Annularis; B, in radice Medij digiti; & C, D, in radice Indici.

**ITEM** post annum 1800. quando exempti erunt 12. dies in vnium sum, vsque ad annum 1900. inclusiue, numerandę erunt post literam C, (quam ante correctionem in radice Auricularis locauimus) quinque hęc literę, D, E, F, G, A, propterea quod 5. vnitates supersunt post abiectionem 7. ex numero 12. dierum detractorum. Collocata igitur litera A, in radice Auricularis, statuatur B, in radice Annularis; G, in radice Medij; & D, E, in radice Indici.

**SIC** si inueniendę sint literę Dominicales post annum 1900. vsque ad annum 2100. (quia anno 2000. dies intercalaris non omittitur) quando post annum 1900. detracti erunt dies omnino 13. ex quibus si abiciatur 7. remanent 6. numerandę erunt post C, in radice Auricularis ante annum restitutum positam, sex hęc literę, D, E, F, G, A, B, atque B, in eadem radice locanda pro C, &c.

**CONSTRVCTIO** duplicis tabellę ad inueniendas literas Dominicales ex cyclo Solari ita fiet. In prima describantur anni centesimi post

post correctionem Calendarii hoc ordine. In prima cellula infimę lineę ponatur annus 1582. post detractionem 10. dierum, & in eadem annus 1600. bissextilis scribatur. In secūda cellula, annus 1700. In tertia, 1800. In quarta, 1900. vna cum anno 2000. bissextili. In quinta, 2100. In sexta, 2200. In septima, anni 2300. 2400. Deinde rursus in prima cellula lineę insequentis, annus 2500. In secunda, 2600. In tertia, anni, 2700. 2800. atque ita deinceps in infinitum, redeundo semper a septima cellula cuiusque lineę (Nam 7. cellulas singulę lineę continent) ad primam insequentis cellulę: ita vt centesimum quemque annum bissextilem in eadę semper cellula cum proxime antecedente centesimo non bissextili colloces; hoc est, vt post binas cellulas quascunque ponas duos centesimos in eadem cellula insequenti.

SECVNDĀ tabella continet 7. cyclos 28. literarum Dominicalium, quorum primus incipit à literis c, b : Secundus a literis d, c : Tertius a literis e, d : Quartus a literis f, e : Quintus a literis g, f : Sextus a literis A, g : Septimus a literis b, A. quorum quilibet per feriem literarū retrogradam descendendo progreditur, descriptis in quarta quaque cellula binis literis. Ad dextram denique horū cycloꝝ, vel ad sinistram, scribantur 28. anni cycli Solaris.

Invenio literas  
Dominicalis post  
correctionem ex  
tabella.

SI igitur ex tabella antecedentis Cap. inveniatur cyclus Solaris quocunque anno post correctionem proposito, reperietur in hac duplici tabella è regione eius cycli, & sub centesimo proxime elapso, vel sub cetero sumo proposito, in angulo communi litera Dominicalis dati anni : quę duplex erit in annis bissextilibus, simplex vero in communibus. In annis autem centesimis non bissextilibus, id est, in quibus dies intercalaris ommittitur, sumenda est ex duabus literis vna tantum, ea nimirum, quę ad sinistram sita est, estque prior in alphabeto. Vt anno 1596. cyclus Solaris est 9. è regione cuius, & sub anno 1582. reperiantur literę g, f, quę Dominicales eo anno erunt. Item anno 1900. cyclus Solaris est 5. è regione cuius, & sub anno 1900. reperiantur literę A, g. Ergo g, erit tunc Dominicalis. Et sic de cæteris.

Invenio literas  
Dominicalis ante  
correctionem,  
ex tabella.

ANTE annum restitutum eodem modo inveniatur litera Dominicalis, si linea quinta descendens literarum Dominicalium, quę incipit a literis g, f, assumatur. Vt anno 1582. cyclus Solaris fuit 23. è regione cuius in quinta linea descendente literarum Dominicalium descripta est litera g. Hęc ergo Dominicalis fuit ergo anno 1582. ante correctionem anni. Item anno 325. cyclus Solaris fuit 26. cui in eadem quinta linea respondet litera Dominicalis c, & sic de reliquis.



PRIMA TABELLA ANNO RVM DOMINI

|                 |                 |                 |                 |                 |                 |                 |                 |                 |                  |
|-----------------|-----------------|-----------------|-----------------|-----------------|-----------------|-----------------|-----------------|-----------------|------------------|
| 1 <sup>ma</sup> | 2 <sup>ma</sup> | 3 <sup>ma</sup> | 4 <sup>ta</sup> | 5 <sup>ta</sup> | 6 <sup>ta</sup> | 7 <sup>ma</sup> | 8 <sup>ta</sup> | 9 <sup>ta</sup> | 10 <sup>ma</sup> |
| 1 <sup>ma</sup> | 2 <sup>ma</sup> | 3 <sup>ma</sup> | 4 <sup>ta</sup> | 5 <sup>ta</sup> | 6 <sup>ta</sup> | 7 <sup>ma</sup> | 8 <sup>ta</sup> | 9 <sup>ta</sup> | 10 <sup>ma</sup> |
| 1 <sup>ma</sup> | 2 <sup>ma</sup> | 3 <sup>ma</sup> | 4 <sup>ta</sup> | 5 <sup>ta</sup> | 6 <sup>ta</sup> | 7 <sup>ma</sup> | 8 <sup>ta</sup> | 9 <sup>ta</sup> | 10 <sup>ma</sup> |
| 1 <sup>ma</sup> | 2 <sup>ma</sup> | 3 <sup>ma</sup> | 4 <sup>ta</sup> | 5 <sup>ta</sup> | 6 <sup>ta</sup> | 7 <sup>ma</sup> | 8 <sup>ta</sup> | 9 <sup>ta</sup> | 10 <sup>ma</sup> |
| 1 <sup>ma</sup> | 2 <sup>ma</sup> | 3 <sup>ma</sup> | 4 <sup>ta</sup> | 5 <sup>ta</sup> | 6 <sup>ta</sup> | 7 <sup>ma</sup> | 8 <sup>ta</sup> | 9 <sup>ta</sup> | 10 <sup>ma</sup> |
| 1 <sup>ma</sup> | 2 <sup>ma</sup> | 3 <sup>ma</sup> | 4 <sup>ta</sup> | 5 <sup>ta</sup> | 6 <sup>ta</sup> | 7 <sup>ma</sup> | 8 <sup>ta</sup> | 9 <sup>ta</sup> | 10 <sup>ma</sup> |
| 1 <sup>ma</sup> | 2 <sup>ma</sup> | 3 <sup>ma</sup> | 4 <sup>ta</sup> | 5 <sup>ta</sup> | 6 <sup>ta</sup> | 7 <sup>ma</sup> | 8 <sup>ta</sup> | 9 <sup>ta</sup> | 10 <sup>ma</sup> |
| 1 <sup>ma</sup> | 2 <sup>ma</sup> | 3 <sup>ma</sup> | 4 <sup>ta</sup> | 5 <sup>ta</sup> | 6 <sup>ta</sup> | 7 <sup>ma</sup> | 8 <sup>ta</sup> | 9 <sup>ta</sup> | 10 <sup>ma</sup> |
| 1 <sup>ma</sup> | 2 <sup>ma</sup> | 3 <sup>ma</sup> | 4 <sup>ta</sup> | 5 <sup>ta</sup> | 6 <sup>ta</sup> | 7 <sup>ma</sup> | 8 <sup>ta</sup> | 9 <sup>ta</sup> | 10 <sup>ma</sup> |
| 1 <sup>ma</sup> | 2 <sup>ma</sup> | 3 <sup>ma</sup> | 4 <sup>ta</sup> | 5 <sup>ta</sup> | 6 <sup>ta</sup> | 7 <sup>ma</sup> | 8 <sup>ta</sup> | 9 <sup>ta</sup> | 10 <sup>ma</sup> |

SECUNDA TABELLA LUNARVM

|     |     |     |     |     |     |     |    |
|-----|-----|-----|-----|-----|-----|-----|----|
| b c | c d | d e | e f | f g | g A | A b | 1  |
| A   | b   | c   | d   | e   | f   | g   | 2  |
| g   | A   | b   | c   | d   | e   | f   | 3  |
| f   | g   | A   | b   | c   | d   | e   | 4  |
| d e | e f | f g | g A | A b | b c | c d | 5  |
| c   | d   | e   | f   | g   | A   | b   | 6  |
| b   | c   | d   | e   | f   | g   | A   | 7  |
| A   | b   | c   | d   | e   | f   | g   | 8  |
| f g | g A | A b | b c | c d | d e | e f | 9  |
| e   | f   | g   | A   | b   | c   | d   | 10 |
| d   | e   | f   | g   | A   | b   | c   | 11 |
| c   | d   | e   | f   | g   | A   | b   | 12 |
| A b | b c | c d | d e | e f | f g | g A | 13 |
| g   | A   | b   | c   | d   | e   | f   | 14 |
| f   | g   | A   | b   | c   | d   | e   | 15 |
| e   | f   | g   | A   | b   | c   | d   | 16 |
| c d | d e | e f | f g | g A | A b | b c | 17 |
| b   | c   | d   | e   | f   | g   | A   | 18 |
| A   | b   | c   | d   | e   | f   | g   | 19 |
| g   | A   | b   | c   | d   | e   | f   | 20 |
| e f | g   | A   | A b | b c | c d | d e | 21 |
| d   | e   | f   | g   | A   | b   | c   | 22 |
| c   | d   | e   | f   | g   | A   | b   | 23 |
| b   | c   | d   | e   | f   | g   | A   | 24 |
| g A | A b | b c | c d | d e | e f | f g | 25 |
| f   | g   | A   | b   | c   | d   | e   | 26 |
| e   | f   | g   | A   | b   | c   | d   | 27 |
| d   | e   | f   | g   | A   | b   | c   | 28 |

ANNI CYCLI SOLARIS.

Inuenio cycli Solaris ad inueniendam litteram Dominicalē post correctionem, hęc numeratione die sū exemptorum, & mutatione litterarum in radicibus digitorum.

PORRO commodissime etiam post correctionem, litteram Dominicalē reperiemus sine numeratione dierum exemptorum, & mutatione litterarum in radicibus digitorum, si cyclum immutemus, hoc videlicet modo, qui facillimus est. Centesimo cuique anno bissextili tribuatur perpetuo articulus secundus interior Indicis, & numerus cycli 5. qui ex superiore numeratione in eū articulum incidit, si nimirum in 28. articulis quatuor digitorum in transversum omnes 28. anni cycli Solaris disponantur. Primo autem cuique centesimo post centesimum bissextilem tribuatur insequens tertius articulus Indicis, & Cycli numerus 9. qui in eum ex eadem numeratione incidit. Secundo vero cuique centesimo post centesimum bissextilem tribuatur subsequens articulus, hoc est, extremitas Indicis, & cycli numerus 13. in eum cadens ex eadē cycli in articulis digitorum dispositione. Tertio denique cuius centesimo post centesimum bissextilem tribuatur quintus articulus (qui est primus exterior sub vngue) & cycli numerus 17. in eum incidens, si 28. anni Solaris cycli in articulis numerentur, vt diximus. Itaque cyclus 5. anno cuique centesimo bissextili conuenit: & cyclus 9. anno cuique centesimo post bissextilem primo: Et cyclus 13. anno cuique centesimo post bissextilem secundo: cyclus denique 17. centesimo cuique anno tertio post bissextilem centesimum.

Inuenio litteram Dominicā solā post correctionem per cyclum Solaris immutatum, hęc numeratione dierum exemptorum, & mutatione litterarum in radicibus digitorum.

DEINDE inueniatur cum hisce cyclis centesimorum annorum cyclus anni post quemuis centesimum propositi, vt Capite antecedente dictum est, addendō videlicet annos post centesimum datum ad cyclū eiusdem centesimi immutatum, & reijciendo 28. &c. Si enim hunc cyclum inuentum numeres in articulis digitorum, vt in hac regula dictum est, factō initio a radice Indicis, reperiemus litteram Dominicalē post correctionem, vt ante anni restitutionem. In annis tamen centesimis non bissextilibus accipienda est prior littera inuenta ex duabus, quæ nimirum prior est in alphabeto.

VERBI gratia. Sit datus annus 1599. Quoniam annus 1500. post correctionem est instar tertij centesimi post bissexturn, quod proxime sequens centesimus 1600. bissextilis sit, statuemus eum in quinto articulo Indicis, qui exterior est vngui proximus, eidemque numerum cycli 17. tribuemus. Deinde ex reliquis annis 99. abijciemus 28. quoties fieri potest, (quod fiet, si reicias ter 30. hoc est 90. & pro singulis abiectionibus repositas 2. nimirum 6. addasque reliquos 9. annos, vt fiant 15.) & annos reliquos 15. numero cycli 17. qui centesimis annis a bissexto tertijs, ac proinde & anno 1500. deberet, adijciemus, vt fiant 32. Ex quibus si abijciantur 28. relinquuntur 4. pro cyclo anni 1599. qui numerus cycli in radicem interiorem digiti Auricularis cadit. Et quia ibi collocatur littera C, vt initio huius capituli diximus, erit C, littera Dominicalis anno 1599.

R V R S V S datus sit annus 1800. a bissexto secundus, sedem habens in extremitate Indicis, vbi est cycli numerus 13. & vbi ponuntur litteræ E, F, vt constat, si numeremus a literis F, G, quæ in radice Indicis

dicis initio huius capituli collocatae sunt, usque ad Indicis extremum. Cum igitur annus 1800. non sit bissextilis, erit prior inuenta litera E, Dominicalis anno 1800.

**I T E M** datus sit annus 1724. Sedes anni 1700. cum primus centesimus sit a bissexto, est in tertio articulo interiori Indicis, ubi cycli numerus 9. ponitur, quem ad reliquos annos 24. adijcientes faciemus 34. & abiectis 28. remanebunt 5. pro cyclo anni 1724. qui numerus cadit in secundum articulum interiorem Indicis, ubi sunt literae A, B, quae anno 1724 Dominicales erunt.

**P O S T R E M O** datus sit annus 2386. Sedes anni 2300. cum sit tertius centesimus post bissextum, est in articulo exteriori Indicis sub vngue, ubi est numerus cycli 17. Abiectis autem 28. ex reliquis annis 86. remanent 2. quibus additis ad cyclum 17. fiunt 19. pro cyclo anni 2386. qui numerus incidit in quintum articulum Annularis, qui est exterior sub vngue. Si igitur à radice illius digiti, ubi est litera D, ex dispositione ad initium huius capituli tradita, numeremus ordine literas, progrediendo per internodia, & nodos, cadet in quintum illum articulum litera E, quae anno 2386. Dominicalis erit.

**C V R** autem eisdem centesimis annis tam bissextilibus, quam primis, secundis, ac tertijs a bissexto, eisdem semper numerus cycli tribuamus, & easdem literas, causa haec est. Quia per aequationem anni Solaris noui Calendarij, quae 400. quibusq; annis tres dies intercalares omittit, post quosuis 400. annos redeunt eadem literae Dominicales omnino; sit, ut cyclus Solaris post correctionem (si innouetur) contineat 400. annos. Per spicuum autem est, quemlibet centesimum bissextilem à proximo centesimo bissextili, & quemlibet centesimum primum a bissexto a proxime antecedente centesimo primo a bissexto, & secundum a secundo, atque tertium a tertio, distare annis 400. Constat quoque ex regula superiore, Dominicales literas anni 1600. qui bissextilis est, esse A, B; literam verò Dominicalem anni 1700. qui est centesimus primus post bissextum, esse C; & literam Dominicalem anni 1800. qui centesimus est secundus post bissextum, esse E; literam denique Dominicalem anni 1900. qui centesimus est a bissexto tertius, esse G: quae quidem literae in quatuor illos articulos Indicis, in quibus centesimos annos constituimus, incidunt, dummodo in centesimis non bissextilibus priorem ex duabus accipias. Quare eodem ordine in sequentibus quadringentis quibusuis annis eadem literae redibunt. At in priori ratione inueniendi literam Dominicalem eisdem centesimis annis non ijdem numeri cycli tribui possunt: quia in ea habetur ratio dierum exemptorum, assumiturque cyclus 28. annorum vsitatus, ut supra patuit.

**S E D** explicemus iam causam huius nostrae operationis, cur videlicet quinque has literas, C, D, E, F, G, naturali ordine alphabeti in radicibus quatuor digitorum statuerimus, factò initio a digito Auriculari: cur item in digitis literae Dominicales post literas in radicibus constitutas naturali etiam serie literarum numeremus, idque tum per no-

Cur anni centesimi et bissextiles, quomodo primi, secundus, ac tertius a bissexto, eisdem literas Dominicales habent, eisdemque Cyclis Solaris inueniuntur.

dos, tum per internodia, Indice excepto : cum tamen in usu literæ Dominicales retrogrado ordine progrediantur, & omnes, quæ inuestigantur, in ipsos, tantum nodos incidant. Causa igitur hæc est. Cyclus antiquus literarum Dominicalium incipit a binis literis G, F, desinitque in A, hoc modo in 28. cellulas distributus ordine retrogrado.

Cur in literis Dominicalibus inveniatur serie naturalis literarum per internodia in radicibus interioribus sine intermissione manus hæc literæ, e, d, g, f, initio facti ab Annulari.

|   |   |   |   |   |   |   |   |   |   |   |   |   |   |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| g | e | d | c | b | g | f | e | d | b | A | g | d |   |
| f |   |   |   | A |   |   | c |   |   |   | e |   |   |
| c | b | A | f | e | d | c | A | g | f | e | c | b | A |
|   |   | g |   |   |   | b |   |   | d |   |   |   |   |

Qui quidem cyclus in manu sinistra ita disponitur per articulos in transuersum, sumptis etiam digitorum extremitatibus pro articulis. Prima cellula tribuitur radici interiori Indicis, secunda radici digiti Medij, tertia radici digiti Annularis, quarta radici digiti Auricularis, quinta secundo articulo Indicis, sexta secundo articulo digiti Medij, & ita deinceps: ita ut in radice exteriori digiti Auricularis ponatur ultima cellula. Vbi vides, literam C, quartæ cellulæ cadere in radicem digiti Auricularis; literam D, tertiæ cellulæ, in radicem digiti Annularis; literam E, secundæ cellulæ in radicem digiti Medij, & binas literas F, G, primæ cellulæ in radicem Indicis; vbi nos videlicet easdem literas collocauimus. Quoniam uero facilior est numeratio literarum ordine naturali, quam retrogrado, malimus numerare quinque has literas C, D, E, F, G, naturali serie, initio facti a digito Auriculari, quam ordine inuerso, hoc modo, g, f, e, d, c, initio sumpto ab Indice, positis ibi binis literis g, f. Atque hæc causa est, cur in Auricula collocemus C; & D, in Annulari; & E, in Medio; atque F, G, in Indice.

Cur in literis Dominicalibus inveniatur serie naturalis literarum per internodia, idem per internodia, ac nodos.

CVR autem per internodia in omnibus digitis, præterquam in Indice, progrediamur naturali etiam ordine literarum, hæc causa reddi potest. Sumpta quacunque cellula simplicis literæ in cyclo paulo ante descripto, si quis ab ea inclusiuè numeret quinque cellulas inclusiuè, reperiet in quinta cellula eam literam, quæ in alphabeto tertia est post literam sumptæ cellulæ. Ut verbi gratia, post literam E, in secunda cellula positam reperitur in sexta cellula, quæ est quinta a secunda inclusiuè, litera g, quæ tertia in alphabeto est post E, &c. Quare cum in tribus digitis, Auriculari, Annulari, ac Medio, quilibet articulus a proxime antecedente articulo eiusdem digiti sit quintus, si modo numeratio

ratio instituat in transuersum, progrediendo videlicet ab Indice versus digitum Medium, Annularem, Auricularem, & redeundo ad Indicem: ponetur necessariò in eo articulo litera illa, quæ tertia est in alphabeto ab ea, quæ in antecedenti articulo eiusdem digiti ponitur, nimirum ea, quæ in superiori cyclo quintum locum occupat ab illa, quæ in antecedenti articulo eiusdem digiti collocatur. Recte igitur facimus, cum ordine naturali progredientes in literis, ponimus in internodijs singulis singulas literas; quia hac ratione ponitur in subsequenti quo vis articulo proximo eiusdem digiti litera illa, quæ in alphabeto tertia est ab ea, quæ in antecedenti articulo posita est.

**E A D E M** ratio est, cur in Indice, omissis internodijs, ponamus in singulis articulis binas literas secundum ordinem naturalem literarum: quoniam videlicet in eodem cyclo superiore, si quis a qualibet cellula duplicis literæ numerare incipiat, reperiet in quinta cellula duas literas, quæ in alphabeto sequuntur ordine naturali duas illas, quæ in cellula assumpta collocantur. Cum ergo quilibet articulus Indicis ab antecedente articulo eiusdem Indicis sit quintus, si articuli in transuersum numerentur, a radice Indicis principio sumpto, liquidò constat, cur prætermisissis internodijs Indicis, tribuamus singulis articulis binas literas secundum ordinem naturalem alphabeti.

**V E R V M** longè facilius reperiemus literam Dominicalem tum ante, tum post correctionem Calendarij, nulla habita ratione cycli Solaris, qui proposito cuius anno respondet, idque in septem solis articularis sinistrae manus, quorum primus sit in Pollice summo, secundus in medio, tertius in imo, quartus in radice Indicis, quintus in radice digiti Medij, sextus in digiti Annularis radice, & septimus in radice digiti Auricularis. Primum igitur ante correctionem Calendarij, centesimi anni ita distribuendi sunt in septem illos articulos, de quibus iam dictum est. In extremo pollice ponitur annus 0. In articulo medio eiusdem annus 100. In eiusdem radice annus 200. In radice Indicis 300. In radice Medij annus 400. In radice Annularis annus 500. In radice Auricularis annus 600. Deinde rursus in Pollicis extremo annus 700. atque ita deinceps, ut Capite 3. de cyclo Solari dictum est, donec ad annum 1500. peruenieris, qui in medium articulum Pollicis incidit. Alij enim centesimi anni insequentibus sunt iam post anni correctionem, ac proinde aliam dispositionem postulant, ut paulò post dicemus.

**P O S T E A** numerandi sunt omnes anni post quemlibet centesimùm, quos expansos uocant, hoc ordine. In Pollicis extremo ponitur annus 1. In medio articulo annus 2. In radice annus 3. In radice tamen Indicis, quam digiti Medij annus 4. 4. quòd quartus annus sit bissextilis, ac proinde duas postulat literas. In radice digiti Annularis annus 5. In radice Auricularis annus 6. Deinde redeundo ad Pollicem, in eius extremo collocatur annus 7. In medio eiusdem, & radice annus 8. 8. quòd octauus quoque annus sit bissextilis. In radice Indi-

*Cur in indice, in teroedis omiffa, binæ literæ in articulo digiti naturali ferre eol locentur.*

*Dispositio annorũ centesimorũ I 7. articulis manũ sinistrae, ad inueniendam literam Dominicalem ante correctionem, sive cyclo Solaris.*

*Dispositio annorũ post correctionem quælibet capitũ in 7. articulis sinistrae manũ, ad inueniendam literam Dominicalem sine cyclo Solaris tam ante correctionem, quæ post.*

Indicis

cis annus 9. In radice Medij annus 10. In radice Annularis annus 11. In radice tam Auricularis, quàm Indicis, annus 12. 12. quòd annus duodecimus sit quoque bissextilis; atque ita deinceps omnes 100. anni expansi in illis 7. articulis ordine collocabuntur; dummodo memineris, in binis articulis binos numeros annorum bissextilium reponere; quales sunt anni 4. 8. 12. 16. 20. 24. 28. 32. 36. 40. & reliqui omnes, quos quaternarius metitur, qui quidem binis articulis tribuendi sunt, hoc modo: 4.4: 8.8: 12.12: 16.16: 20.20: &c.

SED quoniam longum foret, ac difficile, numerare hac arte omnes vsque ad propositum annum post quemlibet centesimum, præsertim si ab insequenti centesimo datus annus non longe absit, utemur eodem illo artificio, quo supra usi sumus Capite 3. quod eiusmodi fuit.

Quia ræoe cyclos  
et quoniam ex  
magno numero  
annorum explico  
tam facile ab-  
citer.

Reiectis 30. ex numero anni post centesimum dati, quoties fieri potest, & pro singulis abiectionibus binis vnitatibus resumtis, addemus has vnitates reliquis annis, (qui nimirum post abiectionem 30. supersunt) numerumque collectum, qui nunquam maior est, quàm 28. (si namque maior aliquando fuerit, reijcitur sunt 28.) in 7. illis articulis sinistrae manus supputabimus, initio facto a Pollicis extremo, & numeris bissextilium annorum, puta 4. 8. 12. &c. binis articulis semper attributis, ut supra diximus. Ut si datus sit, verbi gratia, post aliquem centesimum annus 60. quoniam abijci possunt 30. bis, repositemus 4. vnitates, hoc est, bis duas, easque (quia nullus alius annus post 60. superest) numerabimus in articulis, tribuendo 4. 4. radicibus Indicis, & digiti Medij. Atque hæc duæ radices anno 60. post quemlibet centesimum perpetuo tribuentur. Item si datus sit annus 85. post centesimum aliquem: reiectis 30. bis, & 4. vnitatibus, id est, bis duabus, receptis, propter duas illas abiectiones 30. adjiciemus eas ad reliquos annos 25. qui post abiectiones 30. ex 85. supersunt, & a numero conflato 29. abijciemus 28. hoc est, numerum Cycli Domicalium literarum, reliquamque vnitatem in extremo Pollice statuemus, ubi perpetua sedes est anni 85. & omnium aliorum, in quibus post abiectionem 28. vnitates est reliqua.

Compendii di-  
gnificatus ab-  
uorioris artic-  
in hanc man-

R V R S V S quia molestum quoque est percurrere singulos annos vsque ad 28. in 7. illis articulis, facileque labi quis potest in ea numeratione, non tribuendo per incuriam binis articulis binos numeros eorum annorum bissextilium, uti licebit hoc compendio. Quaternos annos (nimirum 4. 8. 12. 16. 20. 24. 28) binis articulis tribuemus continuato ordine, initio tamen facto a digito Medio, atque Indice, per radicem, & medium articulum Pollicis, deinde per extremum Pollicem, ac radicem Auricularis, itemque per radices Annularis, ac Medij, atque ita deinceps versus Pollicem progrediendo, ordine scilicet contrario ei numerationi, quam annis expansis præscripsimus; cum annorum expansorum numeratio a Pollicis summo incipiens, per eius medium, atque ipsum, &c. versus Auricularem progrediatur; quaterni autem anni contrario ordine per binos articulos distribuuntur, principio



cipio sumpto a radicibus digiti Medij, & Indicis, ac versus Pollicem progrediendo.

N V M E R A T I O verò hæc quaternorum annorum facile sic fiet. Posita extremitate digiti Medij dextræ manus in radice digiti Medij manus sinistrae, & extremitate Indicis manus dextræ in radice Indicis sinistrae manus, statuemus ibi 4. 4. Deinde posita extremitate Medij dextræ manus in radice Pollicis sinistrae, & extremitate Indicis manus dextræ in medio Pollicis sinistrae, ibi locabimus 8. 8. Rursus posita Indicis dextri summitate in Pollice summo sinistro, & Medij dextri extremitate in radice Auricularis sinistrae, ponemus in his duobus articulis 12. 12. Post hæc posita extremitate Medij dextri in radice Annularis sinistrae, & Indicis dextri summitate in radice Medij sinistrae, constituemus in duabus hisce radicibus 16. 16. Item posita extremitate Medij dextri in radice Indicis sinistrae, & extremitate dextri Indicis in radice Pollicis sinistrae, collocabimus in his duabus radicibus 20. 20. Præterea, posita Medij dextri summitate in medio Pollicis sinistrae, & Indicis dextri extremitate in summo Pollice sinistro, ponemus ibi 24. 24. Denique, posita extremitate Medij manus dextræ in radice Auricularis sinistrae manus, & extremitate dextri Indicis in radice Annularis sinistrae manus, statuemus in duabus hisce radicibus 28. 28. Atque in hunc modum collocati erunt omnes numeri annorum bissextilium in proprijs sedibus, in ijs nimirum articulis, in quos per superiorem numerationem incidebant. Quòd si datus sit annus quispiam ex expansis non bissextilis, inquiremus eius sedem in eisdem 7. articulis, hoc modo. Inuenta sede proxime antecedentis anni bissextilis, eo, quo diximus, artificio, tribuemus primum annum post illum bissextum ei articulo, qui sedem eius bissexti inuentam proxime eo ordine insequitur, quem in numeratione annorum expansorum seruandum esse diximus, ordine scilicet contrario ei, quem in collocaione quaternorum annorum nuper tenuimus: Item secundum annum post eundem bissextum alteri articulo proxime insequenti, & tertium alteri adscribemus. Velut si datus sit annus 19. inueniemus primo loco sedem anni 16. (qui bissextilis est, proxime antecedens annum 19.) in radicibus Annularis, ac Medij. Annum deinde 17. proximum post bissextilem 16. dabimus radici Auricularis, & annum 18. secundum post bissextilem eundem 16. extremitati Pollicis, & annum 19. tertium ab eodem bissexto 16. medio articulo Pollicis. Atque in medio Pollice dices sedem esse anni 19. Item si datus sit annus 14. reperiemus primum sedem anni 12. (qui est bissextilis proxime antecedens) in extremo Pollice, & radice Auricularis. Annum deinde 13. qui primus est post bissextilem 12. tribuemus medio Pollicis, & annum 14. secundum ab eodem bissexto 12. radici eiusdem Pollicis, ibique sedem esse dicemus anni 14. atque ita de cæteris.

SED percommode quoque sic agemus in sedibus annorum 28. expan-

hinc completi  
dispositio est.  
annorum in artic-  
lis manet factu-  
rum.

expanforum inueniendis. Quoties quaternarius in dato numero annorum expanforum (reiecto prius, si fieri potest, cyclo 28. annorum) continetur, tot vnitates eidem annorum numero addantur. Si enim in 7. illis articularis numerum collectum numeremus a summo Pollice per eius medium, radicem, &c. nullo numero binis articularis tributo, finietur numeratio in articulo, qui dati anni sedes est: ita tamen, vt in anno bissextili articularis inuentus sit ex duobus ei debitis posterior, ac propterea eidem tribuendus quoque sit proxime antecedens articularis versus Pollicis summitatem, & ab hac versus radicem Auricularis progrediendo. Vt si datus sit, verbi gratia, annus 27. Quoniam in 27. continetur quaternarius sexies, addemus 6. ad eundem numerum 27. annorum, & constatum numerum 33. ita breuiter numerabimus. Demptis 7. quoties fieri potest, computabimus in articulis reliquas 5. vnitates, à summo Pollicis incipientes; cadetque quinta vnitas in radicem Medij. Ibi ergo sedes erit anni 27. Sic quoque, si datus sit annus 76. post quempiam centesimum, reiectis 30. bis, addemus reliquo numero 16. bis duas vnitates, hoc est, 4. vt numerum 20. compleamus. Quoniam vero in 20. continentur 4. quinquies, addemus 5. ad 20. vt faciamus 25. atque hunc numerum compositum 25. numerabimus, vt prius: hoc est, reiectis 7. quoties fieri potest, reliquas 4. vnitates in articulis numerabimus, principio ab extremitate Pollicis sumpto, cadetque vltima vnitas in radicem Indicis. Quare annus 20. cum bissextilis sit, sedem habebit in radicibus Indicis, & Pollicis. Radici enim Indicis adiungendus etiam est articulus antecedens, nimirum radix Pollicis, propter bissextilem annum, vt dictum est.

Truensis littera  
Dominicalitate  
anni ex hoc non  
facit cyclofolari,  
longe facillima.

HIS positis, ita litteram Dominicalem ante anni restitutionem inuestigabimus. Inuenta in 7. illis articularis sede centesimi, qui annum propositum proxime antecedit, vt paulo ante docuimus, statuemus in ea litteram B. Notato quoque articulo, qui sedes est propositi anni expanfi post datum centesimum; progrediemur a littera B, quam in sede propositi centesimi statuimus, naturali ordine litterarum per C, D, E, F, G, A, versus extremitatem Pollicis, & hinc ad radicem Auricularis procedemus, deinde ad radicem Annularis, &c. donec ad articulum, qui anni post eum centesimum dati sedes est, veniamus. Littera enim in eum articulum incidens, Dominicalis erit eo anno; simplex quidem, si annus est communis; Si vero bissextilis, duplex, duæ nimirum cadentes in duos articulos anno bissextili tributos: quarum posterior in alphabeto, id est, quæ posterius occurrit in numeratione per articulos facta, in priori anni parte vsque ad festum S. Matthiæ assumenda est, prior autem in parte anni posteriori.

Litteræ Domini-  
cales etiam ordi-  
annorum bissextili  
hinc incidit ut  
per in radice An-  
nularis, & Au-  
ricularis.

QVOD si anno quempiam centesimo littera Dominicalis inquirenda sit, numerandum erit a littera B, quam in illius centesimi sede collocauerimus, eodem naturali ordine per C, D, E, F, G, A, versus Pollicis extremitatem, vsque ad radices Auricularis, & Annularis. Litteræ enim in has radices incidentes, Dominicales erunt eo centesimo anno bissextili.

est. Cum enim post radices Annularis, atque Auricularis in numeratione annorum expansorum transeat statim ad summum Pollicis, ubi primus annus eum centesimum insequens locatur; ita ut litera in eum locum incidens per numerationem literarum a B, (quæ in sede eiusdem centesimi posita est) per C, D, E, &c. sit primo illo anno post eum centesimum Dominicalis: consequens est necessarium, ut anno centesimo proxime præterito literæ Dominicales fuerint duæ illæ, quæ in radices Auricularis, & Annularis eadem numeratione incidunt, quæ quidem duæ radices in numeratione literarum serie naturali proximè insequuntur Pollicis extremum; at in numeratione annorum expansorum, proximè antecedunt eandem Pollicis extremitatem. Id quod videmus quoque alijs annis accidere. Nam si v. g. litera Dominicalis alicuius anni incidit in radicem digiti Medij, necesse est Dominicalem literam proximè antecedentis anni cadere in radicem Indicis, quæ quidem radix in numeratione literarum serie naturali proximè insequitur radicem Medij, in numeratione vero annorum expansorum eandem radicem Medij proximè antecedit. Quæ omnia ex ijs, quæ diximus, perspicua sunt.

EXEMPLI causa. Inuenienda sit litera Dominicalis anni 400. post CHRISTVM natum. Quoniam hic annus sedem habet in radice digiti Medij, collocabimus ibi literam B. à qua si numeremus ordine naturali alias literas, posita litera C, in radice Indicis; & litera D, in radice Pollicis, &c. cadent in radices Auricularis, & Annularis, ubi diximus literas Dominicales annorum centesimorum inueniendas esse, literæ G, A, quarum posterior A, Dominicalis fuit prioris anni parte, & prior G, posteriore.

ITEM quaerenda sit litera Dominicalis anni 1580. Sedes anni 1500. est in medio Pollicis. Ibi ergo collocabimus literam B. Et quoniam annus 80. hoc est (reiectis cyclis 28. annorum) annus 24. bissextilis est, caditque in medium, & extremitatem Pollicis, numerabimus à litera B, in medio Pollicis locata, usque ad extremitatem Pollicis, quæ vna cum medio Pollicis sedes est propositi anni; cadetque in hanc extremitatem litera C. Igitur cum in medio Pollicis constituta sit litera B, fuerant literæ B, C, Dominicales anno bissextili 1580. quarum posterior C, in principio anni usum habuit, prior autem B, post festum S. Matthie.

POSTREMO inuestiganda sit litera Dominicalis anno 1347. Sedes anni 1300. est in radice Auricularis. Ibi ergo figenda erit litera B, à qua si numeremus usque ad medium Pollicis, ubi statuitur annis 47. hoc est, (reiecto cyclo 28. annorum) annus 19. reperiemus ibidem literam Dominicalem, G, quæ Dominicum diem anno 1347. indicauit.

EODEM prorsus modo literam Dominicalem post correctionem Calendarij reperiemus: si modo centesimos annos post emendatum annum cum litera B, quæ eos annos semper comitatur, aliter dispon-

Di'p'p'rio Annu-  
rum centesim ter-  
in articulis fac-  
d'ry manus. ad in-  
venendum lita-  
ram Domi nica-  
lur cyclo Sola-  
ri, post anni inci-  
datorum.

mus in Pollice, & radicibus digitorum manus sinistrae. Nam sedes annorum expansorum eadem profors permanent. Collocatio autem annorum centesimorum post restitutum Calendarium hæc est. In summo Pollice statuuntur omnes anni centesimi: qui à bissexto centesimo primi sunt: In eiusdem imo (prætermisso articulo inedio) collocantur omnes anni centesimi à bissexto secundi: In radice digiti Medij (omissa etiam radice Indicis) ponuntur omnes anni centesimi tertij post bissexto: Denique in radice proxima digiti Annularis sedem habent omnes anni centesimi bissextilis. Vbi vides, sedem centesimorum annorum in summo Pollice, qui à bissexto primi sunt, in eadem centesimorum bissextilium, quæ est in radice Annularis, non proxime, sed radice Auricularis vacua relicta; quemadmodum alij centesimi non bissextilis alios item centesimos non bissextilis non proxime sequuntur, sed semper vno articulo præterito. Sola sedes centesimorum bissextilium sedem centesimorum, qui à bissexto tertij sunt, proxime insequitur, nullo articulo inani relicto. Itaque cognito, num centesimus propositus sit bissextilis, an primus, secundus, aut tertius post bissexto, non opus erit sapius percurrere omnes articulos, ut in centesimis ante correctionem Calendarij faciendum erat, sed eius sedes inter quatuor enumeratos articulos statim in promptu erit. Quo pacto autem centesimos annos bissextilis à non bissextilibus facile secernere possimus, Capite insequenti trademus: Interim quia annus 1600. bissextilis est, erit eius sedes in radice Annularis; ac proinde annus 1500. (quod ad annos expansos post anni correctionem attinet) eum proxime antecedens, erit instar centesimi cuiuspiam à bissexto tertij, cum proxime insequens annus centesimus, nimirum 1600. sit bissextilis. Igitur annus 1500. (quod spectat ad annos expansos post anni restitutionem) sedem habet in radice digiti Medij. At annus 1700. primus post bissexto in Pollicis summo locabitur: Et annus 1800. secundus à bissexto, in Pollicis radice: Annus verò 1900. tertius post bissexto in radice digiti Medij: Annus deinde 2000. bissextilis sedem iterum habebit in Annulari: Et annus 2100. in extremo Pollice: Atque ita deinceps alios centesimos, qui insequuntur, in iisdem articulis collocabis, relicto semper vno articulo vacuo, exceptis radicibus digiti Medij, & Annularis. inter quas nullus articulus inanis relinquatur.

Invenio littera  
Domini. cuius post  
sunt restitutum.  
Sic cyclo Solaris  
in, longe triam  
hæc illius.

IT A Q U E si post correctionem anni sedes centesimi anni propositi, vna cum littera B. inveniatur, atque articulus notetur, in quem annus post eum centesimum datus incidit: Ab ea autem littera B. versus Pollicis extremitatem, & hinc versus Auricularem, Annularemque, insequentes litteræ recto ordine percurrantur, donec ad articulum anni post centesimum propositi perveniatur, reperietur eo in articulo littera Dominicalis, non focus atque ante anni restitutionem. Quod si littera Dominicalis anni alicuius centesimi quærat, numerandum erit à littera B. in loco illius centesimi collocata, per insequentes litteras vsq;

ad

ad radices Auricularis, atque Annularis. Ibi enim inuenietur litera Dominicalis, vt ante correctionem: duplex quidem in vtraque radice, si centesimus datus sit bissextilis; simplex verò in sola radice Auricularis, si communis fuerit.

EXEMPLI causa. Sit quærenda litera Dominicalis anni 1590. Quoniam annus 1500. post correctionem sedem habet in radice digiti Medij, quemadmodum & omnes alij centesimi, qui tertij sunt à centesimo bissextili, (subsequens enim centesimus 1600. bissextilis est, ideoque sedem habet in radice Annularis, quam proxime antecedit, vt diximus, sedes centesimorum, qui tertij sunt à bissexto) locabimus literam B, in eadem radice digiti Medij. Deinde quia 90. continentur in annis 90. post centesimum datus, ter, & nil superest, accipiemus ter duas vnitates, id est, 6. quas si numerabimus in septem, quas diximus, articulis manus sinistrae, initio ab extremitate Pollicis factò, ita tamen vt 3. 4. radicibus Iudicis, ac digiti Medij tribuamus, cadet sexta vnitas in radicem Auricularis. Quod etiam ex Compendio supra tradito constat. Si enim 4. 4. in radicibus Medij, & Indicis ponamus, & 5. in radice Annularis, incidet 6. in radicem Auricularis. Quamobrem si à litera B, in radice digiti Medij posita, vbi sedes est anni 1500. numeremus literas Dominicales secundum seriem alphabeti, versus Pollicem progrediendo, reperiemus in radice Auricularis, hoc est, in sede anni expansi 90. literam G, quæ Dominicalis erit anno 1590.

R V R S V S proponatur annus 1800. qui sedem habet vnà cum litera B, in radice Pollicis, cum sit secundus centesimus à Bissexto 1600. Sed quia annus 1800. non est bissextilis, inuenienda erit eius litera Dominicalis in radice Auricularis, vt dictum est. Si igitur numeremus à litera B, in radice Pollicis vnà cum anno 1800. collocata, alias literas ordine naturali versus Pollicis extremum, vsque ad radicem Auricularis, reperiemus literam E, Dominicalem esse anno 1800.

ITEM datus sit annus 2000. qui sedem habet vnà cum litera B, in radice Annularis, cum bissextilis sit, (vt pote quartus à Bissexto 1600) ac proinde eius literæ Dominicales in radicibus Annularis, & Auricularis inueniendæ. Si supputemus igitur à litera B, in radice Annularis (vbi est annus 2000.) posita, alias literas naturali serie versus Pollicem, inueniemus in radicibus Auricularis, & Annularis literas A, B, quæ Dominicales erunt anno 2000. Verum posita litera B, in Annulari, perspicuum est, literam A, ante eam statui in Auriculari. Quare cum annus 2000. sit bissextilis, constat sine alia numeratione, literas A, B, esse Dominicales in quolibet centesimo bissextili.

SIT deinde propositus annus 2143. Quoniam annus 2100. locatur in extremitate Pollicis vnà cum litera B, cum primus centesimus sit post bissextilem 2000. Annus verò 43. hoc est, (reiectis 28.) annus 15. cadit in radicem Indicis; si numerauerimus à litera B, in extremo

Z z 2 Pollice

Pollice vñ cum anno 2100. posita alias literas ordine alphabeti, transfiguratum factò à summo Pollice ad Auricularem, & hinc ad Annularem, & àque ad Indicem, offendemus ibi literam Dominicalem F, pro anno 2143.

DENIQVE detur annus 4752. Quoniam annus 4700 tertius à Bissexto sedem habet cum litera B, in radice digiti Medij, caditque annus expansus 52. hoc est, ( abiectis 28. ) annus 24. bissextilis, in medium Pollicis, eiusque extremitatem, reperiemus in hisce articulis, (si à litera B, posita in radice digiti Medij, vbi annus est 4700. numeratio literarum instituitur ) literas Dominicales E, F, pro anno dato 4752.

Constructio tri-  
plex tabellæ ad  
inveniendam li-  
teram Domini-  
calem, sive Cy-  
clo Solaris.

HANC ratione inveniendæ literæ Dominicalis tum ante anni restitucionem, tum post, sine cyclo Solari, quæ omnium expeditissima est, ad triplicem tabellam hoc modo redigemus. In prima describuntur anni centesimi, initio factò ab anno 0. per septenas cellulas ascendendo, ita vt quando descriptus erit annus 1500. ante correctionem, relinquuntur post eam duæ cellule vacuæ, in quibus hæc verba notentur, ( *Detrahitur 10. diebus.* ) & in quinta iterum annus 1500. ponatur, & in sexta, annus 1600. Relicta deinde ananè septima cellula, annus 1700. scribatur in prima cellula insequentis lineæ. Item omissa cellula secunda, in tertia locetur annus 1800. Et in quinta, omissa quarta, scribatur annus 1900. & in sexta annus 2000. & prætermissa septima, annus 2100. collocetur in prima alterius lineæ cellula: & sic deinceps in infinitum alij centesimi describantur, omisissæ semper cellulis, secunda, quarta, ac septima, vacuis. Atque hæ septem cellule respondent septem articulis sinistræ manus in quibus annos centesimos eodem artificio disposuimus.

IN secunda tabella continentur septem lineæ literarum septem Dominicalium, quas antecodunt literæ ipsæ centesimis annis respondentes.

TIERTIA denique tabella annos expansos 100. complectitur, posito anno 1; sub primis literis, quæ binas literas annis centesimis debitas sequuntur. Vides igitur annos expansos sic esse descriptos, vt eodem in septem articulis manus sinistræ collocauimus.



| PRIMA TABELLA<br>Annorum Domini. |                      |      |      |      |      |      |      |      |      |      |      | SECUNDA, TABELLA<br>literarum Dominicalium. |   |   |   |   |   |   |   |
|----------------------------------|----------------------|------|------|------|------|------|------|------|------|------|------|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 5406                             | Et sic in infinitum. |      |      |      |      |      |      |      |      |      |      | e. b  | A | g | f | e | d | c | b |
| 5000                             | 5100                 | 5200 | 5300 | 5400 | 5500 | 5600 | 5700 | 5800 | 5900 | 6000 | 6100 | b. A  | g | f | e | d | c | b | A |
| 4600                             | 4700                 | 4800 | 4900 | 5000 | 5100 | 5200 | 5300 | 5400 | 5500 | 5600 | 5700 | A. g  | f | e | d | c | b | A | g |
| 4200                             | 4300                 | 4400 | 4500 | 4600 | 4700 | 4800 | 4900 | 5000 | 5100 | 5200 | 5300 | g. f  | e | d | c | b | A | g | f |
| 3800                             | 3900                 | 4000 | 4100 | 4200 | 4300 | 4400 | 4500 | 4600 | 4700 | 4800 | 4900 | f. e  | d | c | b | A | g | f | e |
| 3400                             | 3500                 | 3600 | 3700 | 3800 | 3900 | 4000 | 4100 | 4200 | 4300 | 4400 | 4500 | e. d  | c | b | A | g | f | e | d |
| 3000                             | 3100                 | 3200 | 3300 | 3400 | 3500 | 3600 | 3700 | 3800 | 3900 | 4000 | 4100 | d. c  | b | A | g | f | e | d | c |
| 2600                             | 2700                 | 2800 | 2900 | 3000 | 3100 | 3200 | 3300 | 3400 | 3500 | 3600 | 3700 |   |   |   |   |   |   |   |   |
| 2200                             | 2300                 | 2400 | 2500 | 2600 | 2700 | 2800 | 2900 | 3000 | 3100 | 3200 | 3300 |   |   |   |   |   |   |   |   |
| 1800                             | 1900                 | 2000 | 2100 | 2200 | 2300 | 2400 | 2500 | 2600 | 2700 | 2800 | 2900 |   |   |   |   |   |   |   |   |
| 1400                             | 1500                 | 1600 | 1700 | 1800 | 1900 | 2000 | 2100 | 2200 | 2300 | 2400 | 2500 |   |   |   |   |   |   |   |   |
| 1000                             | 1100                 | 1200 | 1300 | 1400 | 1500 | 1600 | 1700 | 1800 | 1900 | 2000 | 2100 |   |   |   |   |   |   |   |   |
| 600                              | 700                  | 800  | 900  | 1000 | 1100 | 1200 | 1300 | 1400 | 1500 | 1600 | 1700 |   |   |   |   |   |   |   |   |
| 200                              | 300                  | 400  | 500  | 600  | 700  | 800  | 900  | 1000 | 1100 | 1200 | 1300 |   |   |   |   |   |   |   |   |
| a                                | b                    | c    | d    | e    | f    | g    | A    | b    | c    | d    | e    |   |   |   |   |   |   |   |   |

| TERTIA TABELLA<br>annorum expansionum. |    |     |     |     |     |     |
|--|----|-----|-----|-----|-----|-----|
| 1                                      | 2  | 3   | 4   | 5   | 6   | 7   |
| 7                                      | 8  | 9   | 10  | 11  | 12  | 13  |
| 14                                     | 15 | 16  | 17  | 18  | 19  | 20  |
| 21                                     | 22 | 23  | 24  | 25  | 26  | 27  |
| 28                                     | 29 | 30  | 31  | 32  | 33  | 34  |
| 35                                     | 36 | 37  | 38  | 39  | 40  | 41  |
| 42                                     | 43 | 44  | 45  | 46  | 47  | 48  |
| 49                                     | 50 | 51  | 52  | 53  | 54  | 55  |
| 56                                     | 57 | 58  | 59  | 60  | 61  | 62  |
| 63                                     | 64 | 65  | 66  | 67  | 68  | 69  |
| 70                                     | 71 | 72  | 73  | 74  | 75  | 76  |
| 77                                     | 78 | 79  | 80  | 81  | 82  | 83  |
| 84                                     | 85 | 86  | 87  | 88  | 89  | 90  |
| 91                                     | 92 | 93  | 94  | 95  | 96  | 97  |
| 98                                     | 99 | 100 | 101 | 102 | 103 | 104 |

LITE-

Tabula litterarum  
Dominicalium ex  
tabella triplici,  
sive cyclo Solaris.

**LITERAM** igitur Dominicalem inuenturus sic ages. Si annus datus est ex centesimis aliquis, quare eum in prima tabella. E regione enim illius reperies binas literas, quæ Dominicales erunt eo anno, si annus ille centesimus bissextilis est, cuiusmodi sunt omnes centesimi ante annum restitutum, post correctionem vero Calendarij, illi soli, qui in sexta cellula descripti sunt, ubi est annus 1600. Si vero centesimus annus propositus est communis, quales sunt post correctionem omnines extra sextam cellulam, litera Dominicalis erit simplex, ea nimirum è duabus, quæ ad dexteram posita est, obtineturque priorum locum in alphabeto. Quod si annus propositus non sit centesimus, inuenies eius literam Dominicalem in communi angulo anni centesimi proxime antecedentis, & anni expansi, qui post eum centesimum datus est. Et si annus datus post centesimum in tertia tabella fuerit geminatus, annus erit bissextilis, cui respondent duæ literæ Dominicales, quarum prior usum habebit usque ad diem S. Matthiæ sacrum, posterior vero, quæ in alphabeto prior est, ab eo die usque ad anni exitum.

**EXEMPLI** causa. Anno 300, ab ortu CHRISTI literæ Dominicales fuerunt g, f, quæ è regione anni 300. ponuntur. Anno vero 17. litera Dominicalis fuit f, in angulo communi annorum 300. & 17. Sic anno 1576. literæ Dominicales fuerunt A, g, in angulo communi anni 1500. ante deductionem 10. dierum, & anni 76. 76. geminati.

**R. V. R. S. V. S.** anno 1589. litera Dominicalis erit A, in angulo communi anni 1500. post deductionem 10. dierum, & anni 89. reperta. Anno autem 1664. Dominicales literæ erunt f, e, posite in angulo communi anni 1600. & anni 64. geminati. Item anno 2400. literæ Dominicales erunt b, A, è regione anni 2400. descriptæ. Et anno 4759. inuenietur litera Dominicalis d, in communi angulo annorum 4700. & 59. Denique anno 1900. in usu erit Dominicalis litera g, posterior è duabus A, g, è regione anni 1900. positæ, quæ videlicet in alphabeto prior est, cum post g, subsequatur litera A.

**C A E T E R V M** liquidò ex hac triplici tabella apparet, literas Dominicales annorum centesimorum incidere in postremas duas cellulas cuiusque lineæ literarum Dominicalium, quæ quidem duæ cellule articularis Annularis digiti, & Auricularis respondent, ita ut utraque in centesimis bissextilibus assumenda sit, posterior vero tantum in centesimis non bissextilibus; ut supra diximus. Nam ut vides, duarum postremarum cellularum literæ eadem prorsus sunt, quæ duæ geminatæ pro centesimis annis initio cuiusque lineæ notatæ; postrema autem eadem est, quæ posterior è duabus illis geminatis.

## DE ANNIS BISSEXTILIBVS,

communibusq; tum centesimis, tum non centesimis;

& numero dierum ob æquationem anni Solaris

vsque ad datum quodcunq; tempus

exemptorum.

## CAP. V.



ANNOS nō centesimos, Bissextiles, & Communes ita cognosces. Proposito quouis anno, rejice omnes Millesimos, & centesimos annos: Item ex ceteris numerum 20. quoties potes. Reliquos autem in quatuor digitorum extremitatibus sinistrae manus, initio facto ab Indice, enumera. Nam si annus datus incidit in digitum quartum, hoc est, in Auricularem, bissextilis erit: Si in Indicem, id est, in primum digitum, primus post Bissextum: Si in digitum Medium, siue secundum, secundus: & si in tertium digitum, hoc est, in Annularem, tertius à Bissexto. Quod si post abiectionem numeri 20. quoties abijci pot, nihil superfuerit, datus quoq; annus erit bissextilis.

Anni non centesimi bissextilis, & communes qui ratione cognoscantur.

VERBI causa. Proponatur annus 1589. Reiectis annis 1500. (qui centesimi sunt) & 20. ex reliquis 89. quoties fieri potest, residuos annos 9. supputabimus in 4. digitis, quos diximus, cadere, annus 9. in Indicem. Quare annus 1589. communis est, ac primus post Bissextum.

ITEM datus sit annus 5960. Abiectis 5900. (hoc est annis centesimis) & 20. ex reliquis 60. nihil superest. Annus ergo 5960. bissextilis est.

DENIQUE detur annus 6456. Reiectis centesimis annis, hoc est, 6400. & 20. bis ex reliquis 56. percurremus ceteros 16. annos in 4. digitis, inciditque annus 16. in Auricularem. Quare datus annus 6456. bissextilis est.

EADEM ratione centesimos bissextiles, & non bissextiles dignoscemus. Nam proposito quolibet anno centesimo, rejiciantur omnes denæ millenarum vitrutum, (vt more Arithmeticozum loquar) hoc est, anni 10000. 20000. 30000. 40000. 50000. 60000. 70000. 80000. 90000. 100000. 200000. & denique omnes anni, quos numerus 10000. meretur, quales sunt omnes illi, qui ultra quartum locum sui numeri (procedendo à dextra sinistram versus) reperiuntur; Nam ij omnes bissextiles sunt. Et cum numero reliquorum centesimorum annorum, qui semper minor erit, quàm 100. (cum 100. centesimi efficiant 10000.) agatur, ac si essent anni simplices, & expansi, non autem centesimi. Centesimus enim annus in Auricularem digitum ex superiore numeratione per digitorum extremitates facta cadens, erit bissextilis: in Indicem verò, primus centesimus à Bissexto: & in Medium digitum, secundus: & in Annularem, tertius. Quod si, abiectis omnibus

Anni centesimi bissextilis, & non bissextilis quo pacto cognoscantur.

omnibus denis millenarum, nihil superfit, annus centesimus propositus erit quoque bissextilis. Itaque si proponatur numerus centenariorum, quamvis magnus, suis characteribus descriptus, considerandus tantum est numerus expressus duabus figuris, quæ in quarto loco, & tertio reperitur, ut est, in loco millenarum, & centenarum; atque cum eo numero procedendum, ut de annis non centesimis dictum est. Ut si detur annus 37000. notandus est numerus 70. cum figura 7. locum millenarum occupet, & figura 0. locum centenarum. Si vero annus datus sit 30900. habenda est ratio solius figuræ centenarum 9. cum figura millenarum 0. nihil addat ei præposita. Sic (ut vis huius præcepti etiam in maximis annorum numeris ceratur) in anno 94670000. nihil considerandum est, cum in loco millenarum, & centenarum figura 0. existat; sed annus propositus bissextilis est. Denique in anno 678960. ratio habenda est numeri 96. &c.

**EXEMPLI** gratia. Datus sit annus 1900. qui quoniam minor est, quam 10000. nihil rejiciemus, sed notandus in eo solum est numerus figuris millenarum, & centenarum expressus, hoc est, numerus 19. Quæ si extremis digitorum numeremus, ut dictum est, cadet annus 19. in digitum Annularem, hoc est, in tertium. Quare annus 1900. communis est, et si centesimus est, ac tertius post Bissextilem centesimum.

**DETVR** quoque annus 30400. Reiectis 30000. hoc est, considerata solum figura centenarum 4. quod figura millenarum sit 0. cadet quartus centesimus in 4. digitum, hoc est, in Auriculatam. Ergo annus 30400. bissextilis est.

**ITEM** datus sit annus 407600. Reiectis 400000. supersunt 76. centesimi, qui soli considerandi sunt. Ex quibus si abijciantur 20. ter; supersunt 16. quos si numeremus in digitorum extremis, desinet numeratio in Auriculari, id est, in quarto digito. Quamobrem annus 407600. propositus bissextilis est.

**POSTREMO** offeratur annus 580600. Abiectionis 580000. supersunt 6. centesimi, quos si percuramus in digitis, cadet annus 6. in digitum Mediam, siue secundam. Quare centesimus annus datus 580600. communis est, & secundus post centesimum bissextilem.

**PER COMMUNE** igitur incidit Calendarij correctio in annis inter 1500. & 1600 contentum, qualis est annus correctionis 1582. cum hac ratione anni centesimi bissextiles, ac communes regularum annorum bissextilium, ac communium non centesimorum regineant.

**IAM** verò, quot dies intercalares ultra illos 10. anno correctionis exemptos, usque ad quemcumque centesimum annum propositum inclusivè omitti sint, hoc modo cognosces. Ablatis annis 1600. ex numero centesimi anni propositi, partire reliquos annos centesimos per 4. Quotientem numerum (ut Arithmetici loquuntur) per 3. multiplicâ, (propterea quod spatio quolibet 400. annorum tres dies intercalares omittuntur) & productum numero residuum divisionis, si quod est, adij-

Quæ dies intercalares omitti sint, vixit quæcumque annus centesimum includat, quæ arte cognoscatur.

adijce, (quòd vitates residui numeri, quæ semper pauciores erunt, quàm 4. sint centesimi anni communes) conficiesq; numerum dierum ad illud vsque tempus exemptorum.

**VERBI gratia.** Si quis optet scire, quòt sint dies exempti à tempore correctionis, vsque ad annum 6790. inclusiue, detrahat 1600. ex 6790. vt remaneant 5100. hoc est, anni centesimi 51. qui si per 4. diuidantur, erit Quotiens 12. & residuum 3. Si igitur Quotiens 12. multiplicetur per 3. & procreato numero 36. adijciantur 3. anni centesimi ex diuisione residui, conficiantur 39. dies vsque ad annum 6790. inclusiue detracti; quibus si adijciantur dies 10. anno correctionis exempti, fient dies omnino 49.

**SIC** post correctionis annum ad annum 8800. vsque inclusiue, ablati erunt dies 54. Nam demptis annis 1600. ex 8800. supersunt anni 7200. hoc est, anni centesimi 72. qui si diuidantur per 4. erit Quotiens 18. nihilque ex diuisione supererit. Multiplicato igitur Quotiente 18. per 3. fiet numerus dierum exemptorum 54. Additis autem 10. diebus anni correctionis, efficiuntur dies 64. in vniuersum ablati.

**COMMODIVS** fortasse idem assequemur, si omnes annos centesimos, non subtractis 1600. per 4. partiamur, & ex Quotiente (seruato interim residuo diuisionis, si quod est) demamus 4. propterea quod 4. in 16. centesimis, id est, in annis 1600. quos auferre debuera-  
mus, continentur quater. Nam si reliquum numerum per 3. multiplicemus, numeroque producto residuum Diuisionis adiungamus, colligemus numerum dierum, vltra illos 10. dies anni correctionis, exemptorum.

*Commodius modo cognoscendi numerum dierum exemptorum.*

**EXEMPLI causa.** Sit propositus annus 8800. Diuisis 88. centesimis per 4. fiet Quotiens 22. Ablatis 4. supererunt 18. Quibus multiplicatis per 3. gignentur 54. Tot ergo dies, vltra illos 10. anni correctionis, ablati tunc erunt, quos priori etiam via inueneramus.

**RVSVS** sit propositus annus 634700. Diuisis centesimis annis 6347. per 4. fiet Quotiens 1586. & remanebunt 3. Ablatis 4. ex Quotiente, & reliquo numero 1582. multiplicato per 3. gignetur numerus 4746. additisque 3. quæ reliqua fuerunt, fiet numerus dierum exemptorum 4749. præter eos 10. qui anno correctionis ablati sunt.

**ATQVE** cognitio hæc numeri dierum exemptorum omnino necessaria est, si beneficio Cycli Solaris Dominicalem literam inuestigare velimus; vt nimirum intelligamus, quot literæ post inuentam literam Dominicalem sint numerandæ, veluti principio capitis 4. docuimus. Per necessaria quoque est eorundem dierum cognitio, vt motus cœlestes ex tabulis Astronomicis ad quemcunque annum post correctionem Calendarij datum possint supputari.

*Cognitio numeri dierum exemptorum ad quos sit necessaria.*



Collocatio 7. literarum Dominicalium in digitorum articulis, ad festa mobilia inuenienda.

**A**D inuenienda festa mobilia tum ante, tum post Calendarij restitutionem, collocandæ sunt priorum omnes 7. literæ Dominicales in quolibet quatuor digitorum manus sinistrae, (Pollice omisso) & iussus in digito Auriculari dextræ manus, hoc modo In radice interiore cuiusq; illorum 5. digitorum ponitur D. in secundo articulo, E. in tertio F. in quarto, hoc est in extremitate, G. in quinto, qui est exterior sub unguo, A. in sexto, B. & in septimo, C. Quæ quidem collocatio hoc versu continetur.

*21. Donec Erat Fortis, Genz Africa Bella Cereba.*

Nam si initio facto à radice interiore, omnes 7. articulos trîusque illorum quinque digitorum percurras, singulisque articulis singulas voces illius versiculi tribuas; ostendet prima litera cuiusque vocis eam literam, quæ in respondente articulo collocatur.

Dispositio 30. Epactarum in sinistra manu, ad festa mobilia inuenienda.

**DE** N **D** E, vt mobilia festa post anni correctionem reperiantur; (De eorundem enim inuentione ante annuū restitutum paulò post agemus.) disponendæ sunt 30. Epactæ in manu sinistra; hoc ordine. In vola manus ponitur Epacta xxiii. In radice interiore Indicis, xxii. in secundo eiusdem articulo, xxi. atque ita deinceps, ordine semper retrogrado in Epactis seruato: ita tamen vt à radice exteriori cuiusque digiti confestim ad radicem internam insequentis digiti transibis, hoc est, à septimo articulo Indicis ad primum digiti Medij, & à septimo huius ad primum digiti Annularis, ac demum ab huius septimo ad primum Auricularis digiti. Hac seruata ratione, Epacta xv. incidet in radicem internam digiti Medij; & viii. in radicem Annularis; & i. in radicem Auricularis. Porro in penultimo articulo Auricularis ponenda quoque est Epacta 25. diuerso colore, aut caractere notata, vna cum Epacta xxvi. in ultimo verò duæ Epactæ xxv. xxiiii. vt in Calendario fit.

Dispositio 31. Epactarum in sinistra manu, ad festa mobilia inuenienda.

**SED** facilius fortasse ordine naturali numerorum eadem Epactæ collocabuntur in manu, si ab ultimo articulo Auricularis exteriori initium fiat, ibique collocares Epactas xxiiii. xxv. simul, & progrediaris versus penultimum articulum, & antepenultimum, &c. vsque ad radicem Indicis internam, & volam manus; hoc est, in articulo penultimo Auricularis ponas xxvi. 25. In antepenultimo, xxvii. in extremitate xxviii. & ita deinceps. Caderet enim tandem hac ratione Epacta xxiiii. in volam manus, vbi antea initium fiebat.

**TERTIO** diligenter memoriæ mandandæ sunt radices festorum mobilium



mobiliū, hoc est, dies mensium, ante quos nunquam festa mobilia celebrari possunt, in ipsis tamen nonnunquam celebrantur. Præcipue autem festa mobilia sunt, Septuagesima, Dies cinerum, Pascha, Ascensio Domini, Pentecoste, festum Corporis CHRISTI. Atque horum festorum distantia inter se nunquam mutantur, sed semper idem numerus dierum inter quælibet duo interijciuntur. Aduentus autem Domini etsi mobile etiam festum sit, aliam tamen rationem sequitur, ut infra dicitur. Radix igitur Septuagesimæ est dies 18. Ianuarij: Diei cinerum, dies 4. Februarij: Paschæ, dies 22. Martij: Ascensionis Domini, dies 30. Aprilis: Pentecostes, dies 10. Maij: & Corporis CHRISTI, dies 21. Maij. Huiusmodi enim festa in hisce diebus radicū celebrari possunt, ante eos non possunt. Hæ autem radices facilius fortassis memoria retinebuntur hisce carminibus.

*Festa mobilia  
nonnunquam  
quæ sunt.*

*Orthoëciam Iannus: Februus sed quattuor optat:*

*Vigintiduo Mars: Triginna postea Aprilis:*

*His quinque at Maius: ter septem postulat idem.*

Nam hæ radices superioribus festis conueniunt ordine enarrato, ut primæ radix primo festo mobili, id est, septuagesimæ; secunda secundo, hoc est, Diei Cinerum, &c.

ITA QVE inuenturus quodamque ex illis Festis mobilibus quolibet anno, vide primū, in quem articulum Epacta illius anni, ex superiori dispositione, incidat. Deinde in quo articulo post Epactam suo loco affixam litera Dominicalis eiusdem anni posita sit, eo ordine, quem principio huius capituli præscripsimus: Ita tamen, ut, si litera Dominicalis in eundem articulum cum Epacta incidit, accipiat eadem litera in eodem articulo subsequenti digiti. Quod etiam intelligendum est de duabus literis anni bissextilis. Si enim alterutra earum eundem, quem Epacta, articulum occupat, sumenda sunt eadem duæ literæ in eisdem articulis digiti insequentis. Tertio, ac ultimo à radice festi propositi numerata dies mensium, initio à radice Indicis facti, (posito nimirum in articulo primo Indicis, numero radice diei festi propositi; in secundo, proximè maiori numero, & sic deinceps: dummodo memor sis, Ianuariū habere dies 31; Februariū 28. tam in anno communi, quàm in bissextili, quod ad præsens negotium spectat; Martiū 31. Aprilem 30. & Maiū 31.) vsque ad articulum, in quo litera Dominicalis post sedem Epactæ currentis collocata est. Dies enim mensis, quo numeratio terminatur, erit is, quo propositum festum celebrandum est. Vbi illud etiam notandum, in Paschæ inquisitione diem mensis, qui in articulo currentis Epactæ incidit, esse eum, quo xiiii. Paschalis; vel Pascha Hebræorum occurrat. Itaque si quis Pascha Hebræorum, vel Lunam xiiii. Paschalem desideret, numerandum erit à radice Paschæ, id est, à 22. die Martij, vsque ad articulum, in quo Epacta currens sedem habet.

*Inuentio scilicet  
mobiliū in di-  
gestorū articulo.*

*Luna xiiii. Pa-  
schalis, vel Pa-  
scha Hebræorum  
quæ postea in  
no reperitur.*

Per quam litera  
Dominicalis in  
anno bissextili  
mobilia festa in-  
quirenda sunt, &  
quæ ratione.

CÆTERVM in anno bissextili omnia festa mobilia inveniendæ sunt per literam Dominicalem posteriorem, quæ nimirum in vsu est post diem festum S. Matthiæ: ea tamen lege, vt ad diem quidem Septuagesimæ inuentum semper adijciatur vnus dies, ad diem verò Cinerum tum solum vnus quoque dies adiungatur, cum is mense Februario, non autem mense Martio, inuentus fuerit. Quia enim ante diem S. Matthiæ sacrum in vsu est prior litera Dominicalis, quæ nimirum in alphabeto posterior est, ac proinde literam Dominicalem posteriorem, quæ in alphabeto priorem tenet locum, vno die in Calendario subsequitur, fit, vt Septuagesima, & dies Cinerum ante eundem festum diem S. Matthiæ celebretur vno die serius, quam à posteriore litera Dominicali corrente, hoc est, à priore in alphabeto, indicatur. Quare in inuento per posteriorem literam addendus tunc est vnus dies. Post festum autem S. Matthiæ, licet posterior litera sit iam in vsu, addendus tamen tunc quoque est dies alter diei Cinerum mense Februario inuentæ, propter diem intercalarem Sexto calendæ Martiæ additum, qui in Calendario non descriptus est. Propter hunc enim diem intercalarem dies 24. Februarij in Calendario dicitur 25. & dies 25. vocatur 26. & dies 26. appellatur 27. hic autem 28. & hic 29. Ex quo efficitur, diem Cinerum inuentum, verbi gratia, die 26. Februarij per posteriorem literam Dominicalem, re ipsa esse diem 27. in dièrũ numeratione, & sic de alijs. Quod si dies Cinerum reperitur mense Martio in anno bissextili, nihil addendum est diei inueniro, sicut neque in Paschæ festo, & alijs subsequentibus: quia tunc & litera posterior Dominicalis iam est in vsu, & dies mensis proprijs numeris respondent, cum dies intercalaris Februario sit additus: ita vt primus dies Martij dicatur primus; & secundus, secundus, &c.

EXEMPLI causa. Sint inuestiganda omnia festa mobilia anni 1589. quo ex superioribus regulis Epacta est xiii. & litera Dominicalis A. Et quoniam Epacta xiii. sedem habet in tertio articulo digiti Medij, & litera A, eum articulum proximè insequens, in articulo quinto eiusdem digiti collocatur; cadent omnia Festa mobilia in hunc articulum quintum digiti Medij. Si ergo à radice Septuagesimæ, id est, à die 18. Ianuarij inclusiue numeres, initio à radice Indicis sumpto, & versus articulum secundum, & alios progrediendo, donec ad quintum articulum Medij peruenias, deprehendes Septuagesimam in diè 29. Ianuarij incidere. Si verò eodem modo, initio à radice Cinerum, hoc est, à die 4. Februarij factò, numeres, donec ad eundem articulum quintum Medij peruenias, comperies diem Cinerum 15. die Februarij celebrari, & sic de alijs.

ITEM anno 1605. quo Epacta est x. incidens in penultimum articulum Medij, qui est sextus. Quia verò litera Dominicalis B, illius anni in eundem illum articulum cadit, accipiendæ est litera B, in eodem articulo sexto digiti Annularis. In eum enim articulum omnia illius anni festa mobilia cadent. Quapropter si numeres à radice Paschæ,

hoc

hoc est, à die 22. Martij, initio factò à primo articulo Indicis, reperies in penultimo articulo Annularis diem 10. Aprilis, quo Pascha anno 1605. celebrabitur.

R V R S V S anno 1588. bissextili (quo ipso anno hæc scribebamus): Epacta est ij. cadens in vltimum articulum Annularis, qui est exterior. Literæ Dominicales sunt C, B, Et quoniam litera B, posterior in vsu, (etsi in alphabeto prior est) per quam omnia festa sunt indaganda, vt diximus, proximè antecedit eum vltimum articulum Annularis, accipienda erit eadem litera B, in penultimo articulo Auricularis. Inuenies autem Septuagesimam cadere in 13. diem Februarij: addito verò vno die, in diem 14. Februarij. Diem autem Cinerum comperies in diem 2. Martij incidere, ac propterea nihil addendum esse, &c.

DEINDE anno bissextili 1596. Epacta est i. cadens in radicem interiore Auricularis. Literæ Dominicales G, F, quarum F, posterior in vsu, cadit in articulum tertium eiusdè Auricularis. Si igitur à radice cuiusvis festi numeres vsque ad eum articulum, reperies Septuagesimam incidere in diem 10. Februarij. Addita ergo vnitatem, celebrabitur die 11. Diem autem Cinerum deprehendes cadere in diem 17. Februarij. Addita igitur vnitatem, celebrabitur die 18. qui quidè in Calendario est 27. dicitur autem 28. ob diem intercalarem Sexto Calendas Martij additum.

P R Æ T E R E A anno 1635. Epacta est 15. diuerso ab alijs colore, aut caractere notata, sedem habens in penultimo, siue sexto articulo Auricularis. Litera Dominicalis F, quæ post Epactam cadit in tertium articulum Auricularis manus dextræ. Quare incidet Septuagesima in diem 17. Februarij. Dies Cinerum in 6. Martij. Pascha in 21. Aprilis, &c.

I N S V P E R 1700. non bissextili Epacta est 1x. cuius sedes est in vltimo articulo Medij, hoc est, in radice exteriori. Litera Dominicalis C, in eundem articulum incidens, vt propterea litera C, in vltimo articulo Annularis accipienda sit. Igitur si à radice Ascensionis fiat numeratio, hoc est, à die 30. Aprilis, inuenietur Ascensio Dñi die 20. Maij.

A D hæc anno bissextili 2096 Epacta est v. sedem habens in extremitate Annularis. Literæ Dominicales A, G, per quarum posteriorem G, (quæ videlicet in vsu, non autem in ordine literarum Dominicilium posterior est: cum in eo ordine litera A, proxime sequatur literam G, non autem contrà, litera G, literam A,) omnia festa mobilia sunt inquirenda. Sed quoniam litera G, cadit in eandem extremitatem Annularis, sumenda est eadem litera G, in Auricularis extremo. Quo in loco reperies Septuagesimam cadere in diem 11. hoc est, (addita vnitatem) in diem 12. Februarij: Cineres in diem 18. id est, (addita item vnitatem) in diem 19. Februarij, qui in Calendario est dies 28. Pascha in diem 15. Aprilis: Ascensionem Domini in diem 24. Maij: Pentecosten in diem 3. Iunij: Festum denique Corporis C H R I S T I in diem 14. Iunij.

D E N I Q V E anno 1612. Epacta est xxvij, cuius sedes est in quinto articulo

articulo Auricularis, qui exterior est, & vngui proximus. Literæ Dominicales A, G, quarum A, prior in vñu cadit in eodem articulum, & posterior G, ante eum articulum statuitur in extremitate. Quare accipiendæ sunt eadem literæ in digito insequenti, hoc est, in Auriculari manus dextræ, & per posteriorem G, quæ cadit in extremitatē Auricularis dextræ manus, inquirenda festa mobilia. Inuenies enim in summo Auricularis Septuagesimam die 18. Februarij, hoc est, (addita vnitare) die 19. celebrandam esse: Cineres die 7. Martij: Pascha die 22. Aprilis: Ascensionem Domini die 31. Maij: Pentecosten die 10. Iunij: & Corpus Domini die 21. Iunij. Eademque ratio in omnibus alijs annis seruanda est.

QVONIAM verò sedes cuiusq; Epactæ in digitorū articulis indicat Lunam xiiij. Paschalem eiusdem Epactæ, vt paulo ante diximus, sit, vt cognito die, in quem xiiij. Paschalis, siue Pascha Hebræorum incidit, (qui dies, quia ratione inueniatur, mox docebimus) si à radice Paschæ, id est, à die 22. Martij, & à radice Indicis numeratio in digitis instituat, donec perueniat ad diem inuenta Luna xiiij. Paschalis, desinat numeratio in eo articulo, qui secundum superiorem dispositionem sedes est eiusdem illius Epactæ. Ita vt sedem cuiusque Epactæ in digitorum articulis inuenire liceat, beneficio Lunæ xiiij. Paschalis aliunde cognita, etiamsi aliæ Epactæ in manu collocatæ non sint, vt paulo post dicemus. Ita autem Lunam xiiij. Paschalem memoriter reperiemus. Subtrahatur Epacta, cuius xiiij. Paschalem scire desideras, ex 30. & reliquo numero addantur 14. Numerus enim coagmentatus dabit diem Lunæ xiiij. mense Martio: qui idem si maior fuerit, quàm 20. (propterea quod xiiij. Paschalis semper post 20. diem Martij occurrere debet) Lunam xiiij. Paschalem exhibebit. Si autem numerus ille coaceruatus maior quàm 20. non fuerit, accidet illa Luna xiiij. Martij inuenta ante diem 21. Martij, hoc est, ante æquinoctij diem, ac proinde Paschalis esse non poterit. Quocirca si ei addantur 30. dies insequenti Lunationis, aut certe 29. si Epactæ 25, diuerso colore, vel caractere notatæ, aut Epactæ xxiiii. (quarum vtraque mense Aprili per vnum diem ascendit, ideoq; Lunationem mēse Martio inchoatam habet dierum tantum 29.) Luna xiiij. Paschalis inuestigetur, prodibit dies Lunæ xiiij. Paschalis à Calendis Martij numerandus.

EXEMPLI causa. Data sit Epacta xx. Detraho eam ex 30. & reliquo numero 10. adicio 14. vt efficiam 24. qui numerus, quoniam maior est, quàm 20. offert xiiij. Paschalem die 24. Martij.

R-V-R-S-V-S data sit Epacta xxix. Detraho eam ex 30. & reliquæ vnitati addo 14. vt fiant 15. qui numerus maior non est, quàm 20. sed minor. Adiectis ergo 30. fiunt 45. Die ergo 45. à Calendis Martij inclusiuè numerato, hoc est, (abiectis diebus 31. Martij) die 14. Aprilis, erit xiiij. Paschalis.

ITEM si data sit Epacta xxv. Demptra ea ex 30. relinquuntur 5. & additis 14. fiunt 19. qui numerus minor etiam est, quàm 20. Additis ergo

Eam xiiij. Paschalis sine Pascha Hebræorum esse pacto memoriter inueniamus.

ergo 30. sunt 49. Die igitur 49. a Calendis Martij, hoc est (abiectis diebus 31. Martij) die 18. Aprilis, erit xiiij. Paschalis, siue Hebdomadarum Pascha.

**SIT** præterea data Epacta xxiiij. Aufer eam ex 30. & reliquo numero 6. adde 14. vt facias 20. qui numerus maior non est, quam 20. sed idem. Additis igitur 29. (Lunatio enim Epactæ xxiiij. in Martio inchoata continet dies duntaxat 29.) sunt 49. Igitur die 49. a Calendis Martij, hoc est, (detractis diebus 31. Martij) die 18. Aprilis, xiiij. Paschalis occurret, vt in proximo quodque exemplo accidit.

**DATA** denique sit Epacta 25. diuersi coloris, characterisve. Ea detracta ex 30. reliqua sunt 5. & additis 14. colliguntur 19. cui numero (quia maior non est, quam 20.) si adijciam 29. (quod Lunatio Epactæ 25. in Martio inchoata sit dierum tantum 29.) efficio 48. Die igitur 48. a Calendis Martij, hoc est, (ablatis diebus 31. Martij) die 17. Aprilis, erit xiiij. Paschalis.

**ATQVE** etiam alia est reperienda xiiij. Paschalis via, quæ perutilis est ad festa mobilia memoriter inuenienda, vt paulo infra dicitur.

Epactæ cuius addantur perpetuo 6. Numerus deinde conflatus, si minor est, quam 30. aut certe si minor non est, numerus, quo ille conflatus superat 30. detrahatur ex 30. vel, si Epacta 25. diuersi characteris, colorisve, aut xiiij. (quarum vtraque per vnum diem sursum promotæ est in mense Aprili, proptereaque Lunationem efficit dierum duntaxat 29.) in vsu est, ex 29. Reliquo denique numero adijciantur 20. (hoc est, addatur numerus binario minor radice Paschæ) Collectus enim numerus dabit diem Lunæ xiiij. Paschalis a Calendis Martij numerandum.

**VERBI** gratia. Epactæ x. addantur 6. vt fiant 16. Hic numerus 16. ex 30. detractus relinquit 14. Cui numero si 20. adijciantur, efficiuntur 34. Die igitur 34. a Calendis Martij, id est, (diebus 31. Martij abiectis) die 3. Aprilis, occurret xiiij. Paschalis.

**RVRVS** Epactæ \* , siue xxx. si adijciantur 6. sunt 36. qui numerus superat 30. numero 6. quo ex 30. detracto, relinquuntur 24. additisque 20. ad 24. colligitur summa 44. Die ergo 44. a Calendis Martij, hoc est (diebus 31. Martij ablatis) die 13. Aprilis, erit xiiij. Paschalis.

**PRÆTEREA** Epactæ xiiii. si addantur 6. efficiuntur 30. qui numerus superat 30. nihilo. Si igitur detrahatur 0. ex 29. (quod Lunatio Epactæ xiiii. in Martio incipiens habeat dies 29.) relinquuntur 29. Additis autem 20. fit summa 49. Quare xiiij. Paschalis incurret in diem 49. a Calendis Martij numerandum, hoc est, (detractis 31. diebus Martij) in diem 18. Aprilis.

**POSTREMO** Epactæ 25. diuersi characteris, colorisve adiungantur 6. vt summa colligatur 31. quæ superat 30. vna vnitæ. Si ergo detrahatur 1. ex 29. (quod Lunatio Epactæ 25. continet etiam dies duntaxat 29.) supersunt 28. cui numero si adijciantur 20. conseruiuntur

48. Igitur xiiiij. Paschalis incidet in diem 48. a Calendis Martii numerandum, nimirum (diebus 3 i. Martii subtractis) in diem 17. Aprilis.

Inuentio huius cu  
in fine Epactæ in  
manu, per cuius  
Epacta Lunam  
xiiii. Paschalem.

**ITAQVE** inuento die Lunæ xiiii. Paschalis, si a 22. die Martii, hoc est, a radice Paschæ in primo Indicis articulo constituta, numerus insequens dies Martii, & Aprilis per articulos digitorum, vsq; ad diē Lunæ xiiii. Paschalis inuentum, desinet numeratio in eo articulo, qui sedes est Epactæ propositæ, cuius videlicet xiiii. Paschalem inuenisti.

**VERBI** gratia. Epacta xx. habet xiiii. Paschalem die 24. Martii. Si igitur a radice Paschæ, id est, a 22. die Martii, fiat numeratio in articulis (initio facto a radice Indicis) vsque ad 24. reperies sedem Epactæ xx. in tertio Indicis articulo.

**RVRVS** quoniam Epacta 25. alterius coloris, aut characteris Lunam xiiii. Paschalem in 17. Aprilis reponit; si eodem modo numeratio instituat, terminabitur ea in penultimo articulo Auricularis manus sinistrae. Quare ibi locus erit Epactæ 25. propositæ.

**DENIQVE** quia Epacta xxiii. constituit xiiii. Paschalem, ex superioribus regulis, in 21. Martii; numerandum erit a radice Paschæ, hoc est, a 22. die Martii retrorsum, versus volam manus, vsque ad 21. (propterea quod dies 21. Martii antecedit radicem Paschæ., id est, diēni 22. in radice Indicis collocatam) qui numerus 21. in volam ipsam manus incidet, ac propterea Epacta xxiii. ibidem sedem fixam habebit.

Inuentio huius cu  
in fine Epactæ in  
manu sinistrae.

**VERVM** multo facilius sedem cuiuslibet Epactæ cōperiemus hoc ino. 10. Epactæ propositæ adiiciantur 6. & numerus coaceruatus, si minor est, quam 30. aut certe, si minor non est, numerus, quo ille coaceruatus superat 30. in imo Pollice sinistro collocetur. Deinde si ab hoc numero inclusivè fiat numeratio, secundū seriem naturalem numerorum, per volam manus sinistrae, & per articulos tam interiores, quam exteriores Indicis, & aliorum digitorum, vsq; ad 30. Vel si Epacta est 25. diuersi coloris, characterisve, aut xxiiii. (quarum utraque per unum diem in Aprili superius ascendit, proptereaque Lunationem in Martio inchoatam habet dierum 29.) vsque ad 29. numeratio hæc in sede Epactæ propositæ terminabitur.

**VELVTI** si Epactæ x. addamus 6. fiunt 16. Statuendo ergo 16. in radice Pollicis, & 17. in vola manus, & 18. in radice Indicis, &c. cadet numerus 30. in penultimum articulum digiti Medii, qui est exterior. Ibi ergo sedes est Epactæ x.

**ITEM** si Epactæ 25. diuerso caractere, vel colore notatæ, adiiciantur 6. fiunt 31. qui numerus superat 30. vna vnitatē. Si ergo ponamus 1. in radice Pollicis, & 2. in vola manus, & 3. in radice Indicis, &c. cadet numerus 29. (cum enim Epacta est 25. diuersi coloris, vel characteris, numerandum est vsque ad 29. duntaxat, quod eius Lunatio mense Martio incipiens contineat dies duntaxat 29.) in penultimum articulum, siue sextum Auricularis, ibi ergo locus est Epactæ 25. quæ diuerso colore, vel caractere scribi solet.



R V R S V S si Epactæ xxiii. addantur 6. fiunt 29. Si ponamus igitur 29. in radice Pollicis, cader numerus 30. in volam manus. Statuetur ergo Epacta xxiii. in vola manus.

SI denique Epactæ xxiiii. addantur 6. fiunt 30. qui numerus superat 30. nihilo. Ergo si statuamus 0. in radice Pollicis, & 1. in vola manus, & 2. in primo articulo Indicis, terminabitur numerus 29. (Nam quando Epacta est xxiiii. numerandum etiam solum est vsque ad 29. quodd eius quoque Lunatio in Martio incipiens fit dierum solum 29.) in vltimo articulo Auricularis. Ibi ergo sedes est Epactæ xxiiii.

PORRO si lubet, ex Luna xiiii. Paschali inuenta, vt supra docuimus, reperiemus Pascha, & reliqua Festa mobilia memoriter, & sine vlla collocatione Epactarum literarumque Dominicalium in manu, hoc modo. Cognito die mensis, in quem cadit xiiii. Paschalis, inquiratur ex ijs, quæ proximo capite trademus, (si id aliunde non sciatur) qui dies hebdomadæ sit. Nam si insequentes dies hebdomadæ ad Dominicam vsque inclusiue addas eidem diei, in quem xiiii. Paschalis cadit, habebis diem Paschæ. Vt currente, verbi gratia, Epacta x. & litera Dominicali E, cadit xiiii. Paschalis in diem 3. Aprilis, qui est dies Iouis, seu feria v. quam subsequuntur feria vj. Sabbatum, & Dominica, hoc est, tres dies ad Dominicam vsque inclusiue. Si igitur adiciantur 3. ad diem 3. Aprilis inuentum, habebitur dies 6. Aprilis pro Dominica Paschæ. Quod si cum eadem Epacta x. currat litera Dominicalis B, incidet dies 3. Aprilis, hoc est xiiii. Paschalis, in diem Dominicum. Quare altera Dominica insequenti, hoc est, septem diebus post, nimirum die 10. Aprilis, Pascha celebrabitur.

NON secus alia festa mobilia inuenientur, si loco xiiii. Paschalis, inquirantur alij dies, instar xiiii. Paschalis; qui nimirum tanto intervallo ipsa festa antecedant, quanto dies Paschæ Lunam xiiii. Paschalem subsequitur: quales sunt illi, qui in antiqua Calendarij tabula Paschali restituta (de qua paulo post, Cap. 8.) Epactis singulis sub titulo cuiusque festi adscripti sunt. Hi autem dies non aliter inuenientur, atque xiiii. Paschalis posteriori via memoriter paulo ante inuenta est, si pro additione 10. (qui numerus radice Paschæ, quæ est dies 22. Martij, binario minor est) addas numerum binario minorem, radice cuiuslibet festi: nimirum 16. pro Septuagesima: 2. pro die Cinerum 28. pro Ascensione Domini: 8. pro Pentecoste: ac denique 19. pro festo Corporis CHRISTI. Omnes enim hi numeri binario deficiunt à radicebus Festorum. Dies autem inuenti numerandi sunt à Calendis mensium, in quibus festorum mobilium radices continentur: hoc est, pro Septuagesima, à Calendis Ianuarij: pro Cineribus, à Calendis Februarij: pro Ascensione Domini, à Calendis Aprilis: pro Pentecoste denique, ac Corpore CHRISTI, à Calendis Maij.

V E R B I gratia. Si currente Epacta x. & litera Dominicali E, Septuagesima querenda sit, addantur 6. ad Epactam x. & compositus numerus 16. ex 30. auferatur; reliquo autem numero 14. adiciantur

Quæ epacta, & alia festa mobilia reperiantur memoriter, & sine collocatione Epactarum, & literarum Dominicalium in manu.

Quæ passio inuenitur dies inuentum, qui in festo mobilium sunt instar xiiii. Paschalis, hoc est, tres diebus ipsa festi antecedunt, & quæ diebus Lunæ xiiii. Paschalis di Paschæ ppp.

16. ( nimirum numerus binario minor radice Septuagesimæ ) vt summa fiat 30. Dies ergo 30. Ianuarij est instar Lunæ xiiii. Paschalis, Septuagesimam præcurrrens, qui est feria v. siue dies Iouis. Sequuntur autem tres dies, nimirum feria vj. Sabbatum, & Dominica. Si igitur 3. adiciantur ad diem 30. Ianuarii, conficiemus diem 33. a Calendis Ianuarii numerandum, hoc est, ( demptis diebus 31. Ianuarii ) diem 2. Februarii pro Septuagesima.

SIT autem corrente Epacta 25. diuersi coloris, characterisve. & litera Dominicali eadem E, quærat Ascensio Domini, addantur rursus 6. ad Epactam 25. vt fiant 31. qui numerus superat 30. vna vnitate. Dempta ergo vna vnitate ex 29. ( vt illa Epacta 25. postulat ) supersunt 28. Cui numero reliquo si addas 28. ( videlicet numerum binario minorem radice Ascensionis Domini ) colliges summam 56. Igitur dies 56. a Calendis Aprilis, qui dies ( reiectis diebus 30. Aprilis ) est 26. Maii, est instar xiiii. Paschalis, Ascensionem Domini antecedens, qui est dies Lunæ, seu feria ij. Si ergo tres insequentes dies vsque ad diem Iouis inclusiue ( sequuntur enim feria, iij. iij. & v. ) adiciamus ad 26. diem Maii, reperiemus Ascensionem Domini celebrari die 29. Maii.

SIT rursus inuestigandus dies Cinerum, corrente Epacta 25. diuerso caractere, aut colore notata, & litera Dominicali duplici A, G, in anno aliquo bissextili. Additis 6. ad Epactam 25. fiunt 31. qui numerus superat 30. vnitate. Si ergo 1. dematur ex 29. ( vt Epacta illa 25. requirit ) remanent 28. Quibus si addantur 2. ( numerus scilicet binario minor, quam radix Cinerum, quæ est dies 4. Februarii ) efficitur summa 30. Dies igitur 30. à Calendis Februarii, hoc est, ( detractis diebus 29. quos Februarius habet in anno bissextili. Hoc enim in negotio tribuendi sunt dies 29. Februario in anno bissextili. ) dies 1. Martij, erit instar xiiii. Paschalis diem Cinerum præueniens, qui dies est Iouis, seu feria v. quam subsequuntur 6. dies, nimirum feria vj. Sabbatum, Dominica, feria ij. iij. & iij. Quare additis 6. ad 1. diem Martij, reperietur dies 7. Martij, in quem Cinerum dies incurret.

PRÆTEREA inuestigandus sit dies Cinerum, corrente Epacta xxiiij. & literis Dominicalibus F, E, in anno aliquo bissextili. Additis 6. ad Epactam xxiiij. fiunt 30. qui annus superat 30. nihilo. Si ergo dematur 0. ex 29. ( vt Epacta xxiiij. flagitat, ) & reliquo numero 29. adijciantur 2. ( nimirum numerus binario minor, quam Cinerum radix ) fit summa 31. Dies ergo 31. à Calendis Februarii, hoc est, ( abiectis diebus 29. qui Februario in anno bissextili, quod ad hoc negotium spectat, tribuendi sunt ) dies 2. Martij, instar est xiiii. Paschalis, qui dies est Dominicus. Additis ergo tribus diebus sequentibus, feria ij. iij. & iij. ad diem 2. Martij inuentum, competes Diem Cinerum die 5. Martij.

SIT quoque inquirenda Septuagesima, corrente eadem Epacta xxiiij. & eisdem literis Dominicalibus F, E, in anno quopiam bissextili. Additis 6. ad Epactam xxiiij. fiunt 30. qui numerus superat 30. nihilo.

Si

Si ergo demas 0. ex 29. ( vt Epacta xxiii. postulat ) & reliquo numero 29. addas 16. ( numerum scilicet binario minorem radice Septuagesimæ, quæ est dies 18. Ianuarij ) fit summa 45. Dies ergo 45. a Calendis Ianuarij numerandus, id est, ( diebus 31. Ianuarij abiectis ) dies 14. Februarij, est instar xiiii. Paschalis, qui est dies Iouis, quem insequuntur feria vj. Sabbatum, & Dominica. Si ergo tres hos dies addas dici 14. Februarij inuentum, incidet Septuagesima in diem 17. Februarij.

ITEM inueniendus sit dies Cinerum, currente Epacta 1. & literis Dominicalis G, F, in anno aliquo bissextili. Adiectis 6. ad Epactam 1. fit summa 7. qua detracta ex 30. remanent 23. Cui numero additis 2. ( qui numerus binario minor est radice Cinerum, quæ est dies 4. Februarij ) fit dies 25. Februarij, qui instar est xiiii. Paschalis. Et quoniam dies 25. Februarij est dies Dominicus, addemus tres insequentes dies, ( qui sunt feria ij. iij. iij. ) efficiemusque diem 28. Februarij, quo dies Cinerum occurret.

POSTREMO inuestigandum sit festum Corporis CHRISTI, quando Epacta 25. alterius coloris characterisve vsurpatur, vna cum literis Dominicalibus C, B, in anno quopiam bissextili. Additis 6. ad Epactam 25. fit summa 31. quæ superat 30. vna vnitate, quam si demas ex 29. ( vt Epacta 25. requirit ) supersunt 28. cui reliquo numero si adicias 19. ( numerum scilicet binario minorem radice illius festi, quæ est dies 21. Maij ) efficitur summa 47. Dies ergo 47. à Calendis Maij numeratus, id est, ( demptis diebus 31. Maij ) dies 16. Iunij, est instar quæ sitæ xiiii. Paschalis, qui est dies Iouis, quem consequuntur septem dies vsque ad alterum diem Iouis inclusiue, quos 7. dies si addas ad 16. diem inuentum, reperies festum Corporis CHRISTI celebrari die 23. Iunij.

IAM verò si loco Epactarum disponantur in manu sinistra aurei numeri, inuenientur eodem modo, vt supra dictum est de Epactis, festa omnia m. b. h. a. a. Concilio Nizæno vsque ad annum restitutionis Calendarij. Ita autem aurei numeri locabuntur in sinistra manu. In vltima manus ponitur 16. Additis 8. & ex summa 24. abiectis 19. relinquitur aureus numerus 5. locandus in radice interiore Indicis post vltimam manus. Additis rursus 8. conficitur aureus numerus 13. tertij articuli Indicis, secundo vacuo relicto. Numerus enim aureus minor in hac dispositione sequitur semper maiorem in proximo articulo, maior autem minorem non in proximo, sed in altero: quod diligenter obseruandum est, vt omnes aurei numeri proprijs in locis reponantur. Additis rursus 8. ad aureum numerum 13. in tertio articulo Indicis positum, & ex summa 21. abiectis 19. reliquus fit aureus numerus 2. in extremitate Indicis ponendus, nullo articulo vacuo relicto, cum numerus 2. minor sit, quàm 13. Rursum additis 8. ad aureum numerum 2. conficitur aureus numerus 10. maior, quàm antecedens, ac proinde in sexto articulo Indicis, ( quinto relicto vacuo ) collocandus. Ad hunc si iterum adijciantur 8. fit aureus numerus 18. maior item, quàm anteceden-

Dispositio numerorum in manu sinistra, ad indicanda festa m. b. h. a. a. Concilio Nizæno vsque ad restitutionem.

dens 10. ideoque in radice digiti Medij (omisso ultimo articulo Indicis) reponendus. Adiectis præterea 8. ad aureum numerum 18. in radice Medij constitutum, & ex summa 26. reiectis 19. relinquatur aureus numerus 7. qui quoniam minor est, quam antecedens 18. in proximo articulo Medij, id est, in secundo, ponendus est. Atque hoc artificio omnes 19. aurei numeri in sinistra manu collocabuntur, si modo memineris, minorem proximè locandum esse post maiorem, maiorem verò post minorem non proximè, sed vno articulo in medio relicto. Ille porò aureus numerus antecedente minor est, qui post abiectionem 19. relinquatur: quod fit, quando ex additione 8. ad antecedentem aureum numerum conficitur summa maior, quam 19. Tunc verò aureus numerus maior est, quam antecedens, quando non sunt abijcienda 19. ex summa confecta ex additione 8. ad antecedentem aureum numerum: quod tum demum fit, quando ea summa maior non est, quam 19.

Alia dispositio  
aureorum numerorum  
remanet in manu.

**IDEM** aurei numeri ita quoque in manu sinistra disponentur. Quando antecedens aureus numerus maior est, quam 11. subtrahantur 11. & reliquus numerus ponatur in proximè insequenti articulo: quando autem non est maior, quam 11. addantur 8. & numerus confectus in articulo non proximo, sed in altero, vno inani relicto, collocetur. Vt quoniam aureus numerus 16. in vola manus positus, maior est, quam 11. ablatis 11. reliquus est aureus numerus 5. minor in proximo articulo, hoc est, in radice Indicis, locandus. Additis 8. ad 5. fit aureus numerus 13. non in secundo articulo Indicis, sed in tertio, secundo vacuo relicto, ponendus. Detractis rursus 11. ex 13. remanet aureus numerus 2. minor ponendus in articulo proximo, id est, in extremitate Indicis: atque ita de cæteris.

In eadem sedem  
cuiusque aurei nu-  
meri in manu  
per Epactam illi  
aureo numero re-  
spondente in ante  
anno restituitur.

**CÆTERVM** sedem cuiusque aurei numeri in manu sinistra reperiemus per Epactam, quæ ei aureo numero ante correctionis annum respondebat, etiam si antecedentes aurei numeri nondum sint locati, hoc modo. Ad Epactam, quæ ex dato aureo numero ante anni restitutionem elicitur, ut ad initium Capitis 2. traditum est, addantur 3. & numerum collectum, si minor est, quam 30. vel si minor non est, reliquum numerum post abiectionem 30. tribus Pollici: proximè maiorem numerum volæ manus: insequentem item proximè maiorem radici Indicis; & sic deinceps, donec ad 30. pervenias. In quem enim articulum numerus 30. incidet, ibi erit locus aurei numeri propositi. Vt si quæzatur sedes aurei numeri 8. cui ante correctionem anni respondebat Epacta xxviii. addantur 3. ad Epactam xxviii. ut fiat summa 31. Ablatis 30. remanet unitas. Si igitur in Pollice status 1. in vola manus 2. in radice Indicis 3. & ita deinceps, cadent 30. in extremum articulum digiti Auricularis. Ibi ergo sedes est aurei numeri 8.

**SI** etiam quia ante annum restitutum aureo numero 1. respondebat Epacta xi. si ad hanc Epactam adijcias 3. & numerum collectum 14. ponas in Pollice; 15. in vola manus; 16. in primo articulo Indicis;

17. in secundo, & sic deinceps, incidet numerus 30. in primum articulum Annularis. Ibi igitur aurei numeri 1. sedes est. atque ita de reliquis.

**I T A Q U E** si à radice cuiusque festi mobilis in primo articulo Indicis posita numeres sequentes dies mensis, donec post sedem currentis aurei numeri ad articulum peruenias, ubi litera Dominicalis propositi anni, ex ijs, que ad initium huius Capituli docuimus, ponitur; reperies in eo articulo diem mensis, quo festum propositum ante correctionem anni celebratum est. Verbi gratia, si scire velis, quo die Pascha celebratum sit anno 1450. cuius litera Dominicalis fuit D, & aureus numerus 7. sedem habens in secundo articulo digiti medij, id efficies hac ratione. Quoniam litera Dominicalis D, articulum secundum Medij consequens ponitur in radice Annularis, si à radice Pasche in primo articulo Indicis posita, hoc est, à die 22. Martij, numeres usque ad radicem Annularis, inuenies Pascha anno 1450. celebratum esse die 5. Aprilis. Eademque in ceteris ratio est.

Inuentio festi  
mobiliam ex au-  
reus numeris, et  
in reliquis  
anni.

## DE ADVENTU DOMINI CAP. VII.



**Q U O** die mensis prima dominica Aduentus celebratur, ita cognoscemus. Quoniam initium Aduentus Domini semper celebratur ea Dominica, quæ festo S. Andree proxima est, vel in ipsum festum incidit, manifestum est, Dominicam primam Aduentus celebrari posse tribus diebus ante illud festum, & tribus post; atque idcirco, cum dies S. Andree fieri incidat in 30. siue vltimum diem Nouembris, eandem primam dominicam Aduentus à die 27. Nouembris inclusiuè usque ad diem 3. Decembris inclusiuè celebrandam esse: ita vt in Nouembri necessario incidat vel in diem 17. vel 18. vel 29. vel 30. In Decembri vero vel in diem 1. vel 2. vel 3. Quare si in quouis digito, verbi causa, in Indice, septem hosce dies hoc ordine colloce- mus, vt dies 29. Nouemb. ponatur in radice; & 30. in secundo articulo: Dies autem 1. Decembris in tertio; secundus in extremitate; tertius in articulo quinto, qui exterior est sub vngue: Dies deinde 27. Nouembris in articulo sexto; & postremo dies 18. in radice exterioris: illico dies mensis in eum articulum incidens, in quo litera Dominicalis posita est, eo ordine seruato, quem principio antecedentis Capituli præscripsimus, indicabit, quo die mensis prima Dominica Aduentus celebratur.

Quo die mensis  
prima Dominica  
Aduentus cele-  
bratur, quo po-  
do cognoscitur.

**V E R B I** gratia. Anno 1589. litera Dominicalis est A, cadens in quintum articulum Indicis. Et quoniam ibidem positus est dies 3. Decem-

Decembris, celebrabitur eo anno Dominica prima Aduentus die 3. Decembris. Sic quando litera Dominicalis est B, celebrabitur die 27. Nouembris; quod ea litera incidat in 6. articulum, vbi positus est dies 27. Nouembris.

NE autem memoria excidat, in primo Indicis articulo, hoc est, in radice, ponendum esse diem 29. Nouembris, (Hinc enim alios sex dies, quibus Aduentus celebrari potest, facile in alijs articulis disponemus, vt dictum est) ediscendus erit hic versiculus.

*Articulo primo viginti appone nouemq̄.*

Hoc enim significatur, in radice Indicis, siue primo articulo, diem 29. Nouembris constituendum esse.

*Enote alia Aduentus celebrat.*

FACILIVS fortasse eandem Dominicam primam Aduentus reperiemus hac ratione Quoniam Dominica prima Aduentus celebratur a die 27. Nouembris inclusiue, vbi litera B, in Calendario scripta est, vsque ad diem 3. Decembris inclusiue, vt diximus, disponemus 7. literas Dominicales in septem articulis Indicis, hoc ordine, vt litera B, in radice statuarur; C, in secundo articulo; D, in tertio; E, in quarto; F, in quinto; G, in sexto; & A, in septimo, siue vltimo; quem scilicet ordinem literarum initiales huius versus monstrant.

*Bella ciere dolo, & ferro Germanicus audet.*

Deinde in eisdem articulis eodẽ ordine numerabimus dies, sumpto initio a 27. die Nouembris, ante quem Aduentus nunquam celebratur, donec ad eum articulum, in quo litera Dominicalis currens ordine modo exposito statuitur, perueniamus. Consectum enim ibi diẽ primæ Dominicæ Aduentus habebimus. Vt currente litera Dominicali F, quæ cadit in quintum articulum, qui exterior est, sub vngue; si in radice Indicis ponamus 27. diem Nouembris; in secundo articulo diem 28. in tertio, 29. in extremitate 30. incidet dies 1. Decembris in literam Dominicalem F. Quare Aduentus incipiet tunc die 1. Decembris.

ET vt facilius memoria retineas, numerationem in radice incipere a 27. die Nouembris, addidimus hunc versiculum.

*Viginti septem sibi radice Indicis aptat.*

*Innot o alia Aduentus ex potest.*

SED expeditissime inueniemus eandem Dominicam primam Aduentus, per insequentis Capitis regulam, quæ docebit literam Dominicalem F, Calendis Decembris adscriptam esse. Quæ ex re dicto citius discemus, diei secundo præfixam esse literam G, & literam A, tertio diei: At postremo diei Nouembris, qui est 30. apponi literam E, quæ videlicet literam F, primo diei Decembris adscriptam prærit; literam



literam A, diei 29. & literam C, diei 28. ac postremo literam B, diei 27. Atq; hinc Aduentum eo die celebrandum esse intelligemus, cui litera Dominicalis propositi anni præfigitur. Vt quoniã anno 1592. literæ Dominicales erunt E, D, quarum posterior D, in diem 29. Nouembris incidit, (quod patebit, si à litera F, Calendis Decembris adscripta retrocedas vsque ad.D.) dices Aduentum eo anno incipere die 29. Nouembris, qui diem S. Andreæ sacrum antecedit. Itaque, vt vides, satis est, si teneas memoriter literam F, Calendis Decembris præfigi.

DE NUMERO DOMINICARVM  
inter Pentecosten, & Aduentum  
DOMINI.

C A P. V I I I.



NUMERVM Dominicarum inter Pentecosten, & Aduentum Domini, quæ plures esse non possunt, quàm 28. nec pauciores, quàm 23. ita cognoscemus. Hi numeri, 28. 27. 26. 25. 24. 23. significantes numerum Dominicarum, in eisdem quinque digitis, in quibus festa mobilia indagauimus, ita disponantur, vt priores quinque articuli Indicis à radice vsque ad quintum articulum, qui exterior est, & vngui proximus, habeant 28. Posteriores duo eiusdem Indicis cum prioribus quinque digiti Medij, contineant 27. Duo posteriores eiusdem Medij cum quinque prioribus Annularis, 26. Duo posteriores Annularis cum prioribus quinque Auricularis, 25. Duo posteriores Auricularis cum quinque prioribus dextræ manus, 24. Posteriores denique duo huius Auricularis habeant 23. His numeris ita dispositis, vide in quo digito, & articulo litera Dominicalis, in quam omnia festa mobilia inciderunt, collocetur. Numerus enim secundum eam, quam modo exposuimus, dispositionem in eundem cadens articulum, dabit numerum Dominicarum inter Pentecosten, & Aduentum Domini.

*Numero Domini-  
carum inter Pe-  
tecosten, & Adu-  
uentum quo ra-  
tio cognoscatur.*

CÆTERVM vt scias, quinam numerus in quolibet articulo cuiusvis digiti collocetur, satis est, si noueris duos numeros 28. & 27. in Indice positos; priorem quidem in prioribus quinque articulis, posteriorem vero in posterioribus duobus. Nam si à numero cuiusvis articuli Indicis, ordine retrogrado (hoc est, in quinque prioribus articulis à 28. per 27. 26. 25. & 24. In duobus autem posterioribus à 27. per 26. 25. 24. & 23.) numeres in transfersum per articulos vsque ad articulum, cuius numerum desideras, reperies continuò numerum in dato

dato articulo positum. Vt si cupias scire, quinam numerus ponatur in quarto articulo, id est, in extremitate, Auricularis dextræ manus: Dic in extremo Indice 28. quia ibi hic numerus ponitur; in extremitate Medij, 27. in Annularis summo 26. in extremo Auricularis, 25. in Auricularis denique extremitate dextræ manus, 24. Atque hic numerus in summo Auricularis dextræ manus locandus est; & sic de alijs.

SIT igitur, exempli causa, propositum indagare, quot Dominicæ inter Pentecosten, & Aduentum includantur anno Domini 1589. Littera Dominicalis A, eius anni, ad festa mobilia inuestiganda, incidit in quintum articulum digiti Medij, qui exterior est, vngui proximus; propterea quod eiusdem anni Epacta xij. sedem habet in tertio eiusdem digiti articulo. Et quia in eodem illo articulo quinto Medij numerus 27. statuitur, quod numerus 28. sit in eodem articulo quinto antecedentis digiti, nimirum Indicis; concludes anno 1589. esse 27. Dominicas inter Pentecosten, & Aduentum Domini; atque ita de ceteris

Inuentio alia numeris Dominicarum inter Pentecosten, & Aduentum, facilior.

Quando sit ratio eorum 24. Dominicarum inter Pentecosten, & Aduentum, & quomodo 23.

BREVIVS, & fortassis facilius, eundem numerum Dominicarum inter Pentecosten, & Aduentum hac alia via assequeris. Vide, quot sint Dominicæ post Pascha, vsque ad diem S. Georgij inclusiuè, qui in diem 23. Aprilis incidit; hoc est, quoties hic numerus 7. in diebus post Pascha, vsque ad eum diem B. Georgij sacrum inclusiuè contineatur. Tot enim Dominicæ addendæ erunt ad 24. vt compleatur numerus Dominicarum inter Pentecosten, & Aduentum.

Quod si nulla Dominica inueniatur post Pascha, vsque ad illud festum S. Georgij inclusiuè, hoc est, si pauciores dies sint post Pascha, vsque ad diem S. Georgij, quam 7. vel Pascha in ipsum diem festum incidat, erunt 24. tantum Dominicæ. Si denique post eundem diem S. Georgij Pascha celebretur, erunt tantum Dominicæ 23. inter Pentecosten, & Aduentum.

VERBI gratia. Cadente die Paschæ in diem 22. Martij, sic inquires numerum Dominicarum inter Pentecosten, & Aduentum. Post Pascha, hoc est, post diem 22. Martij vsque ad diem B. Georgij, siue ad diem 23. Aprilis inclusiuè, numerantur 32. dies; nimirum 9. vsque ad exitum Martij, (Detrahit enim 22. ex diebus 31. Martij, supersunt 9.) & alij 23. in Aprili vsque ad diem 23. Quia verò in 32. diebus continetur numerus 7. quater, addendæ sunt 4. Dominicæ ad 24. vt totus numerus 28. Dominicarum inter Pentecosten, & Aduentum compleatur.

SIC etiam incidente die Paschæ in 3. diem Aprilis, numerantur 20. dies post Pascha, seu post 3. diem Aprilis, vsque ad 23. diem; quod ablatis 3. ex 23. supersunt 20. Et quia in 20. continetur numerus 7. bis, addendæ erunt duæ Dominicæ ad 24. erunt ergo tunc 26. Dominicæ, &c. Eadem prorsus ratio est in alijs.

Inuentio subiectæ tabellæ.

HÆC omnia, quæ de mobilitum festorum inuentione proximis tribus capitibus tradita sunt, nullo serè negotio ex hac quoque subiecta tabella

tabella erantur. In ea enim si post Calendarium restitutum Epacta quocunque anno currens in sinistro latere accipitur, ante vero anni correctionem, aureus numerus inuenientur e regione literæ Dominicalis eodem anno currentis, quæ proximè infra acceptam Epactam, siue aureum numerum occurrit, (ita vt si Dominicalis litera currens e regione illius Epactæ, vel aurei numeri scripta sit, non ea, sed eadem litera proximè inlequens sumatur) omnia festa mobilia, quibus nimirum diebus celebranda sint, vel celebrata, vnà cum numero Dominicarum inter Pentecosten, & Aduentum, ac prima Dominica Aduentus. Verbi gratia. Anno 1592. Epacta erit xvj. & literæ Dominicales E, D. Si igitur posterior litera D, (Hic enim etiam per posteriorem literam festa inquirenda sunt in annis bissextilibus. addita vnitare ad diem Septuagesimæ inuentum, atque etiam ad diem Cinerum, si in Februariò inuentum sit.) infra Epactam xvj. accipitur, quæ primo occurrit, reperietur Septuagesima, die 26. Ianuarij: Cineres, die 12. Februarij: Pascha, die 29. Martij: Ascensio, die 7. Maij: Pentecosten, die 17. Maij: Corpus Domini, die 18. Maij: Dominicæ 27. inter Pentecosten, & Aduentum: Dominica denique prima Aduentus, die 29. Nouembris. Rursus anno 1450. aureus numerus fuit 7. & litera Dominicalis D. e regione cuius infra aureum numerum 7. inuenies Septuagesimam celebratam esse die 1. Februarij: Cineres, die 18. Februarij: Pascha, die 5. Aprilis: Ascensio, die 14. Maij: Pentecosten, die 24. Maij: Corpus Domini, die 4. Iunij: Dominicas inter Pentecosten, & Aduentum fuisse 26 atque Aduentum denique incidisse in diem 29. Nouembris: atque ita de reliquis.

PORRO tabella hæc congruit omnino dispositioni Epactarum, aut eorum numerorum, literarum Dominicalium, dierum mensium, Dominicarum inter Pentecosten & Aduentum, ac prima Dominica Aduentus, quam tribus proximis capitibus tradidimus. Aureus enim numerus 16. & Epacta xxij. respondent volæ manus sinistrae. Tota deinde insequens linea primo articulo Indicis respondet, vbi aureum numerum 5. & Epactam xxij. cum radicibus festorum mobilium, & 28. Dominicas inter Pentecosten & Aduentum, ac denique 29. diem Nouembris ad primam Dominicam Aduentus inueniendam, collocauimus. Proxima autem linea subsequens secundo Indicis articulo congruit, & sic de alijs. Itaque in hac tabella tam Epactæ, quæ aurei numeri describuntur e regione eorum dierum, in quos incidunt Lunæ xiiij. Paschales, & qui in alijs festis mobilibus iustar sunt Lunarum xiiij. quemadmodum in superiori dispositione, tam aurei numeri, quam Epactæ in manu in eisdem Lunas xiiij. incidebant, vt diximus. E regione salius Epactæ xxij. notatæ non sunt Lunæ xiiij. in præcedenti tabula: Eas tamen quilibet intelliget, cum vna vnitare minores sint radicibus festorum mobilium. Vt Luna xiiij. Paschalis Epactæ xxij. est dies 27. Martij. Septuagesimæ, dies 17. Ianuarij. Cinerum dies 3. Februarij, & sic de cæteris.

Quæ modo tabella  
in festis mobilibus  
dispositio  
respondet  
tabellæ  
in pagina  
precedenti

TABELLA FESTORVM  
Mobilium Perpetua.

| Ann. numm<br>altissimorum | Epactæ. | Quere biblicæ. | Dominica<br>Septuag-<br>simæ. | Dies Cine-<br>rum. | Dominica<br>Pascha. | Dies Ascen-<br>sionis. | Dñica Pê-<br>tescofæ. | Corpus<br>Christi. | Dñice post<br>pêtescofæ. | Dominica<br>prima Ad-<br>uentus. |
|---------------------------|---------|----------------|-------------------------------|--------------------|---------------------|------------------------|-----------------------|--------------------|--------------------------|----------------------------------|
| 16                        | xxij    | d              | 18. Ian.                      | 4. Feb.            | 12. Mar.            | 30. Ap.                | 10. Ma.               | 21. Ma.            | 28                       | 29. No.                          |
| 5                         | xxij    | e              | 19                            | 5                  | 23                  | 1. Maij                | 11                    | 22                 | 28                       | 30. No.                          |
| 13                        | xx      | f              | 20                            | 6                  | 24                  |                        | 12                    | 23                 | 28                       | 1. De.                           |
| 2                         | xix     | g              | 21                            | 7                  | 25                  | 3                      | 13                    | 24                 | 28                       | 2. De.                           |
|                           | xvij    | A              | 22                            | 8                  | 26                  | 4                      | 14                    | 25                 | 28                       | 3. De.                           |
| 10                        | xvij    | b              | 23                            | 9                  | 27                  | 5                      | 15                    | 26                 | 27                       | 27. No.                          |
|                           | xvj     | c              | 24                            | 10                 | 28                  | 6                      | 16                    | 27                 | 27                       | 28. No.                          |
| 18                        | xv      | d              | 25                            | 11                 | 29                  | 7                      | 17                    | 28                 | 27                       | 29. No.                          |
| 7                         | xlij    | e              | 26                            | 12                 | 30                  | 8                      | 18                    | 29                 | 27                       | 30. No.                          |
|                           | xlij    | f              | 27                            | 13                 | 31                  | 9                      | 19                    | 30                 | 27                       | 1. De.                           |
| 15                        | xij     | g              | 28                            | 14                 | 1. Apr.             | 10                     | 20                    | 31                 | 27                       | 2. De.                           |
| 4                         | xj      | A              | 29                            | 15                 | 2                   | 11                     | 21                    | 1. Jun.            | 27                       | 3. De.                           |
|                           | x       | b              | 30                            | 16                 | 3                   | 12                     | 22                    | 2                  | 26                       | 27. No.                          |
| 12                        | ix      | c              | 31                            | 17                 | 4                   | 13                     | 23                    | 3                  | 26                       | 28. No.                          |
| 1                         | viii    | d              | 1. Feb.                       | 18                 | 5                   | 14                     | 24                    | 4                  | 26                       | 29. No.                          |
|                           | vij     | e              | 2                             | 19                 | 6                   | 15                     | 25                    | 5                  | 26                       | 30. No.                          |
| 9                         | vj      | f              | 3                             | 20                 | 7                   | 16                     | 26                    | 6                  | 26                       | 1. De.                           |
|                           | v       | g              | 4                             | 21                 | 8                   | 17                     | 27                    | 7                  | 26                       | 2. De.                           |
| 17                        | iiii    | A              | 5                             | 22                 | 9                   | 18                     | 28                    | 8                  | 26                       | 3. De.                           |
| 6                         | iiij    | b              | 6                             | 23                 | 10                  | 19                     | 29                    | 9                  | 25                       | 27. No.                          |
|                           | iiij    | c              | 7                             | 24                 | 11                  | 20                     | 30                    | 10                 | 25                       | 28. No.                          |
| 14                        | j       | d              | 8                             | 25                 | 12                  | 21                     | 31                    | 11                 | 25                       | 29. No.                          |
| 3                         | h       | e              | 9                             | 26                 | 13                  | 22                     | 1. Jun.               | 12                 | 25                       | 30. No.                          |
|                           | xxix    | f              | 10                            | 27                 | 14                  | 23                     | 2                     | 13                 | 25                       | 1. De.                           |
| 11                        | xxvij   | g              | 11                            | 28                 | 15                  | 24                     | 3                     | 14                 | 25                       | 2. De.                           |
|                           | xxvij   | A              | 12                            | 1. Mar.            | 16                  | 25                     | 4                     | 15                 | 25                       | 3. De.                           |
| 19                        | 24      | b              | 13                            | 2                  | 17                  | 26                     | 5                     | 16                 | 24                       | 27. No.                          |
| 8                         | xxv     | c              | 14                            | 3                  | 18                  | 27                     | 6                     | 17                 | 24                       | 28. No.                          |
|                           | xxiiij  | d              | 15                            | 4                  | 19                  | 28                     | 7                     | 18                 | 24                       | 29. No.                          |
|                           |         | e              | 16                            | 5                  | 20                  | 29                     | 8                     | 19                 | 24                       | 30. No.                          |
|                           |         | f              | 17                            | 6                  | 21                  | 30                     | 9                     | 20                 | 24                       | 1. De.                           |
|                           |         | g              | 18                            | 7                  | 22                  | 31                     | 10                    | 21                 | 24                       | 2. De.                           |
|                           |         | A              | 19                            | 8                  | 23                  | 1. Jun                 | 11                    | 22                 | 24                       | 3. De.                           |
|                           |         | b              | 20                            | 9                  | 24                  | 2                      | 12                    | 23                 | 23                       | 27. No.                          |
|                           |         | c              | 21                            | 10                 | 25                  | 3                      | 13                    | 24                 | 23                       | 28. No.                          |

## A QVO DIE HEBDOMADAE

Quilibet dies mensis anno quouis proposito denominetur, siue primus is sit, siue non.

## CAP. IX.



PRIMO loco discendum est, quæ litera Dominicalis primo diei cuiusvis mensis in Calendario præfigatur. Quod ex 12. vocibus horum versuum facile cognoscet.

*Astra dabit Dominus, gratisq; beabit egenos.  
Gratia Christicola feret aurea dona fideli.*

Nam prima vox [*Astra*] primo mensi, hoc est, Ianuario tribuitur: secunda [*dabit*] secundo, id est, Februarii; atque ita deinceps: ita tamen, ut quarta vox [*gratisq;*] pro vna tantum accipiatur. Prima autem litera cuiusque vocis est ea Dominicalis, quæ in Calendario Calendis eius mensis, quem illa vox refert, apponitur. Veluti Ianuarius Calendis ipsi adscriptam habet literam A: Februarius, D: Martius item, D: Aprilis, G: Maius, B: Iunius, E: Iulius, G: Augustus, C: September, F: October, A: Nouember, D: & December, F.

COGNITA prima litera Dominicali cuiuslibet mensis, facile intelliges, à qua feria quilibet mensis incipiat. Nam si in digitorum extremitatibus a litera Dominicali anni propositi inclusiuè numeres insequentis literas ordine alphabeti, vsque ad eam literam, quæ Calendis dati mensis præfixa est, (redeundo a litera G, ad literam A, si opus est) indicabit numerus extremitatum, quas in digito percurristi, numerum feriar, à qua mensis propositus initium ducit.

VERBI gratia. Anno 1592. Bissextili, quo literæ Dominicales sunt E, D, quoniam Ianuarij Calendis apposita est litera A, propter primam vocem [*Astra*] primo mensi tributam: si a litera Dominicali currente E, (hæc enim vsque ad diem S. Matthiæ vsam habet) numeres alias literas serie literarum naturali vsque ad A, hoc modo: E, F, G, A, percurres 4. extremitates. Ianuarius igitur à feria iiii. hoc est, à die Mercurij, incipit. Nam si litera E, Dominicam indicat, significabit litera F, diem Lunæ, siue feriam ij. litera G, diem Martis, hoc est, feriam iij. & litera A, feriam iiii. seu diem Mercurij.

DEINDE quia Calendis Februarij adscripta est litera D, ob secundam vocem [*dabit*] quæ Februario debetur, si ab eadem currente litera Dominicali E, numeres alias literas vsque ad D, hoc modo, E, F, G, A, B, C, D, percurrentur septem digitorum extremitates, ac propterea mensis Februarius initium sumit à feria vij. hoc est, à die Sabbati. Feria enim vij. Sabbatum appellari solet, sicut feria i. Dominica.

Quæ Verba Dominicalia ad Calendis cuiusque mense scripta sūt.

A qua feria mensis quilibet incipit, quo pacto cognoscatur.

**R V R S V S** quia mensis Martius incipit a litera Dominicali D, vt tertia vox [ *Dominus* ] denotat, estq; tunc in vsu posterior litera Dominicali D; pronuncietur, primum diem mensis Martij esse Dominicam, seu feriam i.

**P O S T R E M O** quoniam Maius à litera B, incipit, quod ei quinta vox [ *beabit* ] respondeat, estq; in vsu tunc litera posterior D, Dominicali; numerandum erit à D, vsque ad B, hoc ordine: D, E, F, G, A, B. Cum ergo sex extremitates digitorum percurrantur, erit primus dies Maij, dies Veneris, seu feria vj.

Que litera Dominicali diei cuius mensis propositi scribitur, & à qua feria stem ille dies de nominandus sit.

**I A M** verò si à prima litera Dominicali cuiusvis mensis numeres ferie naturali literas insequentes in digitorum articulis, (redeundo semper post G, ad A, ) donec tot articulos percurreris, quot vnitates in numero cuiuslibet diei eodem mense propositi continentur, collocata erit vltima litera (quæ nimirum in vltimum articulum numeratum incidit) ad diem mensis propositam. Quare si rursus à litera Dominicali currente alias literas sequentes numeres, vsque ad literam diei propositam adscriptam, cognosces eodem modo feriam hebdomadæ, à qua propositus dies mensis nomen habet.

**E X E M P L I** causa. Eodem anno 1592. cuius literæ Dominicales sunt E, D, desiderat quis scire, quæ litera Dominicali diei 22. Februarij, quò Cathedra S. Petri Antiochena celebrat ab Ecclesia, apponatur, & quæ feria tunc sit. Quoniam vox [ *dabit* ] indicat literam D; Calèdis Februarij apponi numerandæ erunt in 22. articulis 22. literæ, sumpto initio à litera D; hoc modo: D, E, F, G, A, B, C, D, E, F, G, A, B, C, D, E, F, G, A, B, C, D. Vltima enim D, diei 22. Februarij adscribitur. Quocirca cum prior adhuc litera Dominicali E, sit tunc in vsu, si numerabimus ab ea inclusiuè vsque ad D, has 7. literas, E, F, G, A, B, C, D, compertemus diem propositum 22. Februarij esse feriam vij, hoc est, Sabbatum.

**D E I N D E** sit inquirendum, quæ litera ad anniuersarium diem S. Matthiæ, qui in diem 24. Februarii incidit, ponatur, & quæ feria dies ille sit. Numerata à prima litera mensis, nimirum à D, 24. literas, hoc ordine. D, E, F, G, A, B, C, D, E, F, G, A, B, C, D, E, F, G, A, B, C, D, E, F. Nam vltima F, diei 24. adscripta est. Sed quia tunc posterior iam litera D, vsurpanda est; si numeres ab ea vsque ad F, hoc modo, D, E, F, reperies postum diem S. Matthiæ, id est, diem 24. Februarij, qui vt rē tunc est 25. propter diem intercalarem adiectum, incidere in feriam iij. id est, in diem Martis.

Que post feria iustitigens mensis Februarii in anno bissextili post festo S. Matthiæ.

**E A D E M** ratione si in anno bissextili quocunque proponatur dies post festum S. Matthiæ, querenda erit litera, quæ ei diei præfigitur, cuius numerus proximè minor est numero diei propositi: atq; per posteriorem literam Dominicalem feria inuestiganda. Vt si propositus sit dies 28. querenda est litera diei 27. &c. quia dies 28. est in Calendario dies 27. propterea quod dies intercalatus, in Calendario descriptus non est.



AD extremum, sit inquirendum, in quam feriam dies anniuersaria S. Iacobi Apostoli, hoc est, dies 25. Iulij incidat. Quoniam septima vox (*Gratia*) monstrat literam G, Calendis Iulij adscribi, numeranda erunt inde hæc 25. literæ, G, A, B, C, D, E, F, G, A, B, C, D, E, F, G, A, B, C, D, E, F, G, A, B, C, quarum vltima C, diei 25. præfixa est. Si igitur a posteriori Litera Dominicali D, quæ tunc in vfu est, fiat numeratio vsque ad C, inuentam, hoc ordine, D, E, F, G, A, B, C, deprehendes festam diem S. Iacobi, hoc est, diem 25. Iulij; incidere in Sabbatum, siue in feriam vii.

CÆTERVM vt tam longam, ac molestant numerationem literarum vitemus, quando propositus dies procul abest a Calendis, vt licebit hæc compendiaria via. Reijciantur 7: ex numero diei propositi; quoties fieri potest; hoc est, omnes hebdomadæ integræ: Et quot vnitates supersunt, tot literas a prima litera mensis numera inclusiuè. Vltimam enim diei proposito adscriptam esse comperies. Ratio huiusce rei est, quòd post diem 7. mensis cuiusuis & post 14. 21. & 28. repetitur eadem litera; quæ Calendis præfiguratur. Veluti si datus sit dies 22. Februarij: quoniam abiectis 7. ter, superest 1. numerabimus solum literam D, Calendis adscriptum. Eadem enim litera apponitur diei 22. Rursus si propositus sit dies 24. Februarij, numerandæ erunt hæc tres literæ D; E, F, quod abiectis 7. ter, supersint 3. Atque ita dices literam F, appositam esse diei 24. Sic reperies diei 28. Februarij adscriptam esse literam C, propterea quod abiectis 7. quater, nihil remanet; ac propterea die proximo post diem 28. litera D, repetitur. Quare antecedenti diei 28. præfixa erit litera C. Vel quia ex 28. abiectis 7. ter, supersunt 7. sit vt numeratis a prima litera mensis D, septem hisce literis, D, E, F, G, A, B, C, reperias C, diei 28. præfigi. Denique si detur diem 25. Iulij; abiectis ter 7. supersunt 4. Quare si a prima mensis litera G, numerentur hæc 4. literæ, G, A, B, C, inuenies ad diem 25. postam esse literam C.

Compendiū inuentiois literæ cuiuscunq; diei mēsis propositi præfixæ.

## DE NONIS, IDIBVS, ET CALENDIS.

## CAP. X.



PRIMVS dies cuiuscunq; mensis à Calendis nomen accipit. Nam primo die Ianuarij dicere solemus, Calendis Ianuarij; primo die Februarij, Calendis Februarij, atque ita in cæteris. Alij autem omnes dies à Nonis, vel Idibus eiusdem mensis, vel à Calendis inferquentis mensis notari solent: ita ut die, qui quattuor abest inclusiuè a Nonis, Idibus, vel Calendis, (duobus nimirum diebus interpositis) dicendum sit, Quarto Nonas, Quarto Idus, & Quarto Calendis, hoc est, quarto die ante Nonas, Idus, vel Calendas inclusiuè.

Primum diē mēsis cuiuscunq; diei Calendis, alius autem a Nonis, Idibus eiusdem mensis, vel a Calendis inferquentis mensis notari solent.

VT autem quemcumque diem mensis propositi rite denominare scias a Nonis, Idibus, vel Calendis, diligenter memoriz mandandi sunt dies, in quos Nonæ, atque Idus cuiuslibet mensis incidunt. Hi autem facile ex numero Nonarum, atque Iduum cuiusque mensis comprehendi possunt. Ut quia hi quatuor menses, Martius Maius, Iulius, October, habent sex Nonas, alij autem octo menses, Ianuarius, Februarius, Aprilis, Iunius, Augustus, Septembris, Nouember, Decembris, quatuor duntaxat, cadent Nonæ in prioribus 4. mensibus in die 7. in posterioribus verò 8. in diem 5. Numero enim Nonarum adijciendus est primus dies, qui non a Nonis, sed a Calendis nomen sumit, ut dies habeatur Nonarum. Quia verò singuli menses habent octo Idus; si diei Nonarum addantur 8. incidunt Idus priorum 4. mensium in 15. diem, posteriorum verò 8. in diem 13. Atque ad memoriam iuuandam hi duo versiculi conditi sunt.

Quot Nonas, ac Idus quilibet aut sit habere, & in quem diem incidant Nonæ, atque Idus quous mensis.

*Martius sex Nonas, October, Iulius, & Mars:  
Quatuor at reliqui: Dabit Idus quilibet octo.*

Hoc est, Martius, Maius, Iulius, & October habent sex Nonas, reliqui verò 8. menses, quatuor tantum: omnes autem menses, Idus continent octo.

ITAQUE antequam diem cuiusvis mensis propositum a Nonis, vel Idibus, Calendisue denomines, vide prius, num mensis ille sit vnus ex 4. prioribus, nec ne. Si enim ex illis est, & dies propositus est septimus, appellabis diem illum, Nonas eius mensis: Si verò datus dies est quintusdecimus, dices eum, Idus eiusdem mensis. Quod si dies oblatus est ante diem septimum, vel post, ante tamen quatuordecimū diem, detrahe eius numerum, dempta prius vnitare, (numerum videlicet eius diei, qui propositum diem antecedit in Calendario) ex 7. vel 15. & reliquum numerum denomina à Nonis, vel Idibus, prout dies propositus fuerit ante diem 7. vel ante 15. At si datus dies quatuordecimū diem consequitur, subtrahe eius numerū, dempta prius vnitare, (numerum scilicet eius diei, qui in Calendario diem datum proximè anteit) ex numero dierum totius mensis propositi, si tamen prius vnitatem addideris ad mensis dies, (nimirum primum insequentis mensis diem, in quem eius Calendæ incidunt) & numerum reliquum a Calendis mensis insequentis denomina.

EADEM hæc in posterioribus 8. mensibus seruabis omnino, dummodo pro 7. die Nonarum, & 15. Iduum, sumas diem 5. & 13. in quos videlicet dies, Nonæ atque Idus illorum mensium incidunt.

EXEMPLI gratia. Designandus sit dies 3. Martij, qui Nonas diei 7. antecedit. Deme 2. (numerum videlicet vnitatem minorem numero diei 3. propositi) ex 7. remanent 5. Dices ergo die 3. Quinto Nonas Martij, hoc est, quinto die ante Nonas inclusivè.

R V R S V S detur dies 10. eiusdem mensis. Quia idus cadunt in 15. diem

Quo pacto dies mensium à Nonis, Idibus, & Calendis denominari debent.

diem Martij, & dies 10. propositus est post Nonas; detrahe 9. ex 15. vt reliqua fiant 6. Dices igitur die 10. Sexto Idus Martij.

PRÆTEREA offeratur dies 23. Iunij. Quoniam Idus præterierunt, & Calendæ Iulij insequentis incidunt in diem 31. a Calendæ Iunij numeratum, (quod Iunius habeat dies 30.) auferemus 22. ex 31. vt relinquatur 9. Die igitur 23. Iunij dicendum est, Nono Calendæ Iulij.

SIT denique datus dies 10. Augusti. Quia Nonæ præterierunt, Idus vero in diem 13. incidunt; si 9. ex 13. demantur, remanebunt 4. Dices ergo tunc, Quarto Idus Augusti.

ADVERTE tamen, quando numerus reliquus est 2. non esse dicendum, Secundo Nonas, vel Idus, vel Calendæ, sed Pridie Nonas, vel Idus, vel Calendæ.

IAM verò si dies proponatur à Nonis, vel Idibus alicuius mensis, aut à Calendis mensis subsequenti denominatus, velimusque scire, quotus dies mensis sit; detrahendus erit numerus denominationis minus uno, ex numero diei, in quem Nonæ cadunt, vel Idus, vel Calendæ insequentis mensis, prout dies denominatus erit à Nonis, vel Idibus, aut Calendis. Reliquus enim numerus dabit diem mensis, qui quaeritur.

VERBI gratia. Scriptæ sint literæ quædam Quinto Idus Ianuarij. Quoniam Idus Ianuarij in diem 13. incidunt, demendus erit numerus 4. (vnitate scilicet minor numero Quinti Idus) ex 13. vt reliqua sint 9. Fuit ergo dies ille, quo literæ scriptæ sunt, dies 9. Ianuarij.

ITEM, datæ sint aliæ literæ Pridie Nonas Octobris. Quoniam Nonæ Octobris cadunt in diem 7. auferemus 1. (numerum scilicet vnitate minorem numero secundi Nonas, qui Pridie profertur) ex 7. relinqueturque dies 6. Octobris.

POSTREMO scriptæ sint aliæ literæ Decimo octavo Calendæ Iulij, qui dies in mense Iunio existit. Quia Calendæ Iulij cadunt in diem 31. à Calendis Iunij numeratum, cum Iunius habeat dies 30. si detrahantur 17. ex 31. supersunt 14. Literæ ergo illæ scriptæ sunt die 14. Iunij, proximo videlicet die post Idus.

## DE INDICATIONE

## CAP. XI.



INDICTIO est reuolutio 15. annorum ab 1. vsque ad 15. qua reuolutione finita, iterum ad 1. reditur. Et quoniam frequens vsus est Indictionis in bullis Pontificijs, ac diplomatibus, alijsque scripturis publicis, non abs re erit, paucis docere, qua via cuiuslibet anni Indictio reperiri possit: quod hac ratione fiet.

IN extremitatibus trium digitorum sinistræ manus disponendi sunt primùm

Quo modo ex  
Nonis, Idibus, &  
Calendis, dies mé-  
sum augere can-  
tar.

Indictio. quid.

Collocatio anno-  
rum centesimarū  
in manu, ad Indi-  
cationem perti-  
nens.

primū anni centesimi hoc modo. In Pollice ponatur 0. In Indice 100. in Medio 200. Rursus in Pollice 300. in Indice 400. in Medio 500. in Pollice 600. &c. Magno autē numero centesimarū annorū proposito, ita sedē eius centesimi expedite reperies. Reijce 3. ex numero centesimi propositi, quoties fieri potest: quod facile fiet, si figuras numerum centesimum exprimentes in vnā summam ordinē colligas, reiectis semper 3. quē idmodum apud Arithmeticos reijci solent 9. in probatione nouenaria. Si namque post abiectionem 3. reliquo numero adijcias 3. & ex hac summa, si maior fuerit quam 3. abijcias rursus 3. collocāditis erit annus centesimus in eo articulo, quem vltimus numerus procreatus; qui nunquam maior erit, quam 3. indicat. Verbi gratia, si datus sit annus 4716. Ex 47. numero centesimorum annorum, reiectis 3. remanent 2. (Reiectio hæc ita fiet. Abiectis 3. ex figura 4. manet 1. qua addita ad figuram 7. fiunt 8. & abiectis 3. relinquuntur 2.) quibus si adijcias 3. fiet 3. In tertio igitur digito, id est, in Medio locanda erit annus 4700. Item datus sit annus 1589. abiectis 3. ex 15. numero centesimorum, remanet 0. Addita 1. fit 1. Igitur in primo digito, videlicet in Indice, annus 1500. ponendus est.

Dispositio trium  
Indictionum in  
mano, ad Indi-  
cationem cuiusvis  
anni inquirendā.

DEINDE in eisdem tribus extremitatibus reponendi sunt tres numeri trium Indictionum, hac ratione. Quia CHRISTVS Dominus natus est post annum 3. Indictionis, ponetur Indictio 3. in Pollice, vbi scilicet locus est annus 0. id est, annus Originis CHRISTI proxime antecedens. Et quoniam cyclos 15. annorum Indictionis in centum annis sexies cōtinetur, & supersunt 10. si addemus 10. ad 3. conficietur Indictio 13. in secundo collocanda digito. Additis rursus 10. ad proximam Indictionem 13. colligetur summa 23. ad quā si reijciatur cyclos Indictionis, hoc est, anni 15. supererit Indictio 8. locanda in tertio digito. Atque hæc Indictiones illis annis centesimis debentur, qui in illis digitorum extremis, ex superiore dispositione, collocantur. Hi autem tres numeri Indictionum, quas in digitorum extremis statuimus, hoc versiculo comprehenduntur.

Indictiones om-  
nium centesimo-  
rum annorum  
quæ sūt.

*Dat tria primo, alij tredecim, abinde octo sequuntur.*

Hoc enim carmine indicatur primo digito tribus 3. secundo 13. & tertio 8.

Indictio cuiusvis  
anni quō pacto  
reperiatur.

IAM si Indictioni cuiusvis centesimi anni, quæ collocata est in eo articulo, in quo ille centesimus est constitutus, adijcias annos expansos post eum centesimum datos, atque ex summa abijcias 15. quoties fieri potest, procreabis Indictionem anni propositi.

EXEMPLI gratia. Datus sit annus 1589. Quoniam annus 1500. in Pollicem cadit, siue in primum digitorum, (quod reiectis 3. ex 15. numero annorum centesimorum, supersit 0. & addita 1. fiat 1.) conueniet anno 1500. Indictio 3. in eodem Pollice constituta. Ad quam si adijciantur anni expansi 89. & ex summa 92. reijciantur 15. reliqua fiet

flet Indictio 2. anni 1589.

R V R S V S proposito anno 4716. qui in digitum Medium, siue tertium, cadit, ( quod reiectis 3. ex 47. numero annorum centesimo- rum, reliqua sint 2. quibus si addatur 1. fiunt 3. ) vbi collocata est Indictio 8. Cui si anni 16. expansi addantur, colligetur summa 24. & ex hac reiecto Cyclo 15. annorum Indictionis, superest Indictio 9. anni 4716. propositi. Atque ita de ceteris.

TERTIA TABELLA  
annorum expansorum.

PRIMA TABELLA  
annorum centesimorum.

| 4000 | Et sic in sequentibus. |       |
|------|------------------------|-------|
| 1000 | 4000                   | 4100  |
| 1100 | 4100                   | 4200  |
| 1200 | 4200                   | 4300  |
| 1300 | 4300                   | 4400  |
| 1400 | 4400                   | 4500  |
| 1500 | 4500                   | 4600  |
| 1600 | 4600                   | 4700  |
| 1700 | 4700                   | 4800  |
| 1800 | 4800                   | 4900  |
| 1900 | 4900                   | 5000  |
| 2000 | 5000                   | 5100  |
| 2100 | 5100                   | 5200  |
| 2200 | 5200                   | 5300  |
| 2300 | 5300                   | 5400  |
| 2400 | 5400                   | 5500  |
| 2500 | 5500                   | 5600  |
| 2600 | 5600                   | 5700  |
| 2700 | 5700                   | 5800  |
| 2800 | 5800                   | 5900  |
| 2900 | 5900                   | 6000  |
| 3000 | 6000                   | 6100  |
| 3100 | 6100                   | 6200  |
| 3200 | 6200                   | 6300  |
| 3300 | 6300                   | 6400  |
| 3400 | 6400                   | 6500  |
| 3500 | 6500                   | 6600  |
| 3600 | 6600                   | 6700  |
| 3700 | 6700                   | 6800  |
| 3800 | 6800                   | 6900  |
| 3900 | 6900                   | 7000  |
| 4000 | 7000                   | 7100  |
| 4100 | 7100                   | 7200  |
| 4200 | 7200                   | 7300  |
| 4300 | 7300                   | 7400  |
| 4400 | 7400                   | 7500  |
| 4500 | 7500                   | 7600  |
| 4600 | 7600                   | 7700  |
| 4700 | 7700                   | 7800  |
| 4800 | 7800                   | 7900  |
| 4900 | 7900                   | 8000  |
| 5000 | 8000                   | 8100  |
| 5100 | 8100                   | 8200  |
| 5200 | 8200                   | 8300  |
| 5300 | 8300                   | 8400  |
| 5400 | 8400                   | 8500  |
| 5500 | 8500                   | 8600  |
| 5600 | 8600                   | 8700  |
| 5700 | 8700                   | 8800  |
| 5800 | 8800                   | 8900  |
| 5900 | 8900                   | 9000  |
| 6000 | 9000                   | 9100  |
| 6100 | 9100                   | 9200  |
| 6200 | 9200                   | 9300  |
| 6300 | 9300                   | 9400  |
| 6400 | 9400                   | 9500  |
| 6500 | 9500                   | 9600  |
| 6600 | 9600                   | 9700  |
| 6700 | 9700                   | 9800  |
| 6800 | 9800                   | 9900  |
| 6900 | 9900                   | 10000 |

SECUNDA TABELLA  
Indictionum.

| 3 | 13 | 8 |
|---|----|---|
|---|----|---|

|    |    |    |    |    |    |     |    |    |    |
|----|----|----|----|----|----|-----|----|----|----|
| 1  | 16 | 31 | 46 | 61 | 76 | 91  | 4  | 14 | 9  |
| 2  | 17 | 32 | 47 | 62 | 77 | 92  | 5  | 15 | 10 |
| 3  | 18 | 33 | 48 | 63 | 78 | 93  | 6  | 1  | 11 |
| 4  | 19 | 34 | 49 | 64 | 79 | 94  | 7  | 2  | 12 |
| 5  | 20 | 35 | 50 | 65 | 80 | 95  | 8  | 3  | 13 |
| 6  | 21 | 36 | 51 | 66 | 81 | 96  | 9  | 4  | 14 |
| 7  | 22 | 37 | 52 | 67 | 82 | 97  | 10 | 5  | 15 |
| 8  | 23 | 38 | 53 | 68 | 83 | 98  | 11 | 6  | 1  |
| 9  | 24 | 39 | 54 | 69 | 84 | 99  | 12 | 7  | 2  |
| 10 | 25 | 40 | 55 | 70 | 85 | 100 | 13 | 8  | 3  |
| 11 | 26 | 41 | 56 | 71 | 86 |     | 14 | 9  | 4  |
| 12 | 27 | 42 | 57 | 72 | 87 |     | 15 | 10 | 5  |
| 13 | 28 | 43 | 58 | 73 | 88 |     | 1  | 11 | 6  |
| 14 | 29 | 44 | 59 | 74 | 89 |     | 2  | 12 | 7  |
| 15 | 30 | 45 | 60 | 75 | 90 |     | 3  | 13 | 8  |

Quodlibet, &  
vna triplici ta-  
bella ad Indictio-  
nem inuenienda.

EX triplici tabella Indictionem expediteffime ita reperiemus. In pri-  
ma tabella annorum centefimorum, qui ordine fe mutuo confequentes  
terni progrediuntur in infinitum, vt eodẽ in trium digitorum extre-  
mitatibus difpofuimus, fumatur centefimus annus proxime elapfus, &  
in tertia tabella inter annos expanfos, annus propofitus. Illico enim in  
angulo communi fecunda tabella Indictionum offeret Indictionẽ pro-  
pofiti anni. Quod fi annus datus fit ex ceterifimis quifpiam, inuenies eius  
Indictionem in prima linea fub annis centefimis, vbi defcripte funt tres  
Indictiones, 3. 13. 8. quas in extremis trium digitorum collocandas effe-  
diximus. Exempti gratia, Anno 2500. erit Indictio 13. cum hac in pri-  
ma linea fub anno 2500. exiftat. Anno vero 1589. inuenies Indictionem  
2. in angulo communi annorum 1500. & 89. atque ita de aliis.

Indictio Indictio-  
nis per præcepta  
adhibetur.

INDICTIONEM quoque per Arithmetices præcepta facile in-  
ueniemus, fi annis Domini adijciemus 3. numericos collectum per  
15. diuidemus. Numerus enim ex diuifione reliquus erit Indictio qua-  
erit; aut fi nihil fuperfit, Indictio quaerita erit 15. Vt fi Indictio quaeratur  
anno 1589. Additis 3. & numero conflato 1592. per 15. diuifo; fuperfit  
numerus 2. pro Indictione anni 1589. Rurfus fi Indictio anni 3462. de-  
sideretur. Additis 3. ad annos 3462. dimidatur collectus numerus 3465  
per 15. Supererit enim 0. Igitur Indictio anni 3462. erit 15. Eadem in  
reliquis ratio feruanda eft.

## DE LOCO SOLIS IN ZODIACO CAP. XII.

In quod signum  
Sol quolibet mē-  
fe ingredietur.



Scias, quonam in signo, & gradu Zodiaci, plus mi-  
nus, Sol quotidie commoretur; hofte primo loco oportet,  
in quod signum quolibet mēse Sol ingredietur.  
Pro qua re edifcendi funt duo hi versus ab Astronomis  
olim compofiti.

*Sunt Aries, Taurus, Gemini, Cancer, Leo, Virgo,  
Libra, Scorpius, Arcitenens, Capex, Amphora, Pisces.*

Hec enim duodecim figna eodem ordine 12. mēfibus anni, fumpto  
principio à Martio, conueniunt. Primum etenim fignum, id eft, Ariete;  
ingreditur Sol mēse Martio; fecundum, quod eft Taurus, mēse Aprili;  
atque ita deinceps: ita vt vndecimum, nimirum Amphora, fuae Aqua-  
rium, mēse Ianuario, qui vndecimus eft à Martio, ingredietur: Et mē-  
fe Februario Pisces, fuae duodecimum fignum.

DEINDE dicendum eft, quo die mēfis Sol in fignum ei tribu-  
tum mēfi ingredietur. Quod vt memoria facilius comprehendi pos-  
fit, hi alij duo versus excogitati funt.

*Inclita*



*Incluta Laus Iustis Impenditur: Hæresis Horret.  
Firma, Falla Fides Felici Gaudet Honore.*

Nam 12. voces horum versuum 12. mensibus anni eodem ordine respondent, initio tamen factò à Ianuario, ita vt prima vox (*Incluta*) tribuatur Ianuario: secunda (*Laus*) Februario, & sic deinceps.

IGITVR vt diem habeas, quo Sol in signum proprii mensis intret, vide, quora fit in alphabeto prima litera eius vocis, quæ proposito mensi respondet. Si enim tot vnitates, quorum ea litera locum in alphabeto occupat, ex 30. subtrahas, reliquus fiet numerus illius diei, quo Sol signum eius mensis ingreditur.

Quo pacto deus  
intretus Sol  
in signum cuius  
libet mensis oc-  
currat.

VELVTI si scire cupias, quo die mensis Martij Sol signum Arietis introeat: quoniam Martio, tertio mēsi, tribuenda est vox tertia, (*Iustis*) eius prima litera I, nona est in alphabeto; detrahemus 9. ex 30. vt relinquantur 21. Die ergo 21. Martij Sol principium Arietis tenebit.

SIC, si velim scire, quo die Nouembris Sol intret signum Arcientis, seu Sagittarij: quia Nouembri, vndecimo mensi, respondet vndecima vox (*Gaudet*) cuius litera prima G, septima est inter alphabeti literas; auferenda erunt 7. ex 30. vt dies 23. Nouembris fiat reliquus, quo Sol Sagittarium ingreditur.

QVOD si easdem vnitates, quas prima litera vocis cuiusuis mensis offert, adicias ad numerum propositi diei eiusdem mensis, colliges numerum, qui indicabit, quo in gradu signi Sol existat eo die: ea tamen lege, vt si numerus collectus minor fuerit, quàm 30. gradus inuentus referatur ad signum antecedentis mensis; quòd tunc Sol nondum ad proprium signum propositi mensis peruenerit. Si verò idem numerus maior, quàm 30. fuerit, in eo gradu signi proprii mensis dicas Solem commorari, qui relinquitur, si 30. abiciantur ex numero conflato: Si denique summa confecta fuerit omnino 30. pronuncies Solem tenere vel gradum 30. signi antecedentis mensis, vel principium signi proprii mensis.

Quo retine gra-  
dus Zodiaci re-  
petita, in quo  
Sol quolibet die  
existat.

VERBI gratia. Si quis scire desideret, vbi Sol die 10. Aprilis existat: addat 9. propter primam literam I, quartæ vocis (*Impenditur*) quæ quarto mensi, id est, Aprilis debetur; addat, inquam, 9. ad 10. diem propositum: vt efficiat 19. qui numerus minor est, quàm 30. Nondum ergo Sol signum Tauri, quod Aprilis tribuitur, ingressus est, sed in Gradu 19. Arietis, signi videlicet antecedentis mensis Martij, versatur.

RVRVS opret quispiam cognoscere, in quo gradu versetur Sol die 27. Septembris, qui mensis nonus est, ac propterea nona vox (*Fides*) ei tribuenda, cuius prima litera F, sextum locum inter literas alphabeti occupat. Si igitur addam 6. ad diem 27. propositum, efficiam 33. numerum maiorem, quàm 30. Ex quo intelligam, Solem iam ingressum esse Libram, signum scilicet mensis Septembris. Ablatis autem 30. ex 33. superest 3. gradus Libra; in quo Sol tunc existet.

POSTREMO si cupias nosse, Vbi Sol die 22. Maij moretur:

D d d 2 quoniam

quoniam Maio, quinto mensi, respondet vox. (*Harefis*) cuius prima litera H, octava est in alphabeto. Additis 8. ad diem 22. conficitur summa 30. Sol ergo die 22. Maij versabitur in gradu 30. Tauri, hoc est, in principio Geminorum.

ETS I autem hac ratione non omnino verus locus Solis cognosci potest, tum propter annos bissextiles, atque communes, tum quia Sol non proflus vnum gradum quotidie in Zodiaco peragrat; vix tamen error committitur dimidiati gradus, vel ad summum vnus: ita vt, plus minus, verum Solis locum assequamur; tam certò videlicet, atque exploratè, vt tutò eo possimus vti in vsu eorum horologiorum, in quibus ad horas cognoscendas necesse est, locum Solis in Zodiaco habere perspectum. Quod etiam ad vsum aliorum instrumentorum, quibus Astro-nomi vtuntur, requiritur.

## DE LOCO LVNAE IN ZODIACO,

& quot horis noctu luceat.

### CAP. XIII.

Non in loco Zo-  
diaci Luna exi-  
stat quolibet die  
proposito.



VE M locum Zodiaci Luna quolibet die proposito occupet, hoc est, in quo signo, & gradu existat, plus minus, colligitur Computistrè hoc ferè modo. Æratem Lunæ in Calendario inuentam, addita prius vnitatem, (propterea quòd Luna plerumque vno die citius cum Sole coniungitur, quam Epactis monstratur: ac proinde cum Epacta quolibet indicat Lunam dierum, verbi gratia, 16. meritò eandem in cælo dicemus esse dierum 17.) duplicant, numerumq; procreatum per 5. partiuntur. Quotiens enim numerus indicabit, quot signis integris Luna à Sole secundum successionem signorum distet: Vnitates autem reliquæ, si quæ sunt, dabunt quintas partes vnus signi, (ita vt pro singulis vnitatibus senos gradus accipiant,) quibus vltra signa integra Luna à Sole abest, secundum eandem successionem signorum.

EXEMPLI gratia, Anno 1588. Die 7. Decembris Luna inuenietur habere dies 18. Verius autem continebit tunc dies 19. Duplica igitur 19. & numerum procreatum 38. partire per 5. Quotiens erit 7. & reliquæ vnitates 3. Aberit ergo tunc Luna à Sole septem signis, & insuper 18. gradibus, id est, tribus quintis partibus vnus signi. Cum igitur die 7. Decembris Sol teneat gradum 15. Sagittarij, vt ex capite superiori patet; si post Sagittarium numeremus septem signa, Capricornum, Aquarium, Pisces, Arietem, Taurum, Geminos, Cancrum, distabit gradus 15. Cancrì à loco Solis, hoc est, à gradu 15. Sagittarij, septem signis: Et si adiciamus alios 18. gradus, repe-riemus.

riemus Lunam tunc serè occupare gradum 3. Leonis.

HAC regula discēs, Lunam in primo aspectu quadrato, cum scilicet est dierum  $7\frac{1}{2}$ . abesse à Sole tribus signis: in plenilunio autem, cum habet ferme dies 15 distare Lunam sex signis à Sole: In secundo denique quadrato aspectu, cum serè est dierum  $22\frac{1}{2}$ . recessisse Lunam à Sole, nouem signis. Nam bis  $7\frac{1}{2}$ . faciunt 15. quibus diuisis per 5. producuntur 3. signa. Item bis 15. efficiunt 30. quibus diuisis per 5. procreantur 6. signa. Denique bis  $22\frac{1}{2}$ . sunt 45. quibus diuisis per 5. exeunt 9. signa.

EVNDEM locum Lunæ in Zodiaco ita quoque inuestigare poterimus. Quoniam Luna mouetur ab occasu in ortum motu medio, Grad. 13. ferè, vt ex Theoricis patet; si ætatem Lunæ multiplicemus p 13. procreatumque numerum per 30. partiamur, indicabit Quotiens numerum signorum, quibus Luna secundum successione signorum distat à loco, vbi in Nouilunio erat: Reliquus autem numerus dabit gradus. Inuento ergo loco Solis tempore illius Nouilunij, reperies facile locum Lunæ.

VT die 7. Decembris anni 1588. Luna habet dies 19. qui multiplicati per 13. efficiunt 247. gradus, hoc est, signa 8. & grad. 7. Cum ergo die 19. Nouembris, quo Nouilunium factum est, Sol, ac proinde & Luna exiterit in grad. 26. Scorpij, existet die 7. Decembris Luna in 3. gradu fermè Leonis, hoc est, distabit signis 8. grad. 7. ferè, à grad. 26. Scorpij.

PER hanc etiam regulam discēs Lunam in Plenilunio abesse 6. signis à Sole: In primo autem quadrato aspectu, signis 3. & in secundo, signis 9. Nam multiplicatis 15. per 13. fiunt 195. gradus, hoc est, signa 6. & grad. 15. Cum ergo Sol consecerit grad. 15. à Nouilunio vsque ad Plenilunium, aberit Luna à Sole signis 6. In primo autem quadrato aspectu, si dies  $7\frac{1}{2}$ . ducantur in 13. fiunt grad.  $97\frac{1}{2}$ . hoc est, signa 3. & grad.  $7\frac{1}{2}$ . Cum igitur Sol à Nouilunio ad primum quadratum aspectum vsque consecerit grad.  $7\frac{1}{2}$ . distabit Luna à Sole signis 3. In secundo denique aspectu quadrato, si ducantur dies  $22\frac{1}{2}$  in 13. procreantur gradus  $292\frac{1}{2}$ . hoc est, signa 9. & grad.  $22\frac{1}{2}$ . Quare cum Sol à Nouilunio vsque ad secundum aspectum quadratum consecerit ferè grad.  $22\frac{1}{2}$ . aberit Luna à Sole signis 9.

IAM vero quanto tempore Luna noctu luceat, Computistæ ita serè cognoscunt. Ætatem Lunæ inuentam, (addita quoque prius vnitate,) si maior non sit, quam 15. dierum; Vel eius complementum ad 30. si maior fuerit, quam 15. multiplicānt per 4. numerumque genitum partiuntur per 5. Quotiens enim indicabit horas inæquales, & reliquæ vnitates, si quæ sint, quintas partes vnus horæ, quibus Luna lucet: quæ quidem horæ post occasum Solis numerandæ sunt, quādo Plenilunium nondum aduenit: post Plenilunium vero eadem numerandæ sunt ante Solis exortum: adeo vt Luna crescente, fulsio eius sit vepertina; matutina autem, eadem decrescēte.

Alia inuētio loci Lunæ in Zodiaco.

Quanto tempore Luna noctu luceat.

ALIO quoque modo idem tempus explorant hac ratione. *Ætatem* Lunæ, quam diximus, si maior non est, quam 15. vel si maior est, eius complementum ad 30. multiplicatur per 5. & productum numerum per 6. partiuntur. Quotiens enim rursus dabit horas inæquales, & reliquæ unitates, quintas partes vnius horæ. Prior tamen regula dat tempus fulsionis Lunæ paulò minus, quam posterior: quia hæc includit motum Lunæ, quo interim ab occasu in ortum progreditur; illa verò eundem excludit: p̄inde ac si solo primo motu ferretur ab ortu in occasum.

VERBI gratia. Anno 1588. Die 7. Decembris reperietur *ætas* Lunæ dierum 18. & addita unitate, dierum 19. Complementum eius ad 30. est 11. quo numero multiplicato per 4. numeroque producto 44. diuiso per 5. fit Quotiens  $8\frac{4}{5}$ . Tot ergo horis inæqualibus, hoc est, octo duodecimis partibus totius noctis, & insuper  $\frac{4}{5}$ . vnius partis duodecimæ, Luna ea nocte lucebit ante ortum Solis. Quod si posteriori regula idem queratur, multiplicabimus 11. per 5. & productum numerum 55. per 6. partiemur. Quotiens enim numerus  $9\frac{1}{6}$ . indicabit horas inæquales fulsionis Lunæ: quod tempus illo priore paulò maius est; ob eam, quam diximus, causam.

PRIORI porro regula comperies, Lunâ in Plenilunio lucere 12. horis: inæqualibus, hoc est, tota nocte. In vtroque quadrato aspectu, 6. horis, id est, dimidiata nocte. Cum Luna dies 5. vel 25. habet, horis 4. id est, tertiâ parte noctis. Denique cum Luna est 4. aut 26. dierum, horis 3. siue quarta noctis parte.

ITAQUE cognita magnitudine noctis propositæ, si ea in 12. partes æquales distribuatur, cognoscantur quoque horæ æquales, quibus Luna lucet. Ut quontam die 7. Decembris nox continet Hor. 14. Min. 55. ferè, lucebit tum Luna ex posteriori regula, horis  $9\frac{1}{2}$ . inæqualibus; complectitur autem pars duodecima noctis Hor. 1. Min. 14.  $\frac{7}{11}$ . comprehendent  $\frac{9}{11}$  noctis, &  $\frac{1}{11}$  vnius partis duodecimæ, horas ferme 11. æquales, & paulo amplius, quibus Luna tunc lucebit.

MULTAS autem ob causas neque locus Lunæ in Zodiaco, neque tempus eius fulsionis, per hæc regulas, ad vnguem reperitur: tum quia Minuta in ijs negliguntur, & Luna non æquabiliter sub Zodiaco fertur, ex quo necessario error aliquis in eius loco inuestigando committitur: tum etiam, quia tempus fulsionis Lunæ augetur, cum ipsa suo motu velox est, & Septentrionalis; diminuitur autem, cum tarda est, ac Meridionalis: vt propterea in eo tempore inquirendo necessario a vero aberretur. Huc accedit, quòd neque *ætas* Lunæ exquisitè per Epactas reperitur, neque locus Solis in Zodiaco: quæ res aliquot graduum errorem inducat necesse est. Satis est, per has regulas reperiri, plus minus, signum, in quo Luna die proposito existat, etiam si interdum aliquot gradibus à vero eius loco, ob eas, quas diximus, causas, aberremus.

TERTII LIBRI FINIS.

Luna Luna in  
Zodiaco, & ætas  
pars eius fulsionis,  
quæc quo  
ad usum per  
regulas, quæ diximus,  
reperitur.



CANDIDO LECTORI.



ABES Candide lector resutationes Messini cauillationum, cum Computo Ecclesiastico per articulos digitorum. Quibus in rebus si tuæ satisfecimus expectationi, est quod DEO IMMORTALI, ad gloriam cuius hæc omnia referuntur, gratias agas, agnoscas etiam magnam HIERONYMI SPINVLÆ Genuensis, alterius quondam HIERONYMI BRVNORIS filij, in hoc ipso opere edendo liberalitatem; qui cum ex ea sit familia, quæ doctrinarum semper fuit, doctorumq; hominum amantißima, maiorum suorum gloriam pari etiam cum studio, consimiliq; laude persequitur. VALE.

REGESTVM.

a b c d e f g h i k

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z.

Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm Nn Oo

Pp Qq Rr Ss Tt Vv Xx Yy Zz.

Aaa Bbb Ccc Ddd.

Omnes sunt duerni.



ROMÆ, Apud Sanctum, & Soc.

M. D. LXXXVIII.

REGISTER



1850









